



W. Thom.

in

Job.

1771

1771

1771

1771

1771



3-1

BIBLIOTECA DE LOYOLA  
Sala 1 Estante 2 Plúteo 2

2814



D. THOMAE  
AQUINATIS, DOCTORIS  
ANGELICI, PRÆDICATO-

RII INSTITVTI, IN S. PROPHE-

tę Iob librum longè difficillimum, histo-

ria dilucidâque explicatio, ab innumeris

quibus scatebat mendis, repurgata,

per Franciscum Iouerium

Valentinũ Doct. Theo.

Parisien.



*Cum argumentis vniuscuiusque capituli, qua  
rite indicis esse poterunt.*

*Es del Coll<sup>o</sup> de <sup>ARISIIIS.</sup> Loyola de la libreria  
Apud Claudium Fremy, via Iacobæa,  
ad insigne S. Martini.*

1557.



REVERENDISSIMO IN CHRIS-  
to patri, fratri Iohanni Muntonio Atgu-  
stiniano, Segobrisensi episcopo,  
domino suo Franciscus Io-  
uerius Valentinus

S. D. P.

**A**NTVS est scripturicium nostro hoc se-  
culo pruritus, tanta scribendi luxuries acca-  
coetes (Reuerendissime Antistes) vt magis  
de republica eos mereri existimem, qui patrū  
libros diuino spiritu afflatos carie, & vetu-  
state consumptos repurgant, emungunt, & suo nitore resti-  
tuunt, atque in lucem curant emittendos, quā hi qui philau-  
tia spiritu rapti, non sine magna ingeniorum iactura, suas  
fuitiles vanas & noxias interdum nānias aliis obrudunt,  
cum interim (si diis placet) nihil nisi à veteribus prius di-  
ctum, verborum tantum ampullosa vbertate sententiarum  
ieiuna nobis proponāt. Quocirca dum in vniuersitate Lo-  
uaniensi omniū musarum emporio celeberrimo, vt optime  
nostri, astate proxima agerem, atque diui Iob librum inter-  
pretari statuissem, diligēter pro mea ingenij tenuitate, an-  
tiquorum commentarios euolui: ac neminem inueni qui  
doctius, solidius & aptius circa hystoricū (quem literalem  
dicunt) sensum versaretur, quā Diuus Thomas, vt qui om-  
nium primus inter latinos huius libri expositionem iuxta  
literā aggressus sit. Qui sicut in arduis & grauisimis qua-  
estionibus enucleādis alios deuicit, sic in huius expositione  
seipsum superauit. Me male tamen habebat, molestēque fe-  
rebam authorem ad spiritus sancti arcana enucleanda diui-  
nitus nobis cōcessum, libroriorum culpa cum blattis & ti-  
neis certare, ante triginta annos mendosissime impressum  
fuisse, & à multis studiosis desiderari, cum interim impres-  
sores auidissime fabulas & nebulonum somnia imprimant  
ac venditent. Quamobrem diligentissimè, quoad fieri po-  
tuit, purgandum hoc opus suscepi, quod in numeris antea  
mendis scatebat, vt mihi sane multis in locis hāsitandum

A ij

fuerit aliorumque iudicium consulendum. Quod quā molestum sit, nouerūt qui in huiusmodi exercitij genere versati sunt. Et cum hic Parisiis librū hunc repurgatum & nitori suo restitutum imprimendum curarem, patrono cui di carē, cogitare cœpi. Quod dum facio, tu omnium primus cum propter singularem tuum in diui Thomæ doctrinam affectum, tum propter admirandā, qua polles eruditionē, occuristi. Nam dum imperatorium ageres ecclesiasten, Deus bone, quam grauitate doctē & solidē, quāta cum pietate, quāta clare & perspicue mentis arcana explicabas. Id nouit tota Hispania. Te enim authore, factum est ut bona eius pars tuis concionibus ad meliorem frugem se receperit. Sic hominum corda spiritualibus aculeis compungere, soles. Eo enim verborum nitore præditus es, ea elegantia instructus, & eloquentia præfulges atque dicendi genere, simplici quidem & in affectato, sed apposito acri & uehementi, in hominum uitia concionibus tuis sic fulminas, ut ab aliis alter Cicero hispanus, ab aliis alter Paulus uociteris. Qua de causa ad episcopatum Segobrisensem moderādum à rege nostro potentissimo & clementissimo iure designatus es. Accipe igitur ornatissimē præful munusculum hoc à tuo Iouerio tui amatissimo & obsequentissimo: Illud quidem parui momenti, si meorum tamen laborum ratio habeatur, præstiti in ea re quantū potui. Neq; enim Xerxes aquam manu rustici exhibitam affectum eius considerans recusauit. Porro hunc nostrum laborem quantulumcunque sit Bibriescanus ille germanus frater tuus, utriusque iuris prolita præclarissimus, multis de me nominibus bene meritis, iure sibi uendicare poterat, sed alio argumento animi mei gratitudinem erga eum depromam. Res enim de qua in presentia agitur, cum sit theologica, dignitati tuæ magis cōueniebat, eaque tibi potius in hac noua auguratione, ut eius patrociniū susciperes, decebat offerri. Seruet te Deus opt. Max. præfulum decus suæ ecclesiæ sanctæ multo tempore incolumē. Tuū uerò Iouerium, ut soles ama. Vale Parisiis ex nostro Museo collegij Sorbonæ die diuo Francisco sacra. 1556.

ARGUMENTA. CAP.



Sanctus Iob pro conuiuantibus filiis sacrificat. Satā, expetita à Deo facultate, nocet bonus Iob, asinis, ouibus, camelis, & pueris. Benedictio Dei. fides & patientia Iob in aduersis. Cap. 1

Satanæ cum Deo colloquium, expetita facultate à Deo percutit Iob vlcere. Tentatur Iob ab uxore. Amici tres cōsolātur eum. Prospera & aduersa à Deo. Cap. 2.

Iob derelictus à Deo in tentatione ad tempus. Cap. 3.

Eliphaz arguit Iob impatientiæ. Ex afflictionibus nititur probare eum esse impium, communi carnalium argumento. Item à iusticia Dei. Cap. 4.

Perstat Eliphaz, nitens ostendere Iob impietatem à sanctorum impunitate & stultorum perditione. Argumenta iustitiæ Dei. Commendatio crucis quæ hominem erudit & mortificat. Cap. 5.

Pœnam culpa sua maiorem dicit Iob, humana patitur, optando sibi mortem. Conqueritur se ab amicis relictum. cum præter meritum affligatur. Cap. 6.

Vitam non esse, nisi perpetuum laborem Iob ostendit. Cap. 7.

Baldad conatur Iob ad confessionem peccatorum & respicientiam reuocare, duobus argumentis, à respicientium benedictione, & subitanea hypocritarum perditione. Cap. 8.

Iob iustitiæ Dei comparatione hominis iustitiam nullā declarat. Rursum ostendit, iudicante domino, neminem posse iustificari. Cap. 9.



Tacet Iob vitæ suæ. Collatione priorum beneficiorū. Et præsentis afflictionis nimiam severitatē Dei in se ostēdit. Pœnitendi spaciū querit. Descriptio mortis. Cap. 10.

Sophar iniuste Iob arguit. incomprehensibilis Deus. Pœnitenti Deum misericordem promittit, simul pij viri felicitas describitur. Cap. 11.

Iob quam sit patiens ostendit. Creatoris potentiam ex creaturis docet. Mutantur status principum, vt agnoscantur dona Dei. Cap. 12.

Ex propriis ipsorū verbis Iob amicos redarguit. Agnoscentibus peccata salus promittitur, hypocritis condemnatio. Cap. 13.

Miseriam vitæ humanæ describit Iob. Prophetat resurrectionem. Expectatio sustinet pios, donec impetrat quod sperant. Aeternæ mortis pœnæ. Cap. 14.

Eliphaz arguit Iob, de sapientia & munditiæ arrogantia. Describit impiorum maledictionem, quam falso Iob innocenti tribuit. Cap. 15.

Auferitate amicorum motus Iob, suam calamitatem enarrando, se citra iniquitatem pati ostendit. Cap. 16.

Contabescendo se patienter præstolari dicit. Cap. 17.

Baldad reprehendit Iob, quod non audiat bene consulentes, & impij pœnas enarrat. Cap. 18.

Iob flagella sua & miseras describit. Derelictus est à propinquis. Vaticinatur de generali resurrectione. Cap. 19.

Impij hypocritæ, avari & calumniatoris iniquitates breui finiendas Sophar dicit. Cap. 20.

Impiorum prosperitatem Iob enarrat. Eorundem repentinum interitum describit. Cap. 21.

Eliphaz arguit Iob immisericordiæ. Verba infidelium in Iob tamen minimè competentia, Pœnitenti bona promittuntur. Cap. 22.

Afferit Iob se potentiam & sententiam iudicis vereri. Cap. 23.

Iob hominum iniquitates describit, Impiorum maledictio. Cap. 24.

Baldad probat corā Deo neminem esse mundū. Cap. 25.

Nihil Deo adiutorij esse ab homine Iob ostendit, argumenta potentiae Dei. Cap. 26.

Ex insustentabili crucis onere Iob conqueritur. innocens Iob. Afflictio impiorum. Maledictiones impij. Cap. 27.

Cum omnia in rerum natura sint ab homine peruestigabilia, solam Dei sapientiā inscrutabilem ostendit, Sapientia, intelligentia. Cap. 28.

Iob vitæ suæ antea factæ felicitatem & pia gesta recenset, tacite amicos calumniæ arguens, qui dicebant illum merito pati quæ patiebatur. Officiū boni principis. Cap. 29.

Quāto contēptu ab hominibus tractetur, describit Iob. mors domus omnium. Cap. 30.

Iob recenset vitæ suæ innocētiam, cuius scriptorem æternum sibi contingere optat. Cap. 31.

Eliu tacentibus cæteris arguit illos insipientiæ. Docet non ætatem, sed spiritum Dei dare prudentiam. Cap. 32.



Ostēdit Eliu in quo Iob peccauerit. Cum Deo non contēdendum, nec opera eius scrutanda curiosus. Cap. 33.

Eliu probat Deum non esse iniquum iudicem, tum quod sit mundi iudex, tum quod omnium rerum potēs administrator sit. ostendit ipsum Iob, etsi non merito suo, tamen iniuste non affligi aut citra causam. Mutatio regnorū opus est Dei. Malus magistratus malo populo datur. Cap. 34.

Non Deo, sed homini vel nocet impietas, vel prodest pietas. Caro iudicat Deum sua non curare. Cap. 35.

Rursum declarat Eliq̄ Dei iustitiā ab operibus eius. Quare Dominus corripiat aut flagellet. Hypocritarū iudiciū, confusio & desperatio. Fidei homini cognita Dei opera. Cap. 36.

Ex aliis operibus probat Eliu sapientiam Dei & iudiciū eius imperuestigabile. Cap. 37.

Alloquitur Dominus Iob, ostendens ei suam iustitiam ex inscrutabilibus suis operibus. Cap. 38.

Pulli coruorum nos docent fiduciam in Deum. Rursum ostendit Dominus mirabilia quæ facit in animalibus. Cap. 39.

Collatio humanæ imbecillitatis cum diuina potentia: Behemoth, eiusque malitia, potentia diaboli & vis describitur. Cap. 40.

Reprehenditur malitia satanæ sub nomine Behemoth. Cap. 41.

Iob pœnitet, amici eius reprehenduntur à Deo. Oranti Iob pro amicis duplicia restituuntur. Benedictio Dei, diuitiæ Iob. Moritur.

*F I N I S.*

PROLOGVS.



**S**ICVT in rebus quæ naturaliter generantur, paulatim ex imperfecto ad perfectum peruenitur: sic accidit hominibus circa cognitionem veritatis. Nam à principio parum quid de veritate attingerunt, posterius autem quasi pedetentim ad quandam pleniorē mensuram veritatis peruenerunt: ex quo contigit multos propter imperfectam cognitionem circa veritatem errasse. Inter quos aliqui extiterunt, qui diuinam prouidentiam auferentes, omnia fortunæ, & casui attribuebant: & priorum quidem intantum ad hoc inualuit opinio, vt ponerent casu factum omne, & ea quæ naturaliter generantur casui attribuerent, sicut percipi potest ex positionibus antiquorū naturalium ponentium solum causam materialem. Posteriorum etiam quidam, vt Democritus & Empedocles, plurima casui attribuebant. Sed posteriorū philosophorum diligentia, & ratio- nibus ostenderunt res naturales prouidentia regi.

¶ Non enim tam certus cursus in motu cœli & syderum & in aliis naturæ effectibus inueniretur, nisi hæc omnia à quodam intellectu superueniente ordinata gubernaretur. ¶ Opinione igitur philosophorum firmata in hoc, quod res naturales non casu, sed prouidentia regerentur, propter ordinem qui manifestè apparet in eis: Emergit dubitatio apud plurimos de actibus hominū, vtrum res humanæ casu procederent, an aliqua prouidentia vel ordinatione superiori gubernarentur: Cui quidem dubitationi maximè fomētum ministravit, quod in euentibus humanis nullus certus ordo apparet. Nō enim semper bonis bona eueniūt: aut malis mala: neque rursus semper bonis bona eueniūt: bona. Sed in differenter bonis & malis bona & mala: hoc igitur est quo maximè corda hominum mouentur ad opinandum res humanas prouidentia diuina non regi.

¶ Sed quidā eas casualiter procedere dicunt, nisi quatinus prouidentia & consilio humano reguntur: quidam verò

*omnia dei prouidentia gubernantur.*

*Diuersa sententia*



Universidad de De  
de actibus  
humanis  
a quo regā  
tur.

De timor  
& amor a  
malis auo-  
cant maxi-  
mē.

Libri in-  
tentio.

celesti fato eorum euentus attribuunt. Hęc autem opinio maximē humano generi nociua inuenitur. Diuina enim prouidentia sublata, nulla apud homines Dei reuerentia, aut timor, in veritate remanebit, ex quo quāta desidia circa virtutes, quanta prouitas ad vitia subsequeretur, satis quilibet perpēdere potest. Nihil enim est quod tantum reuocet homines a malis & ad bona inducat, quantum Dei timor & amor.

Vnde eorum qui diuino spiritu sunt sapientiam confecti, ad aliorum eruditionem primum & precipuum studium fuit hanc opinionē a cordibus hominū amouere: & ideo post datam legem & prophetas in numero agiographorum, id est, librorum per spiritum Dei sapiēter ad eruditionem hominum conscriptorum, primus ponitur liber Iob. Cuius tota intentio in hoc versatur: vt per probabiles rationes ostendantur res humanę diuina prouidentia regi. Proceditur autem in hoc libro ad propositū ostēdendum ex supposito, quōd res naturales diuina prouidentia gubernentur. Id autem quod precipuē prouidentia Dei esse circa res humanas impugnare videtur, est afflictio iustorum. Nam quōd malis interdum bona eueniant, etiam irrationale primo aspectu videatur, & prouidentię contrarium, tamen vt rursus habere potest aliqualem excusationē ex miseratione diuina. Sed quōd iusti sine causa affligantur, totaliter videtur subruere prouidentię fundamentum. Proponitur ergo ad quæstionem intentam, quasi quoddam thema multiplex & grauis afflictio cuiusdam viri in omni virtute perfecti, qui dicitur Iob.

Fuerit autē aliqui, quibus visum est, quōd iste Iob non fuerit in rerū natura: sed quod fuerit quēdā parabola conficta, vt esset quoddam thema ad prouidentię disputationem, sicut frequenter homines confingunt aliqua facta ad disputandū de eis: & quanuis ad intentionē libri nō multum referat, vtrum sic vel aliter fuerit: refert tamē quantum ad ipsam veritatem. Videtur enim prædicta opinio auctoritati sacrę scripturę obuiare, dicitur enim ex persona domini: Si fuerint tres viri in medio eius: Noë, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberauerunt animas suas. Manifestū est

Error q  
nō fuerit.

autem Noë & Daniel homines in rerū natura fuisse. Nam nec de tertio eis cōnumerato, scilicet de Iob, in dubiū debet venire, dicitur: Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt sufferentiam Iob: audistis, & finem domini vidistis. Sic igitur credendū est Iob in rerū natura fuisse. Quo autē tempore fuerit, vel ex quibus parentibus originem duxerit, & quis etiā huius libri fuerit auctor, scilicet ipse Iob, vtrum hunc librum cōscripsit, de se quasi de alio loquens, an alius de eo ista retulerit, non est præsentis intētionis discutere. Intendimus enim compēdiosē secundū nostram possibilitatem, de diuino auxilio fiduciā habētes, librū istum, quī intitulatur beati Iob: secundū literalem sensum exponere: eius enim mysteria tam subtiliter & discrete beatus papa Greg. nobis aperuit, vt iis nihil vltrā addendū videatur.

## CAPITV. I. LECTIO. I.

**I**R erat in terra hus nomine Iob. Et erat vir ille simplex & rectus ac timens Deum, & recedens a malo. Natiq; sunt ei septem filij: & tres filie. Et fuit possessio eius septem milia ovium: & tria milia camelorum: quingenta quoq; iuga bouum, & quingentę asinę, ac famuli multi nimis. Eratq; vir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filij eius, & faciebant cōuina per domos vnusquisq; in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederent & biberent cum eis. Cūq; in orbē trāsissent, dies cōuini, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: cōsurgensq; diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus.

Quia sicut dictum est, intentio huius libri ordinatur ad ostendendum qualiter res humanę prouidentia diuina regantur: præmittitur quasi totius fundamētum disputationis quædam historia, in qua cuiusdam viri iusti multiplex afflictio recitatur. Hoc enim est quōd maximē videtur diuinam prouidentia a rebus humanis excludere. Huius igitur viri primo persona describitur, & quantum ad sensum dicitur: *Vir erat.* Hic enim sexus ad proferendas molestias inuenitur robustior: describitur quātum ad patriam cum dicitur: *In terra hus.* quę est in partibus orientis, & quantum ad nomen cū dicitur: *nomine Iob,* & videntur hæc

Jacob .50.



D. THOMAS

duo posita esse, ad insinuandum hoc quod dicitur non esse parabolam, sed rem gestam: & ne aliquis aduersitates, quæ post modum inducuntur pro peccatis huius viri, ei accidisse crederet. Consequenter describitur eius virtus, per quam à peccatis demonstratur immunis.

¶ Sciendum quidem est hominem tripliciter peccare. Sunt enim quædam peccata quibus peccatur in proximum: sicut homicidia, adulteria, furta, & alia huiusmodi. Quædã, quibus peccatur in Deum, sicut periuriũ, sacrilegiũ, blasphemia & huiusmodi. Quædam quibus vnusquisq; in seipsum peccat, secundum illud Apostoli: Qui fornicatur in corpus suum peccat. In proximum autem quis peccat dupliciter: occulte per dolum, & manifeste per vim. Hic autem vir non circumuenit per dolum proximum. vnde dicitur. *Et erat vir ille simplex.* Simplicitas enim proprie dolositati opponitur, nulli violentiam intulit, sequitur enim: *& rectus.* rectitudo enim ad iustitiam pertinet: quæ in æqualitate consistit, secundum illud. *Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.* Quod autem in Deo non peccauerit, aperte ostenditur per hoc quod sequitur: *Ac timens Deum.* in quo reuerentia ad Deum designatur, quod etiam in seipsum non peccauerit, ostenditur in hoc quod subditur: *ac recedens à malo.* quia malũ odio habuit, propter seipsum, nõ solum propter nocentũ proximi vel offensam Dei.

1. Cor. 6. d

Esa. 26. b

2. ¶ Descripta ergo huius viri & persona & virtute, eius prosperitas consequenter ostenditur, vt ex precedenti prosperitate grauior sequens iudicaretur aduersitas. Similiter etiam ad ostendendũ quod ex propria Dei intetione iustis semper bona tribuuntur: nõ solum spiritualia, verum etiã temporalia. Sed quod aliquãdo iusti aduersitatibus opprimantur, accidit propter aliquam specialem causam, vnde sic à principio homo institutus fuit, vt nullis subiaceret perturbationibus, si in innocentia permanisset.

¶ Principiũ autem prosperitatis temporalis post bonã consistentiã personẽ propriã consistit in personis coniunctis, & præcipue in natis qui sunt quodãmodo aliquid parentum: describitur igitur primo eius prosperitas quantum ad fecunditatem prolis, cum dicitur: *Natiq; sunt ei septem filij*

IN LIB. IOB.

*& tres filie.* Consequenter numerosior multitudo marium quàm feminarum ponitur: quia parentes affectare solent magis filios quàm filias, tũ quia id quod perfectius est, desiderabilius est: mares autem comparantur ad feminas sicut perfectum ad imperfectum: tum quia in auxiliũ rerum gerendarum solent esse parentibus magis nati quàm nata.

¶ Deinde ostenditur prosperitas eius quantum ad multitudinem diuitiarum & præcipue in animalibus. Nam circa principium humani generis propter hominũ paucitatem, agrorum possessio non ita preciosa erat sicut animalium: & maximè in partib; orientis, in quibus vsq; hodie sunt pauci habitatores præ latitudine regionis. Inter alia autem primò ponuntur ea quæ maximè deseruiunt ad victum & vestitũ personæ: vt oues, vnde dicitur: *fuit possessio eius septem milia ouũ.* Secundo, ponuntur ea quæ maximè deseruiunt ad onera deferenda, scilicet camelis, & hoc est quod subditur: *& tria milia camelorũ.* Tertio, ponuntur ea quæ deseruiunt ad culturam agrorũ, & hoc est quod subditur: *quingenta quoq; iuga boũ.* Quarto, animalia quib; homines ad vecturã vtuntur, vnde sequitur: *& quingenta asinae.* ex quibus muli generantur, quibus antiqui maximè insedebant. Sub istis autem quatuor generibus animalium, comprehenduntur omnia alia quæ ad eisdem vsus deseruiunt: puta sub ouibus omnia victui & vestitui necessaria, & sic de reliquis. Et quia homines multas diuitias possidentes, ad eas gubernandas multitudine indigent famulorum, conuenienter subditur: *ac familia multa nimis.*

¶ Consequenter ponitur prosperitas eius quantum ad honorem & famã, quæ longè latèq; diffundebatur, & hoc est quod dicitur: *erat vir ille magnus inter omnes orientales,* id est, homo virtuosus & famosus, ad maiorẽ autẽ iphus Iob comedationẽ, constat disciplina domus eius describitur: quæ immunis erat ab illis vitis quæ opulentiã generari solent plerunq;, nam diuitiarũ abundantia discordiam parit, vnde legitur: quod Abraham & Loth nequiuerunt simul habitare ad vitadum iurgium, quod ex rerum abundantia proueniebat. Frequenter etiã homines multa possidentes, dũ ea quæ possidēt, immoderate amant, eis tenatius vtuntur.

Gene. 13,

*Eccl. 6.* Vnde dicitur. Est & aliud malum sub sole & quidem frequens apud homines, vir cui dedit deus diuitias substantiam & honorem: & nihil deest animæ eius ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei Deus potestatem vt comodat ex eo. Ab his ergo malis immunis erat domus beati Iob, erat enim ibi concordia iocunda & æqua frugalitas, quod significatur cum dicitur: *Et ibant filij eius & faciebant conuiuia per domos vnusquisq; in die suo.* hæc autem charitas & concordia non solum inter fratres erat, sed vsq; ad sorores extendebatur, quæ frequenter despiciuntur à fratribus propter superbiam, quam opulentiā plurimum gignit. Vnde subditur. *Emittentes vocabant tres sorores suas vt comederent & biberent cum eis vinum.* Similiter etiã designatur in hoc securitas quæ de castitate filiarum habebatur, alias enim non circumducendæ erant: sed includendæ secundum illud Sap. In filia non auertente se, firma custodiã, ne inuenta occasione &c. sic in ipso Iob vigeat sancta sollicitudo puritatis quã frequenter diuitiæ obruunt & minuunt: secundum illud Deut. In crassatus est, dilatatus & recalcitrauit, & postea sequitur: Dereliquit Deum factorem suum &c. Et quidẽ de sua puritate iterum sollicitus erat quod ab iis quæ inquinari poterant totaliter procul erat, vnde non solum dicitur quod erat timens Deum & recedens à malo, sed etiã circa filiorum puritatẽ maximẽ sollicitus erat, permittens siquidem eos conuiuia agere, eorum indulgens ætati, quãdam enim in iuuenibus tolerantur quæ in personis grauius reprehensibilia sunt. & quia in conuiujs, vix aut nunquam homines in munditiã perseverare possunt, quando vel per ineptam lætitiã, vel per inordinatam loquacitatem, aut etiã immoderatũ vsum sibi offendat, filiis quos à conuiujs non arcebat purificationis remedium exhibebat: vnde dicitur. *Cumq; in orbẽ trãssissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob & sanctificabat illos* dicit autem in orbẽ dies trãssire conuiuij, quia cum septẽ filij essent, & vnusquisq; in die sua conuiuium faceret, per omnes dies septimanæ seriatim huiusmodi cõsumebant conuiuia: postmodum quasi circulariter siue orbiculariter sicut in diebus septimanæ, ita in conuiujs principium redibat.

¶ Notandum autẽ est quod licet Iob filiis indulgeret vt con-


uiuia agerent, tamen ipse suam grauitatẽ cõferuã, eorum conuiujs se non immiscebat: vnde dicitur quod mittebat ad eos, non quod ipse ad eos iret.

¶ Modus autẽ sanctificationis quo per internũciũ sanctificabat eos, potest intelligi dupliciter, vel quia salubribus monitis, eos instrui faciebat: vt siquid in conuiujs deliquerant, emendarẽt: vel etiã quia expiatiõis aliquatũ habebat, quo huiusmodi delicta expiabantur, sicut & sacrificia etiam ante legẽ data fuerunt, & primitiarum & decimarum oblatio.


¶ In conuiujs autẽ hoies interdum impuritatem cõtrahunt modis prædictis, sed etiã grauioribus peccatis immerguntur aliquando vsq; ad Dei cõtemptũ & propter lasciuia: ratione absorpta, & à reuerentiã diuinã abstracta, sicut in Exod. dicitur: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. id est fornicari & idolis immolare. Iob ergo non solum cõtra lasciuias & delicias filijs sanctificandõ subueniebat, sed etiã cõtra grauiora remediũ studebat opponere, quo eis Deus placaretur, vnde sequitur: *cõsurgensq; diluculo offerebat holocaustum per singulos.* in quibus verbis ostẽditur perfectio deuotionis ipsius, & quãtũ ad tempus, quia diluculo cõsurgebat, secundum illud psal. Mane astabo tibi. &c. & quãtũ ad modum oblationis: quia holocausta offerebat, quæ totaliter cõburebantur ad honorem Dei, nulla parte relicta in vsum offerentis: sicut erat in hostijs pacificis & pro peccato. dicitur enim holocaustum, quasi totum incensum, & quãtũ ad numerum, quia per singulos filios holocausta offerebat: singula enim peccata cõuenientibus satisfactiõibus sunt expianda. Causam autẽ oblatiõis holocaustorum, subiungit dicens: *dicebat enim.* In corde suo: non quidẽ de peccatis filiorum certus, sed dubitans. *Ne forte peccauerint filij mei.* Cõpe vel verbo, & benedixerunt Deo in cordibus suis, quod quidẽ dupliciter intelligi potest. Vno modo vt totum intelligatur cõiunctum, quãuis enim benedicere Deum sit bonum, tamẽ benedicere Deum de hoc quod homo peccauit. Supra volutãtẽ etiã peccatis quiescẽtẽ quãtũ ad hoc vituperat, sicut in Zacharia dicitur cõtra quosdã. Pasce pecora occisiõis, quæ, quod possiderat occidebat, & non dolebat, & vedebat ea dicentes: benedictus Deus diuites facti sumus. Alio modo vt intelligat à cõtrario sensu: & si per hoc quod dicitur: benedixerunt, intelligit maledixerunt,

Exod. 32.

Zach. 11.

Eccl. 1.  
26. b.

Deu. 32.



Crimen enī blasphemīe tā horribile est, vt pia ora ipsum nominare pprio nomine reformidēt: sed ipsum per contrariū significans: & cōuenienter pro peccato blasphemīe holocausta offeritur: quia ea quae in Deū cōmittūtur, honoratione diuina sunt expurgāda. Solet autem contingere quōd diuinus cultus à quibusdā deuote perficiatur, si rarus sit: cum autem frequens fuerit in fastidium venit, quod est peccatum accidia. Cum aliquis scilicet tristatur de spiritali labore, cui quidem peccato Iob subiectus non erat: nam subditur: Sic faciebat Iob cunctis diebus, quasi perseuerantem in diuino cultu deuotionem conseruans.

LECTIO. II.

**1** **Q**uadam autē die cum venissent filij Dei vt assisterent coram domino: affuit inter eos etiā satā. Cui dixit dominus. Vnde venis? Qui respondens ait: Circuui terram: & perambulauī eam. Dixitq; dominus ad eum. Num quid cōsiderasti seruū meum Iob quod nō sit ei similis in terra: homo simplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo. Cui respōdens satan ait: Nūquid frustra Iob timet Deum? Nonne tu rallaasti eum ac domum eius vniuersamq; substantiam eius per ciccutum? Operibus manuum eius benedixisti: & possessio eius creuit in terra. Sed ex tēde palulū manū tuā: & tange cuncta quae possidet: nisi mfaciē benedixerit tibi. Dixit ergo dominus ad satan. Ecce vniuersa quae habet in manu tua sunt: tātūm in eū ve extēdas manū tuā.

Post prosperitatē beati Iob enumeratam, ponitur aduersitas ipsius, & primo inducitur causa ipsi: & ne quis putaret aduersitates iustorum absq; diuina prouidētia procedere: per hoc aestimaret res humanas prouidētia subiectas: nō enim prae mittitur quomodo Deus de rebus humanis curā habet & eas dispēsat: hoc autē symbolicē & sub anigmate proponitur secūdum cōsuetudinē sacrae Scripturae: quae res spirituales sub figuris rerum corporalium describit: sicut, Vidi dominū sedentem super foliū excelsū & eleuatū: & in principio Ezechielis & in pluribus aliis locis. Et quenuis spiritualia sub figuris rerum corporalium proponātur: nō tamen ea quae circa spiritualia intenduntur per figuras sensibiles ad mysticū pertinent sensum, sed literalē: quia sen-

Isaie. 7.

sus litteralis est: qui primò per verba intenditur: siue proprie dicta siue figuratē.

Sciendum est autem qd diuina prouidētia tali ordine res gubernat, qd inferiora per superiora dispēsat. Corpora enī generabilia & corruptibilia subditur motui corporū cælestiū, & similiter inferiores spūs rationales mortalibus corporib; vniti scilicet aīae, per superiores spiritus incorporeos administrantur. Hæc autē est ratio, quia inter incorporeos spiritus, quidā sunt boni, qui puritatē in qua creati sunt cōseruantes, diuina gloria perfruuntur, à Dei volūtate nunquam recedentes: & hī quidē spiritus in scripturis interdū dicūtur angeli, id est, nūcij: quia diuina hominibus annūciant. Interdū autē filij Dei dicuntur, in quantum Deo per participationē glorię assimilantur. Mali autē spiritus quidam sunt, nō per naturam aut per creationem, cū vniscuiusq; naturæ auctor sit Deus: nec summū bonū potest esse causa nisi honorū. Sed sunt mali propter ppriā culpā: huiusmodi autē spiritus in scripturis dæmones dicūtur: & eorū primus dicitur diabolus, quia deorsum cadēs, licet esset satan, id est, aduersarius: vtiq; igitur spiritus homines ad aliqua agēda mouēt: boni quidē ad bona, mali autē ad mala: & sicut homines mouētur à Deo per spiritus supradictos, ita etiā ea quae per homines agūt, dicuntur in scripturis eisdem spiritibus mediantibus ad diuinū examē referri: ad ostēdendū igitur qd tā bona quā mala, quae homines agūt, diuino iudicio sublunt, dicitur: Quadā autē die cū venissent filij Dei vt assisterent coram domino, affuit inter eos etiā satan. Sciendū verò est qd angeli qui hic filij Dei dicūtur, assistere dicūtur domino dupliciter: vno modo inquantū Deus ab eis cōspicitur, sicut scriptū est. Millia milliū ministrabāt ei & decies centū millia assistebant ei. Alio modo inquantū ipsi angeli & eorū actus à Deo cōspiciūtur. Nam qui alicui domino assistūt, & eū cōspiciūt, & ab eo cōspiciūtur. Primo igitur modo assistere non conuenit angelis nisi beatis: qui diuina visione perficiuntur, nec iis hominibus sed istis tantū qui inter eos superiores existūt, qui magis intimē diuina visione perfruūtur. i. ad exteriora ministeria secūdū Dionysij sententiā nō exeūt, vnde & à ministrātibus (pre-

Assistunt domino angelis dupliciter. Dan. 7. c

dicta auctoritate assistentes, distinguuntur. Secundo, autem modo assistere conuenit non solum omnibus bonis angelis, sed etiam hominibus, quia quaecumque per eos agitur diuino conspectui & examini subditur, & propter hoc dicitur: quod cum ueniret filius Dei, ut assisterent coram domino affuit inter eos esset satan. Et quauis ea quae per angelos bonos vel malos administrantur, continue diuino conspectui & examini subiiciantur, & sic semper & filii Dei assistant, & satan adsit inter eos, & dicitur tamen: *quada die*. secundum modum scripturae quae ea quae supra tempus sunt, interdum per tempus designat ex aliquibus quae dicitur in tempore: sicut in principio Gene. dicitur Deus aliqua dixisse primo vel secundo die, quauis eius dicere sit aeternum, propter hoc quod ea quae ab ipso dicuntur fuerunt in tempore: ita & nunc quia factum de quo nunc intenditur determinato tempore extitit, dicitur administratores huius: quada die coram domino assistisse, quauis coram ipso assistere desistat. Considerandum est etiam quod ad Dei iudicium aliter referuntur ea quae per bonos angelos aguntur: aliter ea quae per malos. Nam boni angeli hoc intendunt, ut ea quae agunt referant in Deum: & ideo dicitur quod filius Dei uenerunt, ut assisterent coram domino. quod proprio motu & intentione omnia diuino iudicio subdentes, mali uero angeli non intendunt ea quae agunt referre in Deum: sed eis nolentibus hoc accidit, ut quicquid agunt, subdatur diuino iudicio: & ideo non dicitur de satan quod uenit ut assisteret coram domino, sed solum quod affuit inter eos. Dicitur autem inter eos, tamen propter naturae parilitatem, tum ad insinuandum quod mali non sunt ex principali intentione: sed superueniunt bonis quasi per accidens. ¶ Est autem differentia inter ea quae per bonos angelos & malos aguntur. Nam boni angeli nil agunt nisi ad quod diuino iussu & uoluntate mouentur. In omnibus enim uoluntate diuinam sequuntur, mali uero sua uoluntate discordant a Deo: unde ea quae ipsi agunt, a Deo aliena existunt, quantum ad eorum intentionem: & quia non consueuimus interrogare de iis quae nos facimus: sed de iis quae absque nobis fiunt, ideo non dicitur quod dominus aliquid quaesierit a filiis Dei, sed solum a satan, & hoc est quod subditur: *Cui dixit dominus: unde uenis.* ¶ Et notandum est quod non dicit ei dominus: quid facis? aut

ubi es: sed unde uenis? quia ipsa facta quae per demones procurantur, interdum ex diuina uoluntate proueniunt, dum per eos uel puniuntur mali, uel exercentur boni. Sed demonum intentio semper mala est, & a Deo alienatur, ideo a satan queritur unde uenis: quia eius intentio, a qua procedit, tota ipsius actio a Deo est aliena.

¶ Sciendum autem est, quod dicere dupliciter accipitur: nam quadoque refertur ad conceptum cordis, quadoque autem ad significationem, ut huius conceptus alteri exprimitur. Secundum igitur primum modum dicere Dei est aeternum, & nil est aliud quam generare filium, qui est uerbum ipsius. Secundum uero modo temporaliter Deus aliqua dicit, diuersimodum tamen, secundum quod congruit eis de quibus dicitur: nam hominibus corporeos sensus habentibus, aliquando Deus loquutus est aereo sono, formato in aliqua subiecta creatura, sicut uox sonuit in baptismo & in transfiguratione Christi. Hic est filius meus dilectus. Aliquando autem per imaginariam uisionem sicut multoties legitur in prophetis. Aliquando autem intelligibili expressione, & hoc modo intelligendum est ad satan dixisse in quantum intelligere facere, quod ea quae agit, a Deo conspiciuntur. Sicut ergo dicere Dei ad satan, est eius notitiam praeferrere: ita satan respondere Deo, est non ei alicuius rei notitiam tradere: sed considerare omnia sua diuino conspectui aperta esse, & secundum hunc modum dicitur: *qui respondes, ait: circuiui terram & perambulauit eam.* Per hoc igitur quod dominus dicit ad satan: *unde uenis*, intentionem & actum diaboli Deus examinat: per hoc caute quod satan respondet: *circuiui terram & perambulauit eam*, suorum actuum Deo rationem reddit, ut ex utraque ratione ostendatur omnia quae per satan fiunt, diuinae prouidentiae subiecta esse. Per circuitionem autem satan calliditas eius ostenditur, ad explorandum quos decipere possit, secundum illud. *1. Petr. 5.* Aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens, circuit querens quem deuoret. Conuenienter autem per circuitum astutia callidorum designatur, sicut per rectum simpliciter iustus. Nam rectum est cuius medium non exit ab extremis, cum ergo actio iusti a suo principio, quod est uoluntas siue intentio non discrepat: conuenienter iustus ascribitur rectitudo. Callidorum autem est, aliud ostendere, aliud intendere, & sic

*Iustus recti,  
impj aut  
obliqui de  
cuntur.*



*Differentia  
honoris spirituum  
a malis.*

id quod demonstrant ex suo opere, exit ab extremis duci, nec voluntati cōcordat nec fini. Vnde rectē callidi circuire dicitur, ppter quod scriptū est: In circuitu impij ambulā. ¶ Sciendum autem est quod etsi diabolus erga cūctos tam bonos quā malos calliditatis suæ studio vtatur, effectus tamen calliditatis suæ in solis malis consequitur: qui rectē terra nominantur. Cum enim homo compositus sit ex natura spiritali & carne terrena, malū hominis in hoc consistit, quod derelictis spiritalibus bonis: ad quē secūdam rationalem mentem ordinatur, terrenis bonis inhæreat, quē sibi competunt secūdam rationem terrenam: & ideo mali in quantum naturam terrenam sequuntur, rectē terra dicuntur: huiusmodi igitur terram non solūm circuit sātān, sed etiam perambulat, quia in eis effectum suæ malitiæ complet, per ambulationem enim complementū processus ipsius designatur: sicut econuerso de viris iustis dicitur, quod in eis Deus perambulat. Vnde apostolus inducit: Inhabitabo in illis & inambulabo inter eos.

¶ Potest autem & aliter intelligi. Triplex enim est status viuentiū, quidā enim sunt supra terrā, id est, in cælo, vt angelī & beati omnes: quidam in terra: sicut homines naturali carne viuentes, quidam autem sub terra, vt dæmones & damnati homines. Primos igitur sātān, neq; circuit, neq; perambulat, quia in cælestibus ciuibus nil malitiæ potest esse, sicut nec in cælestibus corporibus inuenitur aliquid malum naturæ. Eos autē qui sunt in inferno, perambulat, sed nō circuit, quia eos totaliter suæ malitiæ subiectos habet, nec oportet vt ad eos decipiendos aliqua calliditate vtatur. Eos autem qui sunt in terra, circuit & perambulat: quia & calliditate eos decipere nititur: & quosdam eorum ad suam malitiam trahit, qui maximē per terrā designantur vt dictum est: & quod per terram homines terreni designentur, satis apertē ostenditur per hoc quod Dominus Iob quauis in terra habitantem: à terra tamen segregare videtur. Nam quum sātān dixisset: *Circuiui terram & perambulauī eam. subiungitur: Dixitq; dominus ad eum. Nunquid considerasti seruum meū Iob, quod non sit ei similis. &c.* Frustra enim quæsitum videretur, an Iob considerasset qui terram

circuisse & perambulasse assererat, nisi seruum suum Iob, præter terrā etiam intelligeret, & maximē ostendit in quo à terra segregetur, in hoc quod dicit: *seruum meum Iob.* Homo enim quasi medius constitutus est inter Deū & res terrenas. Nam mente inhæret Deo: carne autem rebus terrenis coniungitur. Omne autem medium duorum, eo magis ab vno extremo recedit: quo magis alteri appropinquat: homo enim quanto magis Deo inhæret, tātō remotior est à terra, hoc autem est seruum Dei esse, quod mēte Deo inhære. Nam seruus est qui non sui causa est, ille autem qui mente Deo inhæret, seipsum in Deum ordinat, vt seruus amoris non timoris.

¶ Et notādum est quod affectiones terrene aliquo modo à remotis imitantur spirituales affectus, quibus mens Deo coniungitur. Sed ad eorum similitudinē nullo modo peruenire possunt, nā & amor terrenus ab amore Dei deficit, & per consequens omnis affectio: nam cuiuslibet affectionis est amor principium. Vnde cōuenienter postquam dixerat: *Nunquid considerasti seruum meum Iob.* subditur: *quod non sit similis ei in terra.* quia nihil in terrenis spiritalibus comparari potest: quauis & possit aliter intelligi. Nā in vnoquoq; sancto est aliqua virtus per eminentiam quantū ad aliquem spirituale vsum: propter quod de singulis confessoribus in ecclesia canitur: Non est inuentus simili illi, qui conseruaret legem excelsi: nisi quod in Christo omnia secundum excellentiam perfectissima fuerunt, & secūdam hūc modū intelligi potest, quod nullus in terra habitantiū similis erat Iob: in quantum Iob præeminebat, quantum ad aliquem vsum virtutis. In quo autem Iob fuerit seruus Dei, & nullus ei similis in terra, ostendit cum subdit: *Homo simplex & rectus ac timens Deū & recedens à malo.* quia ea quæ posita sunt supra, ad præsens dimittantur.

¶ Considerandū autē quod dominus iustorū vitā, nō solū ad eorū bonum ordinat, sed vt aliis eam conspicuā reddat. Sed conspicientes eam non similiter afficiuntur ad ipsam: nam boni pro exemplo habentes ex ipsa proficiunt, mali verō si non corrigūtur, vt eius exemplo boni fiant ex sanctorū vita inspecta deficit, dū vel per iudiā torquentur:



2. Cor. 2.

Sap. 4.

Eccle. 11.

vel falsis inditiis eam peruere conatur, secundum illud Apostoli. Christi odor bonus sumus Deo & in his qui falsi sunt, aliis quidem odor mortis in morte, aliis autem odor vite in vita. Sic igitur Deus vitam sanctorum non solum ab electis considerari vult ad profectum salutis, sed etiam ab iniquis ad cumulum damnationis: quia ex vita sanctorum condenabilis ostenditur peruersitas impiorum: secundum illud quod dicitur. Cōdemnat iustus mortuus, viuos impios, & ideo dominus ad fatā dicit: *Nunquid consideraſti ſeruum meum Iob,* quasi diceret terrā quidem circuis & perābulas, sed seruum meum Iob solū considerare potest, & eius virtutē mirari. Solet autē peruersorū hominū, quorum princeps est satan, & eorū qui huiusmodi personā gerunt talis esse cōsuetudo vt sanctorū vitā, quia repræhēdere nō possunt, vt nō ex recta intentione eos agere calūniētur secundū illud. Bona in mala conuertēs insidiatur & in electis imponit maculā, & hoc apparet ex hoc quod subditur. *Cui respōdens satan ait. Nūquid frustra Iob timet Deum?* quasi dicat negare nō possunt quod bona nō faciat, sed hoc agit non recta mente, vt propter tuū amorē & honestatis, sed propter tēporalia quæ à te cōsequutus est, & ideo dicitur, *Nūquid frustra Iob timet Deum?* Illud enim frustra facere dicimus ex quo id quod intendimus assequi nō possumus. Iob autē tibi seruiuit propter tēporalia quæ à te assequutus est, videtur quod nō sit frustra quod tibi seruiēdo te timeat. Et quod tēporalem prosperitatem consequutus sit, dicit, quantum ad duo.

¶ Primo quātū ad immunitatē malorū, quia scilicet præseruat⁹ erat à Deo ab omni aduersitate, & hoc est quod dicit. *Nō me tu valaſti?* protexisti, sicut protegit vallū aut murus, eum, quātū ad suā personā, ac domum eius, quātū ad prolem & familiam, & *uniuersam substātiā eius*, quantum ad possēsiones, & addit *per circuitum*, vt perfecta immunitas ostendatur, quia illud quod per circuitum vallatur, ex nulla parte potest pati insultum.

¶ Secūdo, ostēdit ei⁹ prosperitatē quātū ad multiplicatiōē bonorū, & hoc est quod dicitur. *operib⁹ manu⁹ eius benedixisti.* Vnde cū Deus bona omnia faciat: benedicere nāq; Dei est bonitatē rebus dare, Tūc ergo Deus alicui⁹ operib⁹ bene-

dicit, quādo ea ad bonū pducit, vt finē debitū cōsequatur, & quia quædā bona proueniūt absq; suo opere & intētiōe propter hoc addit. *Et possessio eius creuit in terra.* Sic igitur fatā calūniatur facta beati Iob, quia ea intētiōe ageret prosperitatis terrenæ: vnde manifestum est, quod ea bona quæ agimus, nō referūtur ab prosperitatē terrenā, quātū ad primū intentū: aliās esset peruersa intētiō. Si quis ppter prosperitatē tēporalē Deo seruiret: & similiter eōuerso, aduersitas tēporalis, nō est propria pœna peccatorū: de quo ferē in toto duodecimo cap. quæstio erit. vult autē ostēdere satan per suū respōsum quod propter prosperitatē terrenā, quā cōsequutus erat Iob, Deo seruiert, per oppositum, si enim cessante prosperitate terrena, Iob dominū timere desineret: manifestū fieret quod propter prosperitatē terrenam, qua fruebatur, Deū timebat, & ideo subdit: *nisi in facie benedixit tibi*. i. manifestē maledixerit, supple malū mihi accidat.

¶ Et notandū quod ex magna aduersitate verē iustorum corda interdum cōmouentur, sed simulate iusti ex modica aduersitate turbantur, velut nullā virtutis radicē habentes: vult ergo fatā per hoc innuere quod nō Iob verē iustus erat, sed simulate: & ideo dicit quod si paululū aduersitate tangatur, murmurabit cōtra Deū, quod est Deū blasphemare: & subiungitur dicens: *nisi in facie benedixerit tibi*, vt benedictio proprie sumatur, & sit sensus: si tu paululum eum tangas prosperitatem terrenam, scilicet auferēdo, hoc mihi accidat nisi manifestū fiat, quod antea benedixerit tibi: non in vero corde, sed in facie, id est, ad apparentiam hominum. Et quia sicut dictum est, dominus sanctorum virtutem vltionibus esse notam, & bonis & malis: placuit sibi vt sicut bona facta eius, omnes intellexerunt: ita & vt recta eius intentio, omnibus fieret manifesta: & ideo noluit Iob prosperitate terrena priuare, vt eo in Dei timore perseverante, manifestum fieret, quod ex recta intētiōe, non propter temporalia dominum timebat.

¶ Sed sciendum est, quod Deus malos punit, & per bonos angelos, & per malos: sed bonis nunquam aduersitatem, inducit nisi per malos: & ideo semper in beatum Iob, aduersitatem non nisi per satan induci voluit: & pro-

3. Reg. 21.  
Benedixit  
Naboth  
Deum &  
regem. i.  
maledixit  
per anti-  
phrasim,  
vt Auri-  
sacra fa-  
mes. i. ex-  
cranda.



pter hoc subditur. Dixit ergo dominus ad satan. Ecce uniuersa quae habet in manu tua sunt, id potestati tuae trado, tantum in eum ne extendas manum tuam. ex quo manifeste datur intelligi, quod iustus uir satan non quantum uult: sed quantum permittitur nocere potest. Considerandum est quod etiam dominus non praecipit satan ut Iob offenderet, sed solum ei potestatem dedit, quia uoluntas nocendi inest cuilibet malo ex seipso. Sed potestas non nisi a Deo: pater igitur ex praedictis hanc fuisse causam aduersitatis beati Iob, ut eius uirtus omnibus fieret manifesta: unde & de Tobia dicitur, quod ideo dominus ei tentatione euenire permisit, ut posteris daretur exemplum patientiae eius, sicut & sancti Iob.

¶ Considerandum est autem: ne credatur dominum ex uerbis satan inductum esse ad permittendum Iob affligi, sed aeterna dispositione hoc ordinauit ad manifestandam scilicet uirtutem Iob contra omnes calumnias impiorum: ideo praemittitur calumnia, & subsequitur diuina permissio.

LECTIO. III.

**I**gressusque est satan a facie domini. Cum autem quadam die filij & filiae eius commederent & biberent uinum in domo fratris sui primogeniti, nuncius uenit ad Iob qui diceret. Boves arabat, & asinae pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabaei, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus ut nunciarem tibi.

¶ Cumque adhuc ille loqueretur, uenit alter & dixit. Ignis Dei cecidit de caelo, & tactus ones puerosque consumpsit, & effugi ego solus ut nunciarem tibi. Sed adhuc illo loquente, uenit alius & dixit. Chaldaei fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt eos in castra, & pueros percusserunt gladio, & effugi ego solus ut nunciarem tibi. Adhuc loquebatur ille: & ecce alius intrauit, & dixit. Filiis tuis & filiabus uescentibus & bibentibus uinum in domo fratris sui primogeniti: repente uentus rehemens irruit a regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, qui corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt: & effugi ego solus ut nunciarem tibi.

¶ Posita causa aduersitatis beati Iob, consequenter ostenditur

ditur, qualiter ei huiusmodi aduersitas superuenit, & quia tota hic aduersitas inducta est per satan, ideo de ipso primo dicitur: *Egressus est a facie domini.* Nam satan secundum quod potestas ei permittitur nocendi alicui coram facie domini est: quia ex rationabili Dei uoluntate hoc accidit, dum autem exequitur permissam sibi potestatem a facie domini exiit, quia ab intentione permittentis recedit, quod quidem in proposito apparet: permittum enim fuit a Deo, ut posset nocere Iob, ad manifestandam eius uirtutem: sed satan non propter hoc eum afflixit, sed ut eum ad impatientiam & blasphemiam prouocaret. Similiter autem in hoc apparet maxime uerum esse quod supra diximus, satan affuisse inter filios Dei coram eo assisiteres, secundum quod assistere dicuntur Deo aliqui qui diuino: scilicet, iudicio & examini subduntur, non secundum quod assistere dicuntur qui Deum uident. Unde & hic non dicitur, quod satan abiicit a facie sua Deum, sed quod egressus est a facie domini: quia ab intentione prouidentiae, effugere non ualens.

¶ Considerandum est autem, quod in aduersitate enarranda ordo contrarius obseruatur ordini, quo fuerat prosperitas enarrata: nam in prosperitate enarrata, maioribus ad minora processit, incipiens a persona ipsius Iob, & post hoc posuit prolem: & deinde animalia primo cuius deinde alia, & hoc rationabiliter, quia perpetuitas quae in persona saluari non potest, quaritur in prole: ad cuius sustentationem possessionibus indigemus. In aduersitate autem proponitur econuerso. Nam primo narratur amissio substantiae, secundo, oppressio prolis, tertio, afflictio propriae personae: & hoc ad aduersitatis augmentum, nam ille qui maiori aduersitate oppressus est, minorem non sentit, sed plus minore sentitur maior: & ideo, ut a singulis aduersitatibus Iob propriam afflictionem sentiret: & sic magis ad impatientiam commoueretur, incepit satan a minore aduersitate Iob affligere, & paulatim processit ad maiora.

¶ Considerandum etiam est, quod ab iis quae subito superueniunt hominibus, animus magis commouetur. Nam praecogitata aduersa facilius tolerantur: & ideo ut Iob magis commoueretur in tempore maxime iocunditatis: quando


*Demonis astutia.*



minus de aduersitate cogitari poterat, sic satan aduersitate induxit, vt etiam ex ipsa presenti iocunditate aduersitas grauior appareret. Nā contraria iuxta se posita magis elucescunt, & ideo dicitur: *Cum autem quadam die filij & filie eius comederent & biberent vinum, quod specialiter ponitur ad iocunditatis in dicitum, secundū illud: Vinum in iocunditate creatum est, non in ebrietatem ab initio. In domo fratris sui primogeniti, quod etiam ad maiorem solennitate ponitur: probabile enim est quod in domo primogeniti solenne conuiuium celebraretur: nuncius venit ad Iob, qui diceret boues arabum, vt ex memoria fructus damnum intolerabilius videretur. & asina pascebantur iuxta eos, quod etiam ponitur ad augmentum doloris dum consideraret quod eo tempore superuenerunt quo plura simul possent rapere. & irruerūt Sabbei, hostes à remotis venientes à quibus non de facili recuperari possent quæ rapuissent, tulerunt omnia, ne si aliqua reliquissent, ea saltem sufficerent ad necessarium usum & ad propagandē. & pueros percussit gladio, quod viro iusto grauius fuit. & euasi ego solus vt nunciarem tibi, quasi dicat ideo hoc euenit diuina dispensatione, vt ego solus euaderem: vt tu posses habere nunciū tantū damni, quod Deus te dolore affligere intendit. Hac autem aduersitate nunciata, statim: aliorum nunciatur, ne si ali- quod interuallum fieret intus, ad cor suū rediret, & se ad patientiam præpararet: & sic sequentia facilius sustineret. 2. & propter hoc subditur: *Cumq; adhuc loqueretur ille, venit alius & dixit: ignis dei, à Deo missus, descendit de celo, vt quia eius menti imprimeret quod non solum ab hominibus, sed etiam à Deo persecutionem pateretur: & sic facilius contra Deum prouocaretur. & tactas omnes puerosque consumpsit, quasi diuinitus hoc procreatum sit, vt statim ad tactum ignis omnia cōsummarentur: quod est contra naturalem virtutem ignis. & effugi ego solus, vt nunciarem tibi, sequitur: *Sed adhuc illo loquente venit alius & dixit, chaldei, supple qui erāt feroces & potētes, vnde ad eorum potentiam ostēdendam subditur: fecerunt tres turmas, vt sic vindicta sperari non possit, nec recuperatio damni, de quo damno subditur: & inuasērunt camelos. &c. Sequitur de***

de oppressione prolis. *Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intravit & dixit: filij tui & filie bibebant vinum in domo fratris sui, vt ex hoc ei mēs tristior foret, quo Iob poterat dubitare eos in statu alicuius peccati fuisse mortē præuētos. Nā propterea ipse sanctificabat, & holocausta per singulos offerebat: quia timebat ne in cōuiuio aliquid peccati incurrissent, & ne forte possent credi, quod peccauerint, & animæ suæ prouiderint, subditur: repente venit ventus rehemens, & irruit à regione deserti: & concussit quatuor angulos domus, quod dicitur ad ostendendum vehementiam ventis: & præter consuetudinem totam domum subuertit simul: & vt per hoc ostendatur ex diuina voluntate processisse: & sic facilius contra Deum moueretur, dum affligebatur, ab eo cui deuota mente seruierat: & ad maiorem doloris cumulum subditur: damnum interemptæ prolis cum dicitur: *quæ corruens oppressit liberos tuos & mortui sunt, scilicet omnes: ne saltem in aliquo euadente ex liberis posteritatis spes remaneret, & hoc eo magis credabatur dolorosum quod liberis omnibus interemptis aliquis famulorū euadere potuit ad concitandum dolorem. Nam sequitur: & euasi ego solus vt nunciarem tibi.**

¶ Considerandum est quod cum omnis prædicta aduersitas sit per satan inducta, necesse est confiteri quod Deo permittente dæmones possunt turbationē acris inducere, uentos concitare, & facere vt ignis de celo cadat, quāuis enim materia corporalis non obediatur ad nutum angelis, nec bonis neq; malis, ad susceptionem formarum, sed soli creatori Deo tamen ad motū localem, nam corporea nata est spiritali nature obsequere, cuius iudiciū in homine apparet. Nam ad solū imperium voluntatis, mouentur membra vt affectum uolūtate, dispositū prosequatur. Quæcūq; ergo solo motu locali possunt fieri, hoc per naturalem uirtutē nō solū spūs boni, sed etiā mali facere possunt nisi diuinitus prohibeatur: uēti autē & pluuie & aliæ huiusmodi acris turbationes ex solo motu uaporū resolutorū ex terra & aqua fieri possūt. Vnde ad huiusmodi purganda naturalis uirtus demonis sufficit sed interdū ab hoc diuina uirtus prohibetur vt nō liceat eis facere oē q̄ naturaliter possunt.



Non est autem contrarium quod dicitur. Nunquid fuit in sculptilibus qui pluit? Aliud est enim naturali cursu pluere quod soli deo conuenit qui causas naturales ad hoc ordinauit. aliud artificialiter uti aliquo ad pluuiam vel verum interdum quasi extraordinarie producendum.

LECTIO IIII.

**T**unc surrexit Iob & scidit vestimenta sua: & tōso capite corruens in terram adorauit: & dixit. nudus egressus sum de utero matris meae: & nudus reuertar illuc. Dominus dedit: dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. In omnibus his non peccauit Iob labiis suis: neque stultum quid contra deum loquutus est.

¶ Enumerata aduersitate beati Iob: agit hic de patientia quam in aduersitate monstrauit.

¶ Sciendum autem est ad euidentiā eorum quæ hic dicuntur quod circa corporalia bona, & circa animi passiones antiquorum philosophorum diuersa opinio fuit. Nam stoici dixerunt bona exteriora nulla bona hominis esse: & quod pro eorum amissione nulla tristitia in animo sapientis poterat inesse. Peripateticorum verò sententia fuit quod bona exteriora sunt quædā aliqua hominis bona: non quidem principalia: sed quasi instrualiter ordinata ad principale hominis bonum quod est bonum mentis: & propter hoc sapientem in amissionibus exteriorum bonorum moderate contristari concedebant ita scilicet quod per tristitiam ratione nō absorbeat ut à rectitudine declinaret: & hæc sententia verior est & ecclesiasticæ doctrinæ cōcordat ut patet per Augustin. in libro de ciuitate Dei. Hanc igitur sententiam Iob secutus tristitiā quidem in aduersitate monstrauit, tamen sic moderatam ut rationi subiecta esset: & ideo dicitur. *Tunc surrexit Iob & scidit vestimenta sua.* quod apud homines solet esse tristitiæ indicium.

¶ Notandum verò est quod dicit, *Tunc* scilicet post mortem filiorum auditam ut de eis magis quàm de amissione rerum doluisse videatur. de amicis enim mortuis non dolere duri & non sensibilis cordis esse videretur: sed virtuosi est hunc dolorem moderatum habere secundum illud Apo-

Stoicorum sententia de passionibus perferendis. Peripatetica sententia.

Thess. 4.

stoli. Nolumus vos ignorare de dormientibus ut non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent: unde hæc in beato Iob fuit. unde & statum mentis eius per actum exterioriorem aperuit. quia enim ratio stetit, congruenter dicitur, quod Iob surrexit: quauis homines dolentes magis soleant prosterni: quia tristitiam patiebatur: sed nō penetrantem vsque ad intima rationis, tristitiæ signum ostēdit quantum ad duo, scilicet quātum ad ea quæ sunt extra naturam corporis. unde dicitur. *Et scidit vestimenta sua.* Et quātum ad ea, quæ de natura corporis procedunt. unde dicitur. *Et tōso capite.* Quod apud eos qui comam nutriūt, solet esse doloris indicium: Unde hæc duo signa tristitiæ conuenienter præmissis aduersitatibus respondent. Nam scissio tunicæ respondet amissioni rerum, tōsio capitis amissioni filiorum.

¶ Tunc autem mens recta stat, quando humiliter deo subiicitur. Vnumquodque enim in tāto maiori nobilitatis altitudine consistit: quanto magis suæ perfectioni substat: sicut aer dum subditur luci & dum subditur materia forme, quod ergo mens beati Iob per tristitiā deiecta non erat sed in sui rectitudine existens: manifestatur per hoc quod Deo humiliter adorauit se subdit. Nam sequitur: *Corruens in terram.* ad humilitatis & deuotionis indicium demonstrandū & non solum factis statū suæ mentis declarauit: sed etiam verbis rationabiliter enim demonstrauit: & si tristitiam pateretur se tristitiæ non debere succubere, primò quidem ex conditione naturæ, unde dicitur. *Et dixit: nudus egressus sum de utero matris meae, scilicet terra: que est communis mater omnium (nudus reuertar illuc.)* Id est, in terrā, & secundū hunc modū dicitur. *Occupatio magna creata est hominibus, & iugū graue super filios Adam à die exitus de utero matris eorum vsque in diem sepulture in matrem omnium.* Potest & aliter intelligi ut quod dicitur: *De utero matris meae.* Id est, accipiatur ad literā de utero mulieris quæ genuit eum, quod autem dicitur. *Nudus reuertar illuc.* intelligitur quod hæc dictio illuc facere simplicem relationem. nō enim aliquis iteratō in ventre matris reuertitur: sed reuertitur in illud statum quē habuit in utero matris, quātū ad aliquid, scilicet

Eccl. 11.

Illuc. i. in locum mortalis post obitū destitutum.

scilicet quantum ad hoc quod est alienum esse à conuersatione humana, hoc ergo dicens rationabiliter ostenditur, quod propter amissionem rerum & exteriorum bonorum non debet homo tristitia absorberi: quia exteriora bona non sunt ei cōnaturalia: sed accidentaliter adueniunt: quod ex hoc primum quod homo sine eis in hoc mundo venit: & sine eis recedit, vnde accidentalibus bonis sublati si subitane maneat non debet homo tristitia obrui etiam si eum tristitia tangat.

¶ Secūdo ostēdit idem ex diuina operatione scilicet quod tristitia homo non debet succumbere dicens. *Dominus dedit Dominus abstulit*. Vbi primo consideranda est vera eius sententia de prouidentia diuina circa res humanas in hoc enim quod dixit. *Dominus dedit*. Confessus est prosperitatem mūdānam hominibus aduenire non casualiter nec ex fato stellarum: nec solo humano studio: sed ex dispositione & dispensatione diuina. in hoc verò quod dicitur. *Dominus abstulit*. Confiteretur etiam aduersitates in hominibus diuinae prouidentiae iudicio prouenire hoc autem innuit quod non habet homo iustam quærelam de Deo si temporalibus bonis spoliatur: quia qui gratis dedit potuit vel vsque ad finem vel vsque ad tempus largiri, vnde cum ante finem homini temporalia aufert deus: homo conuerti non potest.

¶ Tertio ostendit idem ex beneplacito diuinae voluntatis dicens. *Sicut domino placuit ita factum est*. Est autem amicum idē velle & nolle, vnde si ex beneplacito diuinae prouidentiae procedit quod aliquis bonis temporalibus spoliatur si Deum amat debet voluntatem suam, diuinae voluntati conformare: vt hac consideratione, tristitia non absorbeat. Hæ ergo tres rationes debito ordine ponuntur. Nam in prima ratione ponitur quod bona temporalia sunt homini extranea. In secunda quod à Deo homini dantur & auferuntur. In tertia quod hoc accidit secundum beneplacitum diuinae voluntatis. Vnde ex prima ratione cōcluditur quod homo propter amissionem temporalium bonorum nō debet tristitia absorberi. Ex secunda quod nec etiam potest cōqueri, Ex tertia quod etiam debet gaudere. Non

Apposite  
respondit  
Sulpho Me  
garenfis  
Demetrio:  
Omnia  
mea mecum  
porto.

enim esset placitum Deo quod aliquis aduersitatem pateretur nisi propter aliud inde proueniens bonum. Vnde aduersitas licet ipsa ex se amara sit & tristitia generet: tamē ex consideratione utilitatis, propter quam Deo placitum debere esse, iocūda: sicut & de Apostolis dicitur. *Ibant Apostoli gaudentes, &c.* Nam & de sumptione medicinae amarae aliquis ratione gaudet propter spem sanitatis licet sensu turbetur. Et quia gaudium est materia gratiarū actionis, ideo hanc tertiam rationem in gratiarum actione cōcludit dicens. *Sit nomen Domini benedictum*. Vnde dicitur quidem nomen domini ab hominibus benedicendum in quantum de eius bonitate notitiam habent, quod scilicet, omnia bene dispenset & nil agat iniuste. sic ergo cōcluditur innocentia Iob cum dicitur. *In omnibus his non peccauit Iob labiis suis*. Vt scilicet, per verba impatientiae motum exprimeret, neque stultum quicquam contra Deum loquutus est, id est, vt supra, de diuina prouidentia blasphemaret. Stultitia enim sapientiae opponitur quæ proprie est diuinorum.

Pij afflic.  
à Dei bene  
uol. proce-  
dē Spōte  
suscipiant  
impj tan-  
quam Dei  
irā detest.  
Actor. 5.

Non pecca-  
uit Iob, nec  
corde nec  
verbo.

## CAPVT II. Lectio. I.



Actum est autem cum quadam die, venissent filij Dei, & starent coram domino, venisset quoque satan inter eos & staret in conspectu eius: vt diceret Dominus ad satan. Vnde venit? Qui respondens ait: Circuiui terram & perambulauim eam. Et dixit Dominus ad satan. Nunquid considerasti seruum meum Iob quod non sit et similis in terra, vir simplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum vt affligerem eum frustra. Cui respondens satan ait. Pelle pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi. Dixit ergo Dominus ad satan: Ecce in manu tua est, veruntamen animam illius serua.

¶ Cum triplex sit hominis bonum, scilicet animæ: corporis & exteriorum rerum: hoc modo adinuicem ordinantur vt corpus sit propter animam, res vero exteriores & propter

corpus & propter animam. sicut ergo est peruersa intentio si quis bona animæ ordinet ad corporis salutem: & quidem quod Iob in actibus virtutum abundauit, que sunt animæ bona sensibiliter cunctis poterat esse manifestum. vnde & dominus ad satan supra dixerat. *Nunquid cōsiderasti seruiū meum Iob &c.* sed satan calumniam inferebat quasi Iob actibus virtutum intenderet propter temporalia bona. sicut & mali homines quorum satan princeps est, experimento sui iudicant de intentione iustorum: Sed hec calumnia repulsa erat per hoc quod post exteriorum bonorum amissionem adhuc in virtute stabilis permanebat, ex quo sufficienter est ostensum quod eius intentio non erat ad exteriora bona obligata. Reitar ergo ostendere ad perfectā demonstrationem virtutis Iob, quod nec etiam ad salutem proprii corporis incuruata erat eius intentio, & ideo rursus inducit diuinum iudicium quo hoc manifestatur: hoc est quod dicitur. *Factum est autem cum quadam die venissent filii dei vt assisterent coram domino, venisset quoque satan inter eos & staret in conspectu eius, vt diceret dominus ad satan, vnde venis? Quibus verbis supra expositis diutius in morandum non est, nisi quod hoc notandum est quo propter aliquid factum alia dies hic inducitur sicut in principio Genes secundum diuersa rerum genera que creabantur diuersi dies describuntur. Quid autem satan examinatus respondit: ostendit consequenter cum dicitur qui respondens ait: circūiui terram & perambulauit eam, & hoc vt supra Et rursus dominus virtutem Iob, ei quasi conspicuam proponit vt supra, vnde sequitur. *Et dixit dominus ad satan nunquid cōsiderasti seruum meum Iob quod non est illi similis in terra vir simplex & rectus & timens deum ac recedens a malo.* Sed quia iam quedam virtus beati Iob manifesta erat que prius manifesta non fuerat scilicet constantia in aduersis, & ideo nunc addit & adhuc, scilicet post amissionē temporalium bonorum retinēs innocentiam, ex quo ulterius dominus ostendit suspensionem satan fuisse calumniosam & intentionem frustratam, vnde sequitur. *Tu autem cōmonisti me aduersus eum.* non est intelligendum quo deus ab aliquo prouocetur ad volendum quod prius nolebat,*

sicut est apud homines cōsuetū. dicitur enim: *Nō est Deus vt homo neque vt filius hominis vt muretur, sed loquitur hic scriptura de eo figuraliter more humano.* homines enim quando aliquid facere volunt propter aliquem ab illo moueri dicuntur, deus autem vult quidem facere sicut & facit hic, propter illud tamen absque omni mentis commotione quia ab eterno in mente habuit id quod factum est.

¶ Disposuerat ergo dominus ab eterno Iob temporaliter affligere, ad demonstrandum virtutem eius, vt omnis malignorum excluderetur calumnia. vnde ad hoc signandum hoc dicitur. *Tu autem cōmonisti me aduersus eum.* quod autem dicitur *vt affligerem eum frustra.* intelligendum quātum ad intentionem satan non quantum ad intentionem dei, expetierat enim satan aduersitatem Iob intendens ex hoc eum in impatientiam & blasphemiam deducere quod consequutus non erat. deus autem hoc permisit ad declarandam virtutem eius, quod & factum erat. sic ergo frustra afflictus est Iob quantum ad intentionem satan non quantum ad intentionem dei. Repulsius autem satan non quiescit, sed adhuc calumniam inserit, ostendere volens quod omnia bona que Iob fecerat, & etiam hoc ipsum quod patienter aduersa tolerauerat, non pro amore dei fecerat, sed pro sui corpori salute, vnde sequitur, *Cui respondens satan ait. pellem pro pelle & cuncta que habet homo dabit pro niana sua.* Considerandum est autem quod Iob afflictus fuerat, scilicet in amissione possessionum & etiam in amissione natorum, Intendit igitur satan dicere quod vtrā que afflictionem Iob patienter tolerauerat propter corporis sui salutem & quod hoc non erat magne virtutis sed erat humanum & apud homines consuetū. & hoc est quod dicitur *homo*, quasi quicumque etiam non virtuosus, *dabit*, de facili, *pellem pro pelle*, id est, carnem alienam pro carne sua, sustinet enim homo non virtuosus, vt quicumque alii etiam quantuncunq; coniuacti potius corpore affligantur quam ipse, & similiter homo quicumque *dabit* cuncta exteriora que possidet, *pro anima sua*, id est, pro vita sua conseruanda, Exteriora enim bona ad conseruationem vite queruntur vt sint in subsidium victus

& vestitus & aliorū huiusmodi, quibus vita hominis com-  
 mode conferuetur: & quia posset aliquis dicere ad satan.  
 vnde potest probari quod Iob amissionē natorum & pos-  
 sessionum patienter tulerit timens damnū pellis suæ &  
 vitæ suæ: quasi huic quæstioni respondens subdidit. *Alio-  
 quin.* Scilicet si simplici verbo non credatur. *Mitte manum  
 tuam.* Id est, exerce virtutem tuam. *Et tange os eius & car-  
 nem.* Id est, affligas eum in corpore non solum in superfi-  
 cie quod significatur per tactum carnis, sed etiam in pro-  
 fundum: quod significatur per tactū ossis: vt scilicet tactus  
 vsq; ad intima perueniat. *Et tunc videbis.* Id est, manifeste  
 ab omnibus conspici poterit. *Quod in facie benedicat tibi.*  
 Quod exponendum est vt supra. Voluit igitur Dominus  
 ostendere quod Iob Deo non seruiert, propter corporis  
 salutē, sicut supra ostenderat quod ei non seruiuit propter  
 exteriora bona vnde subditur. *Dixit ergo Dominus ad satan  
 ecce in manu tua.* Id est, potestatem tibi trado eum in cor-  
 pore affligēdi. *Veruntamen animam illius serua.* Id est, vitā  
 ne ei auferas. Non enim totaliter Deus seruos suos volun-  
 tati satan exponit: sed secundum mensuram conuenientem  
 secundum illud Apostoli, Fidelis Deus qui non patitur vos  
 tentari supra id quod potestis.

1. Cor. 10.

## LECTIO II.

**I**gressus igitur satan a facie domini percussit Iob  
 1. vlcere pessimo a planta pedis vsque ad verticem  
 2. eius. Qui testa saniem radebat: sedens in sterqui-  
 3. lino. Dixit autem illi vxor sua. Adhuc tu per-  
 manes in simplicitate tua? Benedic Deo & mo-  
 4. rere. Qui ait ad illū. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es.  
 Si bona suscepimus de manu Domini: mala quare non sustinea-  
 5. mus? In omnibus his non peccauit Iob labiis suis. Igitur audien-  
 tes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei venerunt sin-  
 6. guli de loco suo Elyphas themanites: & Baldath suites: &  
 Cophar Naamathites. Condixerant enim vt pariter venientes  
 visitarent eum & consolarentur. Cūque elenassent procul o-  
 culos suos: non cognouerunt eum. Et exclamantes plorauerunt:  
 fisisisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in

cælum. Et sederunt cum eo in terra septem diebus & septem  
 noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim do-  
 lorem esse vehementem.

¶ Accepta potestate satan ad eius executionem procedit.  
 Vnde dicitur: *Egressus igitur satan a facie domini percussit.* 1  
*Iob.* percussit quidē eum turpi & abominabili vulnere in-  
 curabili & doloroso. vnde dicitur *pessimo*, & vniuersaliter  
 a planta pedis vsque ad verticem eius. solent autem aegrotan- 2  
 tium afflictiones remedijs exterioris adhibitis & delitijs al-  
 leuari, sed Iob sic alleuiatus non fuit. sequitur: *Qui testa  
 saniem radebat*, in quo ostenditur quod lenitiua medica-  
 menta & delicata ei non adhibebantur, *sedens in sterquilino.*  
 Ex quo ostēditur quod nō recrebatur nec loci amoenitate,  
 nec stragulorum molitie, nec alio cuius odoris ob-  
 lectione: sed magis contrarijs vtēbatur. poterat autē hoc  
 duplici ex causa contingere. vel quia percussus a domino  
 ipse etiam se magis sponte affligebat, & humiliabat, vt mi-  
 sericordiam facilius obtineret vel, quia cuncta quæ habe-  
 bat amiserat, vnde non poterat sibi conuenientia remedia  
 exhibere. & hoc satis probabile est ex hoc quod supra  
 dominus dixit.

¶ Solent etiam afflictiones hominum verbis consolatorijs  
 releuari, sed afflictio Iob verba exasperantia dicuntur: tan-  
 to magis prouocantia quanto a persona magis coniuncta 3  
 proferuntur. Sequitur enim: *dixit autem illi vxor sua.* quā  
 solam diabolus reliquerat ad occidendum, vt per eam viri  
 iusti mentem pulsaret, qui per scēminam primum homi-  
 nem deiecerat. Hæc autem primo in verba impatientiæ ir-  
 ruit dicens: *Adhuc tu permanes in simplicitate tua.* quasi di-  
 cat saltem post tot flagella cognoscere debes, quod inuti-  
 le tibi fuit simplicitatem seruare: sicut etiam ex quorun-  
 dam persona dicitur: Malach, 3. Vanus est qui seruit Deo,  
 & quod emolumentum erit nobis quia custodiimus præ-  
 cepta eius. Secundo, procedit ad verba peruersæ sug-  
 gestionis dicens: *Benedic Deo.* id est, maledic quasi di-  
 cat ex quo tibi benedicenti Deo aduersitas superuenit:  
 maledic Deo vt prosperitate potiarius. Vltimo prorumpit  
 in verba desperationis dicens. & *morere.* quasi di-



cat pro mortuo te habe, quia nihil tibi residuum est in simplicitate remanenti nisi vt moriaris. vel aliter. *Benedic Deo & morere.* id est, ex quo post tantam Dei reuerentiam sic aduersitate afflictus es, si adhuc Deo benedicas, nil restat nisi vt mortem expectes. Sanctus autem vir qui sua incommoda patienter tulerat ait. *Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es.* recte eam stultitia arguit, quæ contra diuinam sapientiam loquebatur. quod autem stulte loquuta fuerit ostendit dicens: *Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus?* In quo perfectam hominis sapientiam docet. Cum enim temporalia bona & corporalia non sint amanda nisi propter spiritualia & æterna, istis saluatis quasi principalioribus, non debet homo deiici si illis priuetur nec eleuari si eis abundet. Docet ergo nos Iob tantam animi constantiam habere, vt & bonis temporalibus, si nobis à Deo datur, sic vtamur, vt ex hoc in superbia non eleuemur: & contraria mala sic sustineamus, vt ex eis noster animus non deiiciatur, secundum illud Apostoli. Scio humiliari, scio & abandonare, & post subdit: omnia possum in eo qui me confortat. Deinde concluditur perseverans innocentia Iob cum dicitur: *In omnibus his non peccauit Iob labiis suis.*

Phil. vlii.

¶ Non solum per vxorem diabolus metem beati Iob exasperare nitebatur, sed etiam per amicos: qui quantumvis ad solandum venirent, tamen ad verba increpationis processerunt, de quibus dicitur: *Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites Baldath suites, & Sopbar Naamathites.* Et quia inter hos ferè versatur tota disputatio huius libri: considerandum est quod ij tres in aliquo eiusdem opinionis erant cum Iob, vnde amici eius dicuntur: & in aliquo ab eo differebant inter se inuicem concordantes, vnde ergo inuicem connumerantur, & à Iob discernuntur. Conueniebant enim cum Iob, quod non solum res naturales, sed etiam humanæ diuinæ prouidentie subiacerent, sed differebant ab eo quod putabant hominè pro bonis quæ agit, remunerari à Deo prosperitate temporali, quasi temporalia bona sint præmia virtutum: & temporalia mala sunt

Amici Iob, Dei

proprie poenæ peccatorum. Hanc autem opinionem quilibet eorum propriis modis defendere nititur: secundum quod sibi proprium ingenium suggererat: propter quod dicitur venisse singuli de loco suo. Iob autem huius opinionis non erat, sed credebat bona opera hominum ordinari ad remunerationem spirituales futuram post hanc vitam: & similiter peccata futuris supplicii esse puniendæ. quod autem prædicti amici Iob ad consolandum venerint ostenditur ex hoc quod sequitur. *Condixerant enim vt pariter venientes visitarent eum & consolarentur.* In quo veros amicos se ostenderunt in tribulationibus sibi non deficientes: & primo quidem ipsa visitatio consolatoria erat. Nam videre amicam & ei conuenire delectabilissimum est. Consolantur etiam ipsum factis compassionis suæ, ad eum signa ostendendo: pro quibus compassionis signis præmittitur prouocamentum ad compassionem cum dicitur. *Cumque eleuassent procul oculos suos non cognouerunt eum.* erat enim immutata facies ex vlcere & habitu & rerum amissione. Quod autem dicit: *procul.* intelligendum est secundum eam mensuram, qua homo à remotis potest cognosci. hæc autem immutatio amici eos prouocauit ad tristitiam & compassionem, quam per signa ostenderunt. Sequitur enim: & exclamantes, scilicet præ magnitudine doloris, plorauerunt, scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in signum humilitatis & deiectionis se ex deiectione amici deiectos reputantes. Addit autem in cæli vt quasi hac humiliatione cœlesti misericordiæ prouocaret. ¶ Considerandum est autem quod amicorum compassio consolatoria est, vel quia aduersitas quasi onus quoddam leuius fertur, quando à pluribus portatur, vel magis quia omnis tristitia ex admixtione dilectionis alleuatur. delectabilissimum autem est experimentum sumere de amicitia alicuius quod maxime sumitur ex compassione in aduersis, & ideo consolationem affert, non solum autem ex compassione ostensa eum consolabantur: sed etiam ei societatem exhibendo. Sequitur enim. *Et sederunt in terra cum eo septem diebus & septem noctibus.* Intelligendum tamen est non continuè sed congruentibus horis indigebat: in

providentiã, temporalis pramio aut poena, concludi existimant.

Amicitie subleuatio maxima.

magna tristitia consolatione diuturna. sed tertium quod maximè est consolatorium, scilicet verbum, non exhibebant. Sequitur enim: *nemo loquebatur ei verbum, taciturnitatis autem ostenditur causa cum dicitur: videbant enim dolorem esse vehementem*. quæ causa magis redditur secundum consolantium opinionem quam secundum statum afflicti. cum enim mè s'alicuius fuerit dolore absorpta, consolationis verba nõ recipit. Vnde & poeta dicit: Quis natus nisi mentis inops, in funere nati flere veratur. Iob autem non sic erat dispositus vt præ tristitia consolationem recipere non posset: sed magis ipse secundum rationem consolabatur seipsum vt ex verbis eius supra inductis apparet.

CAP. III. LECTIO I.

**P**ost hæc aperuit Iob os suum & maledixit diei suo, & loquutus est. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus desuper, & non illustretur lumine. Obscurent eum tenebrae, & umbra mortis. Occupet eum caligo: & involuatur amaritudine. Noctè illà tenebrosus turbo possideat. Non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare leuiathan. Obtenebrentur stella caligine eius. Expectet lucè & nõ videat, nec ortum surgentis auroræ. Quia nõ concludit ostia ventris, qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis.

¶ Sicut supra dictum est circa passionem animæ duplex fuit antiquorum opinio. Stoici enim dixerunt tristitia in sapientem non cadere. Peripatetici verò dixerunt sapientem quidem tristari: sed in tristitiis secundum rationem moderatè se habere: & hæc opinio veritati concordat. ratio enim contradictione naturæ auferre nõ potest, est autè naturale sensibili naturæ, vt de conuenientibus delectetur & gaudeat. & de non cuius doleat & tristetur. hæc igitur ratio auferre nõ potest, sed sic moderatur per iustitiã, ratio, quod à sua rectitudine non diuertat. concordat enim hæc opinio sacræ scripturæ quæ tristitiam in Christo ponit in quo est omnis virtus & sapientiæ plenitudo, Sic igitur Iob ex præuarratis aduersi-

tatibus tristitiam quidem sensit: alias patientiæ virtus in eo locum non haberet, sed propter tristitiam ratio à rectitudine non declinauit, quando post tristitiam dominaretur. Ad hoc igitur ostendendum dicitur. *Post hæc aperuit Iob os suum*. dicit autem, *Post hæc*. idest post septem taciturnitatis dies, ex quo manifestum fit quidem verba quæ sequuntur, semper secundum rationem prolata non per tristitiam perturbatam. Si enim ex perturbatione mentis dicta fuissent, prius ea protulisset quando vis tristitiæ vehementior erat, tristitia enim qualibet longitudine temporis mitigatur & in principio magis sentitur, vnde propter hoc tacuisse videtur: ne perturbata mente loqui videretur: quod etiam ostenditur per hoc quod dicitur *aperuit os suum*. Cum enim aliquis loquitur ex impetu passionis, non ipse aperuit os suum: sed passione agitur ad loquendum, non enim per passionem nostri actus domini sumus, sed per solam rationem loquendo autem tristitiam quam patiebatur ostendit. Confectum enim est apud sapientes vt ex ratione loquatur passionum motus quos sentiunt: sicut & Christus dixit. *Tristis est anima mea usque ad mortem*. & Apostolus dixit. *Non enim quod volo bonum hoc ago: sed quod odium illud facio*. sicut etiam Boetius in principio de consolatione tristitiam aperuit, vt ostenderet quomodo eam ratione mitigaret, sic etiam Iob loquendo tristitiã suam aperuit. vnde sequitur, *& maledixit diei suo*, quod videtur contra illud apostoli *Benedicite & nolite maledicere*,

¶ Sed sciendum est quod maledicere multipliciter dicitur. cum enim maledicere nihil aliud sit quam malum dicere, totiens dicitur maledicere, quoties contingit malum dicere, contingit autem aliquem alicui maledicere, primo declarando malum quod alicui debetur, & sententia iudicis aliquè iudicantis, est causa pœnæ eius qui cõdemnatur, per hunc modum intelligitur quod dñs dixit *Maledicta sit terra in opere suo*. Secundo impcando malum vel optando: sicut legitur in primo Regum. quod philisteus maledixit dauid in diis eius. Tertio conuenit aliquè dicere malum simpliciter enunciado, vel in presenti vel in præterito, vel in futuro, siue vere, siue false. Prohibet igitur apostolus maledicere tali maledi-

Ro. 7.

Io. 12  
de maledictione notat dignum

Gen. 3.



D. THOMAS

Etione qua quis imprecatur malum alicui, vel cum falsè diffamatur, non autem eo modo quo iudex reum condemnat, vel aliquis verax malum alicuius rei ordinatè demonstrat, vel demonstrando præsens, vel recitando præteritum, vel præmittendo futurum: sic ergo intelligendum est Iob sic dici maledixisse, quia eum malum esse denunciavit, non secundum suam naturam qua à deo creatus est, sed secundum illam scripturæ consuetudinem qua tempus dicitur bonum vel malum, sed secundum ea que in tempore aguntur, secundum illud Apostoli Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Maledixit igitur Iob diei suo, in quantum mala sibi in ipsa die accidisse commemorat quomodo autem maledixerit subditur. *Et loquutus est peccat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo.*

¶ Sciendum est autem quòd licet esse & viuere secundum se sit appetibile, tamen esse & viuere in miseria est fugiendum secundum quòd huiusmodi, licet interdum esse in miseria libenter sustineatur propter aliquem finem. Vnde ista misera vita, quæ non ordinatur ad aliquem finem bonum, nullo modo est eligenda, propter quod dominus dicit Melius erat ei si natus non fuisset homo ille. Bonum autem quod ex aliqua miseria expectatur sola ratio apprehendit. Vis autem sensitua non percipit ipsum, sicut amaritudinem medicinæ gustus percipit: sed sola ratio in fine sanitatis delectatur. Si quis ergo passionem sui gustus vellet ex primere, denūciaret medicinam esse malam, quanuis ratio iudicaret eam esse bonam propter finem. Sic igitur miseria quam beatus Iob sustinebat ratione quidem poterat videri quantum ad aliquod vtilis esse, sed inferior pars animæ, quæ ex illa tristitia afficiebatur aduersitatem totaliter repudiabat, vnde & ipsum viuere sub tali aduersitate odiosum ei erat. Quid autem est nobis aliquid odiosum omnia abominamur per quæ in id deuenimus. & ideo Iob secundum inferiorem partem animæ: cuius passionem nunc exprimere intendebat: & natiuitatem et conceptionem suam: ex quibus in hanc vitam deuenerat odio habebat, & per consequens diem natiuitatis & noctem conceptionis

IN LIB. IOB.

17

nis secundum illum loquendi modum, quo ex iis quæ in tempore aguntur, aliquid ascribere tempori bonum vel malum consueuimus. Sic igitur Iob quia secundum partem sensituiam vitam sub aduersitate repudiabat, nunquam natum vel conceptum fuisse optabat. Et hoc est quòd dicit. *Pereat dies in qua natus sum.* Ac si diceret nunquam natus fuissem. *Et nox in qua dictum est.* Id est, verè dici potuit. *Conceptus est homo.* Id est, vtinam nunquam conceptus fuisset. & congruè ordinat: quia natiuitate sublata conceptio non auferretur: sed econuerso. Congruè etiam nocti conceptionem ascribit: & natiuitatem diei quia secundum Astrologos natiuitas diurna est laudabilior principaliori sydere existente super terram, id est, sole. Maledicta dies in qua natus sum, & dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta.

¶ Posita ergo maledictione diei natiuitatis & noctis conceptionis: prosequitur sigillatim de maledictione vtriusque, & primo de maledictione diei natiuitatis dicens. *Dies illa vertatur in tenebras.*

¶ Considerandum est autem quod sicut Hieronymus dicit in prologo à verbis Iob, in quibus ait. *Pereat dies in qua natus sum.* Vsq; ad eum locum vbi ante finem voluminis scriptum est. *Idcirco ipse me reprehendendo.* Exametri versus sunt dactilo spondeo currentes: & sic patet quòd liber iste per modum poematis conscriptus est. Vnde per totum hunc librum figuris & coloribus vtitur, quibus poætæ vti consueuerunt. Solent autem poætæ vt vehementius moueant ad eandem sententiam diuersa inducere. Vnde & hic Iob ad maledicendum diei suæ secundum modum quem diximus, ea inducit: quibus aliquis dies solet esse odiosus. Dignitas autem diei est claritas eius, hoc enim à nocte distinguitur, hæc igitur dignitatem excludit dicens. *Dies illa vertatur in tenebras.* Quæ quidem sententia quantum ad superficiem literæ friuola videtur & vana. dies enim natiuitatis præterierat & iam non erat: quod autem præterit immutabile est. quomodo ergo poterat dies quæ præterierat in tenebras verti.

¶ Sciendum est igitur quòd quædam per modum optandi dicuntur ad exprimendum desiderium quod de aliqua re

Hiere. 20



habetur. sic ergo dicitur. *Dies ille vertatur in tenebras.* Ac si diceret dies natiuitatis mee, debuisset esse tenebrosus, vt congrueret tenebris & miseriam quam patior. quia enim aspectus luminis delectabilis est secundum illud. Dulce lumen & delectabile est videre solem, consuetum est in scripturis, vt per tenebras tristitia significetur secundum illud. Comedet in tenebris & in curis multis, & in erumna atq; tristitia.

¶ Est autem aliquis dies clarus tripliciter. Primò quidem ex Dei sanctificatione, qui eum celebré esse instituit sicut habetur. Memento vt diem sabbati sanctifices. Hanc ergo claritatem à prædicto die remouet dicens. *Nò requirat eum Dominus desuper.* Quasi diceret non exigit Deus ab hominibus vt hunc diem celebrem agant, dies enim aliqui exiguntur à Deo ad celebritatem propter aliquod insigne beneficium, in illa die hominibus collatum: sicut sabbatum in veteri lege propter beneficium creationis, & dies paschæ propter beneficium liberationis ex Aegypto, quòd etiam manifestum est in diebus festorum, quæ in nouo Testamento celebrantur, vult ergo propter hoc significare quòd sua natiuitas non debet computari inter insignia Dei beneficia, eum magis ad miseriam natus esse videatur, quàm ad lætitiã.

26 ¶ Secundò, aliquis dies clarus est ex hominum recordatione, solent enim homines aliquos dies celebres agere: in quibus aliqua magna & iocunda eis contigerunt: sicut Herodes & Pharaò diem natiuitatis celebrabant, hanc igitur claritatem à prædicto die remouet dicens. *Et non sit in recordatione.* Scilicet hominum, quia nihil iocundum in illa die accidit sed magis triste vt ex euentu apparet.

¶ Tertio, dies clarus est ex corporali lumine: quæ quidem claritas minuitur, primò ex subtractione radiorum solis illuminantium terram: vt patet quando sol est eclipatus, & quantum ad hoc dicit. *Obscurent enim tenebræ.* Tertio, ex defectu propriæ virtutis. Cum enim aliquis moritur vel visu priuatur, quantum ad eum obscuri-

tas diei aufertur: & quantum ad hoc dicit. *Et umbra mortis.* Modum autem obtenebrationis præmissæ exponit dupliciter. Primò quidem quantum ad ordinem: & hoc est. *Vt occupet eum caligo.* Tunc enim dies caligine occupatur quãdo diei prius splendenti subito & ex insperato tenebræ inducuntur: simile & in vita Iob apparet. Secundò quantum ad genus tenebrarum in hoc quod dicit. *Et inuoluatur a maritudine.* per hoc dat intelligi quod totum quod de obtenebratione dictum est ad tenebras tristitiæ est referendum, hũc enim morem obseruare videtur: vt parabolicam loquutione ex aliquo subsequenti exponat. per omnia igitur hic dicta nil aliud dicere intendit, quàm quod dies suæ natiuitatis non debet iudicari dies gaudij: sed mœroris, cum quidem per suam natiuitatem ad vitam tantæ aduersitatis subiectam deuenerit. Post maledictionem igitur diei suæ natiuitatis: consequenter maledicit nocti suæ conceptionis, secundum similem modum loquendi, & primo attribuit ei illud. Vnde nox magis horribilis redditur. Cum enim nox propter tenebras secundum se ipsam horrida sit: quanto magis tenebræ noctis augmentantur: tanto magis horrida redditur: quod contingit cum aliqua magna tempestas in nocte oboritur: & quantum ad hoc dicit. *Nox enim illam tenebrosus turbo possideat.* Quasi dicat congruum fuisse noctem illam tenebroso turbine possideri: vt vitæ mœx congrueret: quæ tanto aduersitatis turbine inuoluatur. Deinde remouet ab ea illa quæ pertinere videntur ad bonum noctis. & primo quantum ad opinionem humanam. Cum enim homines tempora distinguant secundum ea quæ aguntur in tempore, in nocte autem pauca vel non multa fiant memoria digna: nox non notatur per se ipsam in hominum memoriis, nisi ex die coniuncta. Hoc ergo bonum à nocte prædicta remouet dicens. *Non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.* Quasi dicat nox illa non est memoria digna: cum nil insigne in ea acciderit: sed magis aliquod dolorosum. Inter noctes autem quæ in memoriis hominum aguntur: quedam non solum memoriales sunt, sed etiam celebres & festiue: in quibus scilicet homines ad aliqua festa agenda congregantur: & hoc remouet di-



*gens. Sit nox illa solitaria.* Hoc modo autem hominum congregatio in aliqua nocte fit in laude & celebritate illius noctis: propter aliquod celebre factum, quod in illa nocte recolitur: sicut apud fideles agitur in nocte dominicæ resurrectionis, & ideo subditur. *Nec laude digna.* Est enim aliqua nox digna laude propter aliquod magnum factum in illa nocte contingens, ex hoc ergo nihil aliud intendit quam significare quod sua conceptio non fuit ad aliquod magnum, nec ad bonum ordinata: sed potius ad malum aduersitatis quam sentiebat. Vnde subdit. *Maledicant ei qui maledicunt diei qui parati sunt suscitare leuiathan.* Quod quidem secundum literam dupliciter potest exponi, vno modo secundum quod per leuiathan intelligitur aliquis magnus piscis: prout videtur congruere iis quæ in fine huius libri de eo dicuntur, scilicet. *An extraheret, inquit, poteris leuiathan hamo.* Et secundum hoc intelligendum est, quod illi qui huiusmodi magnos pisces piscantur, de nocte eos inuadunt in tenebris, & ideo quando dies incipit apparere, maledicunt diei: quia per hoc eorum opus & intentio impeditur. Alio modo potest intelligi, vt per leuiathan significetur draco antiquus, scilicet diabolus secundum illud Esaie. Tu dic illi, visita hæc domus in gladio suo duro & grandi & forti super leuiathan serpentem tortuosum. Illi ergo parati sunt suscitare leuiathan, qui student ad suggestiones diaboli implendas, operibus in quinatis vocandos: qui etiam diei maledicunt: quia vt dicitur. Omnis qui male agit odit lucem. Et infra, 24. dicitur. Oculus adulteri obseruat caliginem: & postea si subito apparuerit aurora, arbitratur vmbra mortis, secundum hoc igitur, sicut per hoc quod dixerat. *Nec laude digna.* Vult prædictam noctem esse odiosam bonis: ita per hoc quod subdit. *Maledicant ei, &c.* vult eam esse odiosam malis, nam maledictionem & boni & mali abhorrent.

Ioannis. 4

¶ Deinde excludit à prædicta nocte, quæ videntur ad bonum noctis pertinere secundum veritatem. Quorum vnum est quod nox decoratur aspectu stellarum: & hoc remouet dicens. *Obtenebrentur stelle caligine eius.* Aliud est quod decoratur ex specie diei: & hoc remouet dicens. *Expectet tu-*

*tem & non videat.* Quasi dicat quauis naturale sit, vt in nocte lux expectetur: illa tamen nox diei habet tenebras infinitas, quæ nunquam diurnæ lucis successione terminentur, noctis quidem tenebræ plena luce diei totaliter excluduntur, aurora verò & crepusculo diminuantur. Imprecatur autem prædictæ nocti, non solum vt eius tenebræ non excludantur per diem, sed quod nec minuuntur per auroram vnde sequitur. *Nec ortu surgētis aurora.* Sed quia quod dixerat impossibile videbatur, vt scilicet nocti non succederet dies nec aurora, ostendit ex quo supra id dictum est subdens. *Quia non conclusit ostia ventris qui portauit me.* Vita enim hominis in ventre matris abscondita est, vnde tenebris noctis comparatur. Cum autem per natiuitatem in manifestum prodit, tunc claræ diei similitudinem habet, ideo ergo dixit quod nox illa diem nec auroram succedentem haberet: vt ostenderet se desiderare quod suus conceptus nunquam venisset ad partum: nec ad pueritiam, quæ per auroram intelligitur: nec ad iuuentutem: quæ per plenam lucem diei significatur, dicit enim. *Quia non conclusit ostia, & car.* Sed quia in nocte hoc agitur, ex ipsa enim conceptione potest præstari impedimentum, ne conceptus ad partum perueniat: & quia hoc videbatur mirabile, quod aliquis vitam abhorreret: cum omnibus desiderabile sit esse, & viuere ostendit ex qua ratione id dixerit cum subdit. *Nec abstulit malum ab oculis meis.* Quasi dicat non ipsam vitam propter se abhorreo: sed propter mala quæ patior: & quamquam vita secundum se desiderabilis sit: non tamen vita miseris subiecta. Vnde considerandum est quod omnia quæ supra figuratiue loquutus est: hac finali clausula exposuisse videtur. Idem etiam in aliis eius dictis aduertendum est.

LECTIO II.



*Quare non in vulua mortuus sum: egressus ex utero non statim perii. Quare exceptus venibus: cur lactatus vberibus. Nunc enim dormiens sileo: & somno meo requiescerem, cum regibus & consilibus terra, qui edificant sibi solitudines. Aut cum principibus qui possident aurum: & replent domos suas ar-*



gentia. Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem: vel qui concepti non viderunt lucem. Ibi impy cessauerunt à tumultu: & ibi requiescerunt fessi robore: & quondam victi pariter sine molestia. Non audierunt vocem ex aethoris. Paruus & magnus ibi sunt & seruus liber à domino suo.

¶ Postquam diei natiuitatis & nocti conceptionis suæ male dixerat, vt ostenderet post initia suæ vitæ se abhorrere suam conseruationem in vita, vt ex iis manifestius ostenderet quod vita eius est ei onerosa. Est autem duplex status vitæ, vnus occultus, quo concepti viuunt in vtero, alius manifestus, quo viuunt homines post natiuitatem ex vtero. Quantum ergo ad primum statum dicit. *Quare non in vulua mortuus sum.* Quantum ad secundum. *Egressus ex vtero non statim perij.* Et de hoc secundo, primo profequitur.

¶ Sciendum est autem quod exterior vita dupliciter perditur. Quandoque quidem ex aliquo nocumento superuenienti vel intrinseco, sicut est morbus, vel extrinseco, sicut est gladius, aut aliud huiusmodi, & ad hoc potest referri, quod dixit. *Egressus ex vtero non statim perij.* Quandoque vero ex subtractione necessarij subsidij: quod quidem est vel extrinsecum, vt vehicula fomenta & alia huiusmodi adiumenta: & quantum ad hoc dicit. *Quare exceptus genibus.* Vel intrinsecum sicut est cibus: & quantum ad hoc dicit. *Aut lactatus vberibus.* Iis enim admniculis indiget vita nati in sui primordio. Et quia cum aliquis dicit quare hoc factum est? dat intelligi hoc inutiliter esse factum: iudeo consequenter ostendit inutile fore sibi se fuisse conseruatum in vita: imo potius nocumentum: quod quidem ostendit: primo quantum ad mala quæ nunc patitur dicēs. *Nunc enim dormiens siletem.* Mortem quidem somnum dicit propter spem resurrectionis, de qua postmodum plenius loquitur, per silentium autem intelligit quietem, quam non habet in aduersitatibus quas patiebatur. quasi dicat si statim post ortum mortuus fuisset his malis quæ patior, non inquietarer.

¶ Secundo, ostendit quantum ad bona quæ primo habuerat obiectio posset enim aliquis dicere: si in vita conserua-

Inutilem fuisse eius natiuitatē cōqueritur q. d. Non incidissem in tam acerbas calamitates.

tus non esses non habuisses bona quæ dudum habuisti. Vnde quasi ad hoc Respondens, quod nec propter illa bona vitæ conseruatio sibi fuisset optanda. nam etiam illi qui in tota vita sua maximis prosperitatibus florent, hoc sine concluduntur. scilicet mortis hoc est ergo quod dicit & somno meo id est morte. requiescere à vitæ inquietudini bus immunis essem. cum regibus & consulibus terre.

Responsi

¶ Sciendum est autem quod eorum qui in dignitatibus constituti sunt, qui maxime prosperari videntur, intentio est vel ad voluptibus fruendum. & quantum ad hoc dicit qui edificat sibi solitudines. ad literam causa venationis vel aliarum voluptatum solitarij esse volentes vel ad diuitias congregandum: & quantum ad hoc dicit aut cum principibus qui possident aurum & replent domos suas argento. quasi dicat, si statim mortuus essem post ortum nil no minus haberem quæ habeant illi post mortem qui in multis prosperantur.

¶ Considerandum est autem quod cum quiescere non sit nisi subsistans: ex his verbis dat intelligere hominē secū dum animā post mortē subsistere. Si autē aliq̄ obiciat, quod huiusmodi reges aut principes de quib⁹ loquitur forte no quiescūt, sed sunt in profundo inferni. vel etiam quod ipsi Iob in hoc fuit utilis vita, quod sibi meritum acquisiuit. Aduertendum est quod vt supra diximus, Iob nunc loquitur ex persona sensualis partis exprimes eius affectum qui non habet locum nisi ad corporalia & presentia bona vel mala: sic ergo postquam ostendit sibi desideridum nō fuisse quod post ortum conseruetur, consequenter ostendit sibi desiderandū non fuisse quod conseruatus in vtero perueniat ad ortum: vel explicans quod supra dixerat. *Quare non in vulua mortuus sum.*

7.

¶ Considerandum est autē quod in vulua aliqui moriuntur ante infusionē animæ rationalis, quæ sola immortalis est: & quantum ad hoc dicit aut sicut abortiuum absconditum. ab huiusmodi enim abortiuis factibus nihil perpetuum remanet. Aliqui vero moriuntur post infusionem aię rationalis qui quidem post mortem subsistunt secū dum animam: sed lucem huius mundi non vident: & quantum ad hoc dicit vel. supple sicut qui concepti non viderūt lucē scilicet vitæ

animæ Immortalitatem aserit Iob quem admodum Saluator noster dicebat transeat a me calix iste



præsentis & q̄ hoc fuisset sibi optandū, ostēdit per hoc q̄ non esset subiectus malis huius vitæ. vnde dicit *ibi*. scilicet in statu quem habent. *qui concepti non viderunt lucem: impij cessauerunt à tumultu.* scilicet quem alijs inferebant eos affligendo. quod refertur ad immunitatem à malo culpe. *Et ibi.* scilicet in statu mortuorum. *fessi robore.* idest. veri belatores qui bella gerendo fatigati sunt *requieuerunt.* idest caruerunt huiusmodi labore: quia vt dictum est non loquitur nunc nisi de quiete à malis præsentis vitæ. Potest etiã in telligi & de fatigatione in quocunq̄ labore, quem quis patitur sua fortitudine operãdo. & illi qui fuerunt *ymcti erũt* *ibi sine molestia.* scilicet sine priori angustia. *pariter.* cum eis qui eos victos detinebant: & ibi homines oppressi angarijs vel seruitutibus. *non audierunt vocem exactoris.* scilicet dum id quod dicit. *Quomodo cessauit exactor: quieuit tributum.* & q̄ hoc sit verum ostendit p̄ hoc quod subdit *paruus & magnus ibi sunt.* supple pariter: quod paruitas & magnitudo est in hac vita secũdum inæqualitatem prosperitatis terrenæ: qua sublata remanent secũdũ naturam æquales. quod ergo dicit *paruus & magnus.* intelligendum est. idest illi qui fuerunt in hac vita differentes secũdum magnitudinem terrenæ prosperitatis.

¶ Sciendum tamen est quod differentia magnitudinis & paruitatis secũdum spiritualia bona remanet etiam *ibi*: sed de ijs nunc non loquitur, vt iam dictũ est, & ibi erit *seruus & liber a domino suo.* vnde non habebit *ibi* locũ exactor vel aliquis huiusmodi.

LECTIO III.



**V**are data est misero lux: & vita ijs qui in amaritudine anime sunt. Qui expectant mortem & non venit: quasi effodientes thesaurum: gaudentque vehementer, cum inuenerint sepulchrum. Viro cuius abscondita est via & circumdedit eum Deus tenebris. Antequam comedã suspiro & quasi inundantes aqua sic rugitus meus: quia a timore quem timebam euenit mihi: & quod verebar accidit. Nonne dissimulauit? Nonne siluit? Nonne quiescit? Et venit super me iudicatio.

¶ Postquam Iob vitam propriam detestat? fuerat multipliciter: nũc detestatur cõmuniter totius humani generis vitã: tam ad eos q̄ in prosperitate sunt: quam ad eos qui sunt in aduersitate: de quibus primo prosequitur à manifestiori incipiens. Sciendum est autem q̄ in viuentibus duo videntur esse præcipua. scilicet viuere & cognoscere. & quidẽ ipsam cognoscere quamuis delectabilissimum sit & nobilissimũ tamẽ cognoscere ea quæ hominem affligunt pœnosum est & ideo dixit. *Quare data est misero lux* quasi, dicat ad quid prodest homini in miseris constituto, q̄ lucem cognitionis habet, cum per eam consideret mala quibus affligitur. Viuere autem delectabile est propter animã: q̄ si anima in amaritudine sit, ipsum profus viuere redditur amarum. & ideo dicit *Et vita ijs qui in amaritudine anime sunt.* resume.

*Quare data.* & q̄ inutile detur ostēdit hac ratione: quia cõtrariũ eius desideratur à miseris. vnde dicit. *Qui expectant mortem & non venit* scilicet tam cito sicut optant: Et vt ostendat quod tales, expectent mortem, non horrentes, sed desiderantes eam subiungit. *quasi effodientes thesaurum.* quasi dicat, magno desiderio attendunt. vt fodiant terram sua sepultura. & quia desiderium cum completur, gaudium parit subiungit. *gaudentque vehementer cum sepulchrum inueniunt.* idest cum vident se peruenire ad mortem per quam sepulchrum inueniunt. quidam autem hoc referunt ad eos qui terram effodiunt, qui gaudent sepulchro inuento: quia in sepulchris antiquis consueuerunt thesauri inueniri, sed prima expositio melior est. & quia possit aliquis dicere q̄ vita & si inutiliter detur miseris: vtiliter tamẽ datur ijs qui in prosperitate sunt. ad hoc remouendũ subdit. *Viro cuius abscondita est via.* supple *quare data est lux & vita.* Viri enim via abscondita est: quia nescitur primo si status presentis prosperitatis durauerit. dicitur autem. *Rifus dolore miscbitur: & extrema gaudii luctus occupat.* & Hier. dicitur. *Non est in homine via eius* Quid necesse est homini maiora se querere cum ignoret quid conducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis suæ. & tempore quod velut ymbra præterit. quomodo autem sit via hominis abscondita exponit subdens. *Et circumdedit eum Deus tenebris.* quod

*Mors est vltima linea rerum et laborum huius vitæ sine obstaculo tamẽ qui se voluit prati dedit suam miseriam iniuriam.*

*Variatio 2. numeri frequens In scriptura dicitur de re eadem loquitur quæ admodum dicitur persona*

4

*Eccle. 8.* quidem multipliciter manifestum est: & quantum ad ea que sunt secundū ante & post: secundū illud Multiplex hominis afflictio quia ignorat præterita & ventura: nullo scire pot nuncio: & quantum ad ea que sunt iuxta. scilicet homines secundū illud Quis scit que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. & quantum ad ea que sunt supra secundū illud. Thi. ultimo: Lucem habitat in accessibilem. scilicet deus quem nullus hominum vidit: sed nec videre potest. & in psalmo. dicit. Qui posuit tenebras latibulum suum. & quantum ad ea que sunt infra dicitur enim *Eccle. primo.* Cunctæ res difficiles non pot homo ea expli care sermone

¶ Dicitur autē Deus hominē tenebris circumdedit: quia Deus ei talem intellectum tribuit quod prædicta cognoscere non possit.

¶ Ostēso ergo q̄ vita hominum difficilis est ppter miseriam & amaritudinem. hæc quæ conuenter dixerat sibi adaptat exprimens suā amaritudinem cum dicit. *Antequā comedam suspiro* sicut enim gaudii risus signū est: ita suspiriū amaritudinis anime. Ostēdit ergo ex modo suspiriū suæ amaritudinis modū: suspirium ergo eius tēpestiue incipiebat: dicit enim *antequam comedā suspiro.* & continuū. erat & magnū vnde subdit. *et quasi inundantis aquæ sic rugitus meus.* sicut enim suspiriū moderatē tristitiæ signū est: ita rugitus vehemētis & quæ vix tolerari potest. hic autē rugitus aquæ comparatur. aqua enim de facili motu murmuris sonum facit: sic & homo in magna afflictione constitutus, ex leui memoria suæ miserix prouocatur ad rugitum Addit autē. *Inundantis aquæ.* vt ostēdat suæ amaritudinis continuitatem. aqua enim inundans continue mouetur & sonitum facit: sed quia animæ amaritudo ex miseria nascitur: post amaritudinem animæ de sua miseria subiungit dicens. *quia timor quem timebam euenit mihi*

¶ Et notandum est quod miseria hominis ad amaritudinem proueniens, in duobus consistere videtur: in damnis rerum, vel personæ: & in dehonorationibus. Quantum ergo ad personam dicit *timor quem timebam euenit mihi* id est ea quæ timebam euenerunt mihi: vbi magni-

tudo miserix damnorum & pœnarum exprimitur. quanto enim aliquis prudentior est, tanto in statu prosperitatis magis recogitat quæ in aduersitatis tempore sibi accidere possunt: secundum illud In die bonorum ne immemor sis malorum. Magnam ergo miseriam Iob prudentissimus patiebatur, dum sibi quæ timebat, euenerant. Quantum autem ad secundum. scilicet ad dehonorationes dicit. *Et quod verebar accidit.* Est enim verecundia secundum philosophum timor inhonorationis per hoc ergo ostēdit quod in magna gloria multa opprobria & dehonorationes acciderant. Solet autem aliquis miseriam & amaritudinem pati: sed ex propria culpa sed hoc remouet Iob dicens. *Nonne dissimulaui.* Et sciendum est quod aliquis offendit vnde pœnam meretur à deo dupliciter. Vno modo quando ex iniuriis sibi illatis vltra modum prouocatur ad vindictam, secundum quod dicitur in psalmo. Si reddidi retribuētibus mihi mala, decedam merito ab inimicis meis inanis. hoc autem à se remouet dicens. *Nonne dissimulaui.* scilicet iniurias mihi factas Alio modo dum ipse alium primitus offendit vel verbis. & hoc remouet dicens. *Nonne silui,* quasi dicat, nulli contumeliosa aut iniuriosa verba protuli vel factis: & hoc remouet à se dicens. *Nonne quiesci.* impii enim sicut mare, fluunt & quiescere non possunt. Et quamuis innocens sim tamen *venit super me indignatio*, id est pœna à Deo. Ira enim in Deo non accipitur pro commotione animi: sed pro punitione in quo recognoscit aduersitates huius mundi, non à casu, sed diuino nutu prouenire.

¶ Si quis ergo colligere velit quæ in hac deploratione Iob dicta sunt: sciendum est tria in eo contineri. Primo enim ostēdit sibi suam vitam esse odiosam Secundo magnitudinem miserix quam patiebatur ibi *Antequam comedam.* Tertio ostēdit suam innocentiam, cum dicit: *Nonne dissimulaui.*

CAPITVLVM. IIII.  
LECTIO PRIMA.

Universidad de De  
Al. corre 1  
xisti. mu. 3  
no pfecti. 3  
Bibliote

D. THOMAS

**R**espondens autem eliphaz themanites dixit. Si ceperimus loqui tibi, forsitan moleste accipies. Sed conceptum sermonem tenere quis poterit? Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti. Vacillantes confirmauerunt sermones tui: & genua tremētia confortasti. Nunc autem venit super te plaga, & defecisti, tetigit te & conturbatus es. Vbi timor tuus, forsitudo, & patientia tua, & perfectio viarum tuarum.

¶ Amici Iob qui ad cōsolandū eū venerant, cum propter doloris magnitudinem tacuissent, post loquutionē Iob, audaciā sumpserunt loquendi. Et primo loquitur Eliphaz themanites qui verba à Iob proposita non eo animo accepit, quo erant dicta. nam odiū præsēntis vitę quod dixerat se pati desperationi imputabat. Magnitudinē amaritudinis, impatientiæ. Innocētiæ confessionē, præsumptioni. Primo igitur arguit eius impatiētiā, & incipit loqui ad eū quasi ad hominē impatientiæ vitio subiacentē: qui ex verbis ab eo prolatis indignatur. vnde dicit: Si ceperimus loqui tibi forsitan moleste accipies. vbi satis impatiētis & irati cōsuetudinē exprimit, qui non petitur audire verba vsq; ad finē, sed statim in ipso verborū exordio prouocatur. addit autē, forsitam. ne de temerario iudicio condemnetur: quāuis etiā in præsumptionibus in meliore parte dicta vel facta interpretanda sint. Sed dū ipse Iob de impatientia arguit, seipsum impatiētis & fatuitatis reum ostēdit, dicens: Sed conceptum sermonem tenere quis poterit. secundum illud. Sagitta infixā scemori canis, sic verbum in corde stulti. Quāuis & iusti ex zelo diuino interdū ea quę concipiūt, ad honorē Dei dicenda tacere non possint secundū illud. Dixi non reeordabor eius, scilicet sermonis diuini: nec loquar vltra in nomine illius, & factus est in corde meo quasi ignis exæstiuans clausus in ossibus meis & defecit ferre non sustinens. Vterius autem procedit ad magiseius impatientiam ostendendam. exaggerat autem eius impatiētiam ex duobus, scilicet ex pręcedenti doctrina, & ex pręcedenti vita. Ex pręcedenti quidem doctrina quia turpe est homini cum non seruat id ad quod alios inducit secundum illud. Dicūt enim & nō faciūt. Iob autem antea multos ab

Ecc. 1.

Hier. 20

Mat. 20.

IN LIB. IOB.

Impatentia traxerat, & diuersimodē secundum quodd diuersis congruebat. Sunt enim aliqui qui in patientia deficiunt ex ignorantia, dum nesciunt aduersis vti ad virtutē: & quantum ad hoc dicit: Ecce docuisti multos. Quidam verò primo quidem in aduersis virtuosē agunt, sed aduersitate durante, quasi recta actione fatigati, deficiūt: & quantum ad hoc dicit: & manus lassas roborasti. scilicet bonis inductionibus. Sunt etiam aliqui qui in aduersis in dubitatione incidūt, scilicet an ex diuino iudicio proueniant, & quantum ad hoc dicit: vacillantes confirmauerunt sermones tui. Sunt etiam aliqui qui paruam quidem aduersitatē sustinent: sed sub magna aduersitate quasi sub magno pondere deficiunt. & quantum ad hoc dicit: & genua tremētia confortasti. scilicet tuis sermonibus: tremunt enim genua homini magnum pōdus portanti. Ad prędicta autem implenda exhortatur dominus, dicens. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.

¶ Vult autem consequenter ostendere, quod ea quę docuerat non impleuit. vnde subdit: Nunc autem venit super te plaga & defecisti. à firmitate, scilicet mentis quā habere videbaris, & quā aliis suggerebas, & hoc referendum est ad aduersitatem quā passus fuerat in exterioribus rebus. tetigit te & conturbatus es. id est quietem mentis quā habuisse videbaris, amisisti: quod referendum est ad afflictionem corporis quā sustinebat. Vnde supra satan dixerat. mitte manum tuam & tange os eius & carnem. sic ergo Iob arguitur quod pręcedētem doctrinam subsequenti patientia non confirmauerit contra id quod scriptū est. Doctrina viri per patientiam noscitur. Sed vita pręterita quę in Iob videbatur, subsequētem impatientiam exegerat. Videtur enim non fuisse vera virtus quę tam cito in tribulatione deficit, quia sicut scriptum est: In igne probatur aurum & argentum: homines verò receptibiles in camino humiliationis.

¶ Multiplici autem virtute aliquis in tribulationibus cōfirmatur, ne deficiat. primo quidem per reuerentiam diuinam, dum homines considerant mala quę patiūtur, ex diuina prouidentia prouenisse, sicut & Iob suprā dixerat,

Heb. 10.  
Isa. 35.

5  
Virtutes  
pristinās  
oib; notas  
commen-  
dat vt  
Iob aucto-  
ritatē pro-  
pter prę-  
sentē impa-  
tiētiam de-  
primat  
maior enī  
apparet  
lapsus.

Universidad de Deusto  
Diferencia  
fortitudinis & patientie

D. THOMAS

sicut domino placuit ita factum est. & ad hoc excludendū dicit: *Vbi est timor tuus.* quo scilicet Deū reuereri videbaris. ¶ Secundo aliqui conseruantur in animi firmitate: quæ quidem duos gradus habet. In quibusdam enim tanta est animi firmitas, vt eorum animus aduersitatibus non nimium molestetur, & hoc ad fortitudinem pertinere videtur. vnde dicit: *Vbi est fortitudo tua.* nec accipitur hic fortitudo secundū quod cōseruat hominē, ne succumbat timori, sed vt non deiiciatur. Quidā verō grauem tristitiæ passionem ex aduersitate patiuntur: sed ea eā per rationē bene dispositam non abducuntur: & hoc videtur ad patientiam pertinere, vt talis sit differentia inter patientiā & fortitudinē, qualem assignant philosophi inter continentiam & castitatem: & ideo adiungit. *patientia tua.* Tertio verō conseruantur aliqui ex amore honestæ actionis: & ex eo quod horrent turpiter agere, qui etsi interius conturbētur in aduersitatibus: tamen nec verbo nec facto in aliquid indecens prorumpunt, & propter hoc addit: *persecutio viarū tuarū.* per viam enim actionis intelliguntur, quibus quasi quibusdam viis peruenitur ad finem, vel per viam possunt intelligi excogitata consilia, quibus aliquis se euadere confidit: vnde aduersitates facilius tolerantur.

LECTIO II.

**R**ecordare obsecro te: quis vnquam innocens periiit, aut quando relictus derelictus fuit? Quis potius vidit eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores & metunt eos slante Deo periisse, & spiritu ira eius esse consumptos. *Rogatus leonis & vox Leena, & dentes catulorum contriti sunt. Tigris periiit, eo quod non haberet pradam, & catuli leonis dissipati sunt.* ¶ Postquam Eliphaz arguerat Iob impatientie, occasione accepta ex eo quod dixerat. *Antequam comedam suspiro* nunc intendit eum præsumptionis arguere, eo quod se dixerat innocentem. ad ostendendum autem eū non esse innocentem, ex eius aduersitate argumentū assumit dicens: *Recordare obsecro te quis vnquam innocens periiit, aut quando relictus derelictus fuit.* Vbi considerandum est hanc fuisse opinio-

IN LIB. IOB.

nem Eliphaz & aliorum duorum, vt supra dictū est: quod aduersitates huius mundi non adueniūt alicui nisi in pœnam peccati: & e contrario prosperitates pro merito iustitiæ. Vnde secundum eius opinionem, inconueniens videbatur quod aliquis innocens periret: aut quod aliquis relictus, id est, iustus secundū virtutem desitueretur per amissionem gloriæ temporalis, quia credebant principiū esse iustitiæ: & hanc quidem opinionem, intantum veram esse credebant, quod etiam Iob ad ea discordare non posset: existimabat tamen quod perturbata mente ipsius veritate quàm aliquando cognouerat, quasi oblitus esset. vnde dicit: *Recordare.* Posito ergo quod innocentibus & relictis aduersitas non contingat, consequenter adiungit quibus aduersitas contingat dicens. *Quis potius vidit eos qui operantur iniquitatem & seminant dolores & metunt eos, slante Deo periisse, & spiritu & ira eius esse consumptos.* In hoc autem quod dicit, *vidi.* dat intelligere se ista per experimentum probasse per eos autem qui operantur iniquitatem. intelligit eos qui aliquā iniustitiam faciunt: & præcipuè in nocentium aliorum, per eos autem qui seminant dolores & metunt eos. intelligit eos qui per dolum aliis nocent. ij enim dolores seminant dum calumnias præparant, quibus alios dolentes reddant qui dolores metunt. dum malitiam suam ad effectum perducunt: & hoc pro magno fructu habent. quam quidem metaphoram vltimius prosequitur quantum ad pœnam. confueuerunt enim segetes vento vrente sicari & consumi. vnde dicitur. *Increpabo scilicet ventum & non corrumpet fructum terræ vestræ.* & hoc est quod dicit quod slante Deo periiit. quasi ipsum diuinum iudicium ad vindictam iniquitatis procedens, flatus quidam venti sit: ipsa autem Dei vindicta dicitur: *spiritus.* id est ventus iræ eius. nō solū autē dicit quod periiit, sed quod consumuntur. quia non solum in propriis personis punitur, sed & eorū familia tota periiit, vt nil ex eis residuū videatur. in quovidebatur tågere Iob, qui & in suo corpore flagellatus erat, & filios, & familiā, & opes amiserat, sed quia hoc videbatur esse contra opinionem Eliphaz: quod pro peccato parentis filij & fami-

Vera est  
hac sententia  
Eliphaz si fuerit  
vera vita  
consideret  
de presenti  
vero, falsa  
est, multi enim  
peccati sunt  
in exercitiis  
patientie  
generales  
sunt  
Dan. Es.  
Apost.



lia puniretur, cum ipse intendat hanc opinionem defendere: quod aduersitates in hoc mundo sunt poenae peccati. huic obiectioni respondens, subiungit: *rugitus leonis & vox leena & dentes catulorum leonis contriti sunt.* Vbi primo considerandum occurrit quod homo ceteris animalibus praeminet ratione, cum ergo ratione praetermissa passiones brutales sequitur, efficitur similis bestiis. & illius bestiae nome sibi competit, cuius passionem imitatur, utpote qui subiacet concupiscentiae passionibus, equo vel mulo comparatur, secundum illud psal. Nolite fieri sicut equus & mulus in quibus non est intellectus. propter ferocitatem autem vel iram, leo aut versus nominatur. secundum illud. Leo rugiens & versus esuriens princeps impius. Sic ergo & nunc hominem ferocem leoni comparat dicens: *rugitus leonis.* Rugitus est leoninae fero citatis indicium. Contingit autem frequenter quod ferocitas viro additur ex suggestione uxoris, & sic ea quae vir ferociter agit, uxori imputantur in culpam, sicut patet de uxore Herodis, quae impulit eum ad decollationem Ioannis, propter quod dicitur: *& vox leone.* His autem quae tyrannus aliquis ferociter acquirit, eius filii interdum luxuriose vtuntur, & sic in rapina patris delectantur. vnde & ipsi a culpa immunes non sunt, propter quod subditur: *& dentes catulorum contriti sunt.* secundum illud Naum. Et leo coepit sufficere catulis suis: & sic obiectioni praemissa respondisse videtur, quia cum pro peccato viri punitur uxor & filij: non est iniustum cum & ipsi culpa participes fuerint, quod totum dicebat volens Iob & eius familiam de rapina culpabilem reddere: videbatur tamen hoc quod dixerat ad Iob non pertinere, quia eius uxor punita non videbatur: & ideo ad hoc remouendum subiungit: *Tigris perit eo quod non habebat pradam.* Hi enim qui rapere consueuerunt, in hoc ipso puniri se existimant, quod eis rapere non licet.

*Psalm. 31.*

*Pron. 28.*

*Furti arguit Iob & uxore & filij ex prada vixerint.*

*3. d.*

*4*

*Ecc. 22. mulierum malitia.*

*risans, subiungit. & catuli leonis dissipati sunt.*

LECTIO III.



orro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepti auris mea venas susurrj eius. In horrore visionis nocturne quando solet sopor occupare homines. Pavor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Et cum spiritus me presente transiret, inhorruerunt pili carnis meae. Scetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, & voce quasi aure lenis audiui. Nūquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir? Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. Quanto magis qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut a vinea. De mane vsque ad vesperam succidetur, & quia nullus intelligit in aeternum peribunt. Qui autem reliqui fuerint auferentur ex eis, morientur & non in sapientia.

¶ Quia asserbat Eliphaz quod aduersitates in hoc mundo non adueniunt alicui, nisi propter eius peccata: volens ex hoc arguere Iob & eius familiam fuisse peccatis subiectam: cuius contrarium videbatur ex iis quae maximè in Iob & in eius familia apparuerant. vult ostendere quod nec Iob nec eius familia fuerit a peccato immunis, & quia propter autoritatè Iob & famam ipsius, eius verbū in ualidum videbatur: recurrit ad maiorem autoritatem, ostendens ea quae propositurus est se ex reuelatione didicisse, & ad ostendendum altitudinem reuelationis proponit eius obscuritatem: quanto enim aliqua sunt altiora, tanto humano aspectu sunt minus perceptibilia. Vnde & Apostolus dicit. Quod raptus est in paradysum Dei & vidit arcana verba, quae non licet homini loqui. iuxta quem modum & Eliphaz vel verè vel fictè loquitur dicens: Porro ad me dictum est verbum absconditum.

¶ Considerandum est autem quod aliqua veritas quantum propter sui altitudinem sit hominibus abscondita, reuelatur tamen quibusdam manifestè: quibusdam verò occultè

- 1. Causant q̄ tractat
- 2. inter nos
- 3. de malo
- 4. r̄u p̄uñ
- 5. t̄iōe &
- 6. dei iudicio
- 6. vt p̄p̄iã
- 7. sententiã cō
- 7. firmet dō
- 8. uinit̄ s̄c̄
- 9. bi reuela
- 10. t̄ã asse
- rit.

*Vene supra susurrj sunt creaturae quas aliquae inspicere ratio sic nobis id. n. designat susurrant*

*2. Cor. 12.*



Universidad de De...  
 Occultatio  
 diuersa in  
 reuelatio-  
 nibus.  
 Num. 12.

D. THOMAS

ad effugiendam ergo notam iactantiae hanc veritatem ab-  
 scondite dicit sibi esse reuelatam. vnde subdit: *Quasi*  
*furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius.* Vbi triplex mo-  
 dus occultationis inuenitur, qui solet in reuelationibus  
 contingere. Quorum primus est cum intelligibilis veritas  
 alicui reuelatur per imaginariam visionem secundum  
 quod dicitur: Si quis fuerit inter vos propheta domini  
 in visione apparebo ei, vel per somnium loquar  
 ad illum. At non talis seruus meus Moyses qui in omni  
 domo fidelis est, ore ad os loquar ei palam, & non per  
 aenigmata, & figuras videt Deum. Moyses ergo hoc ver-  
 bum absconditum per modum clare vocis audiuit Eli. ve-  
 ro per modum susurrij.

¶ Secundus modus occultationis est: quia in ipsa imagi-  
 naria visione proferuntur quandoque aliqua verba ex-  
 presse continentia veritatem sicut est illud. Ecce virgo  
 concipiet. quandoque vero sub quibusdam figuratis lo-  
 quutionibus, sicut est illud. Egre dietur virga de radice  
 iesse: & flos, & cetera. In hoc igitur quod Elaias audi-  
 uit. Ecce virgo concipiet, percepit ipsum susurrium. In  
 hoc autem quod audiuit. Egre dietur virga de radice iesse  
 & flos. & cetera. percepit venas susurrij. Nam figuratae  
 loquutiones sunt quasi quaedam venae ab ipsa veritate per  
 similitudinem deriuatae.

¶ Tertius modus occultationis est, quod aliquando ali-  
 quis reuelationem diuinam frequentem & diurnam  
 habet, sicut dicitur de Moyse. Quod loquutus est domi-  
 nus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad  
 amicum suum. Aliquando autem aliquis habet reuelationem  
 subitam & transitoriam. hunc ergo subitum reuelationis  
 modum significat in hoc quod dicit: *quasi furtiue.*  
 Nam ea quasi furtiue audiuius quae raptim & quasi per-  
 transeundo ad nos peruenerunt.

¶ Sic ergo altitudinem visionis ostensam prosequitur de  
 circumstantiis reuelationis. & primo de tempore dicens:  
*In horrore visionis nocturnae quando sopor solet occupare ho-*  
*mines.* Tempus enim nocturnum propter quietem magis

IN LIB. IOB.

est congruum reuelationibus percipiendis. In die enim a  
 tumultibus hominum & occupationibus sensuum mens  
 quendam strepitum patitur, ita vt susurrium verbi abs-  
 conditi percipere nequeat. Secundo ex dispositione per-  
 cipientis: vnde subdit: *pauor tenuit me.* Homines enim ad  
 insolita pauere consueuerunt, vnde quando alicui sunt  
 insolite reuelationes, in principio timorem patitur:  
 & ad magnitudinem huius timoris ostendendam subiungit  
 & tremor. Est enim tremor corporis indicium magnitudinis  
 timoris, & ad magnificandum huius tremorem subiungit.  
 & omnia ossa mea perterrita sunt. Quasi dicat, tremor non fuit  
 superficialis, sed vehemens & intus, qui etiam ossa concuteret.  
 Simile est quod habetur Daniel. Vidi visionem hanc  
 grandem, & non remansit in me fortitudo, sed & species  
 mea immutata est in me, & emarcui, & non habui in me  
 quicquam virium. Causam autem huius timoris consequenter  
 ostendit dicens. & cum spiritus me praesente transiret, inhorruerunt  
 pili carnis meae. Rationabile enim est quod ad praesentiam  
 maioris virtutis minor obstupescat. Manifestum est autem  
 virtutem spiritus esse maiorem quam carnis vnde non est  
 mirum si ad praesentiam spiritus pili carnis inhorrescunt  
 qui ex subito timore procedit, & praesertim cum praesentia  
 spiritus aliquo corporali indicio insolito sentitur. Quae enim  
 insolita sunt admirationem & timorem inducere solent,  
 & huic timori quem se passum esse commemorat, temporis  
 dispositio conueniret, supra dixit. *In horrore visionis nocturnae.*  
 Quia enim in tempore noctis, res visu discerni non  
 possunt quaecunque modica commotio, perturbationem  
 inducere solet estimantibus aliquod maius esse. iuxta  
 quod dicitur. Siue spiritus sibilans, aut inter spissos  
 ramos auium sonus suauis, deficiens facit illos  
 praeterire. Tertiò ponitur persona reuelans cum  
 dicitur. *Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum*  
*imago coram oculis meis.* vbi tria ponit ad visionis  
 certitudinem pertinentia.

¶ Sciendum est enim quod aliquando propter nimiam  
 commotionem fumositarum humorum, vel omnino non ap-  
 poris.

Dan. 10.  
 4

membrorum  
 tremor pilorum  
 horror faciei  
 pallor, ossa  
 solutio  
 vehementi  
 & repentina  
 visio  
 contingit  
 propter  
 commotionem  
 recipientis  
 in subita  
 mutatio  
 ad cor de-  
 seruissque  
 medra cor-  
 poris.

Universidad de De...  
Quib' in-  
diciis vi-  
sionu' veri-  
tas agno-  
scitur.  
Biblioteca

parent somnia, vel perturbata & instabilia, sicut & febricitanti bus solent accidere, & huius somnia cum parum aut nihil spiritualitatis habeant, omnino absq; significatione existunt. Cum autem humores & fumositates resederint, apparent somnia quieta & ordinata, quæ cum sint magis spiritalia, in intellectiua parte etiam quemdam vigorem habent, & huius somnia solent esse veriora. & ideo dicit: *Scietur quidam*. quod stabilitatem visionis ostendit. Item considerandum est quod somnia, cum sunt quieta, plerunque sunt reliquæ præcedentium cogitationum. unde homo in somno frequentius videt illos, cum quibus consuevit conuersari, & quia talia somnia causam habent ex nobis, & non ab aliqua superiori natura: non sunt magnæ significationis, & ad hoc ergo remouendum dicit. *Cuius non agnoscebam vultum*. Per quod ostendit huius visionem non traxisse originem ex prius visis, sed ex aliqua occultiori causa.

¶ Tertiõ considerandum est quod huius visa, quæ ex aliqua superiori causa oriuntur, quandoque apparet dormientibus, quandoque autem vigilantibus. & veriora solent esse & certiora cum vigilantibus apparent, quam cum dormientibus, eo quod in vigilando est ratio magis libera. & quia in somno spirituales reuelationes minus discerni possunt à somnis friuolis & consuetis. ideo vt ostendat hanc reuelationem non dormienti, sed vigilantanti factam esse, subiungit: *Imago coram oculis meis*. per quod significat se hoc vidisse cū oculis per vigiliam apertis, quod etiam supra significauit cū diceret, quando sopor solet occupare homines. vbi innuit se sopore occupatum non fuisse. Deinde modum denunciationis sibi factæ narrat, dicens: & *voce quasi auræ lenis audiui*. Vbi considerandum est quod huiusmodi apparitiones aliquando fiunt à spiritu bono: aliquando à malo. utroque autem modo in principio timorem patitur homo per insolitam visionem, sed cum à bono spiritu apparitio procedit, timor in consolationem finitur, sicut patet de angelo confortante Danielem, & de Gabriele confortante Zachariam

Q. d. effigie eius grauis. quod non retineo, tantum conferuo voce quæ dicit. Discrimine inter apparitione angelarum bonorum & codamoni

& Mariam. Sed malus spiritus hominem perturbatum relinquit, per hoc ergo quod dicit. *voce quasi auræ lenis audiui*. consolationem quandam sedantem pauorem præteritum demonstrat, vt per hoc visio demonstratur esse à spiritu bono non à malo: à quo frequenter visiones mædaces ostenduntur secundum illud scripturæ. Egre diar & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius, per hunc etiam modum. Legitur de apparitione facta Helix, quod post commotionem tenuis auræ sibilus, vbi dominus auditus est.

¶ Sciendum tamē est quod etiam in visionibus quæ à bono spiritu procedunt, interdum commotiones magnæ, & voces horribiles audiuntur vt patet Eze. i. vbi dicitur. Et vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone, & post multa subditur: Et audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum. & dicitur: Audiui post me vocem magnam tanquam tubæ: sed hoc est ad significandum comminationes aut aliqua graui pericula quæ in huiusmodi reuelationibus continentur. sed quia hoc ad consolandum ordinabatur, ideo inducitur loquentis vox similis auræ leni. Vltimo autem ponuntur verba quæ sibi asserit esse reuelata cum dicit: *Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur*. quæ quidem verba inducit ad confirmandum suam opinionem quam supra tetigerat, quasi dicat, aduersitates in hoc mundo non proueniunt alicui nisi pro peccato.

¶ Vt ergo nullus posset se excusare, quia aduersa patitur, per hoc quod se alterat à peccato immunem, inducit tres rationes, quarum prima sumitur ex comparatione ad Deum, & est ducēs ad impossibile. Si enim homo absq; culpa punitur, sequitur quod homo sit iustior Deo. Cū enim opus iustitiæ sit reddere vnicuique quod suū est. Si Deus homini innocenti cui nō debetur pœna, inferat pœnā: homo iustior videtur esse Deo. Homo autē qui à Deo patitur, nulli homini absq; culpa pœnam intulit: quod oportet dicere, si homo innocens puniatur: sequitur ergo quod homo punitus à Deo sit iustior Deo: quod est hominem comparatione Dei iustificari, vt eum, scilicet comparatione iustitiæ ad Deum

Apoc. i. tū conueniunt huiusmodi reuelationes in Job & li. Reg. 3. 19.

Apoc. i.

6

Rationes quibus posset apparere oem aduersitate habere peccatum causam.



## D. THOMAS

ustificari, & quia fortè alicui hoc non videretur inconueniens, ducit ad aliquod apparentius inconueniens dicens. *Aur factore suo purior erit vir.* Quælibet enim res puritatem habet secundum quod in sua cõseruatur natura, quod ex causis propriis habet, puritas ergo vniuscuiusque effectus à sua causa dependet: vnde suam causam in puritate superare non potest. vnde nec vir potest esse purior suo factore, scilicet Deo.

7 ¶ Secundam autem rationem ponit ex comparatione ad Angelos, & est à maiori cum dicit. *Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles: & in Angelis suis reperit prauitatem.* Quæ quidem sententia secundum doctrinam catholicæ fidei plana est, tenet enim fides catholica omnes Angelos bonos fuisse creatos: quorum quidam per propriam culpam ceciderunt à statu rectitudinis, quidam verò ad maiorem gloriam peruenierunt, quod autem Angeli à statu rectitudinis ceciderunt, mirum videtur propter duo, quorum vnum pertinet ad vitam contemplatiuam: aliud ad vitam actiuam ipsorum. Ex vita enim contemplatiua videbatur quì in Angelis esse deberet stabilitas, manifestum est enim quod causa mutabilitatis est potentia: causa immutabilitatis est actus: est enim de ratione potentia quod se habeat ad esse & non esse: sed secundum quod aliquid magis perficitur ab actu firmiter fit in illo, id verò quod secundum se actus est, omnino immutabilis est.

¶ Sciendum est autem quod sicut materia comparatur ad formam vt potentia ad actum: ita voluntas ad bonum: id ergo quod est ipsum bonum, scilicet Deus omnino immutabile est. Cæterarum verò naturarum voluntates, quæ non sunt ipsum bonum, comparantur ad ipsum, vt potentia ad actum, vnde quanto magis inhaerent ei tanto magis stabiliuntur in bono, & ideo cum Angeli inter cæteras creaturas magis & propinquius Deo videantur inhaerere, vt pote ipsum subtilius contemplantes, stabiliores inter cæteras creaturas videntur, & tamen non fuerunt stabiles. Vnde multo minus inferiores creaturæ, scilicet homines quantuncunq; Deo inhaerere videantur, ipsum colendo quod est ei seruire, stabiles iudicari non possunt.

*Ratio qua  
reminus  
Angeli de  
buisent  
peccare  
quam ho-  
mines. An  
geli tamen  
propria eo-  
rum natu-  
ra nõ sunt  
impecca-  
biles sibi  
ipsis relicti*

## IN LIB. IOB.

28

¶ Ex vita verò actiua videtur quod in Angelis, vel nihil vel minimum de prauitate esse possit, quãto enim quis propinquior est primæ rectitudini, minus habet de obliquitate, Deus autem in quo est prima rectitudo, sua prouidentia dirigens vniuersa, inferiores creaturas per superiores disponit. Vnde in superioribus creaturis, quæ dicuntur Angeli, quasi à Deo missi ad alia dirigenda minimum videtur esse vel nihil de prauitate. Vnde cum in Angelo inueta sit prauitas: credendum est quod in quo vis hominum quantuncunq; bonus appareat, prauitas possit inueniri.

¶ Cauendum autem est ne ex iis verbis aliquis in errorem incidat Origenis: qui etiam non quoscunq; spiritus creatos instabiles asserit, & posse ad prauitatem perducì. hoc enim aliqui per gratiã assequuti sunt, vt immobiliter Deo inhaerent ipsum per essentiam videntes, & secundum hoc etiam aliquibus hominibus quantum sint inferioris naturæ, quam Angeli per gratiã, conceditur etiam in hac vita quod sint à prauitate peccati immunes.

¶ Tertiam rationem ponit sumptam ex conditione humana, cui coniungitur conclusio præcedentis rationis, vnde etiam posset ex duobus vna ratio formari, & hoc cum dicit. *Quanto magis ij qui habitant domos.* Est autem humana conditio talis quod ex terrena materia corpus eius compactum est, quod designat cum dicit. *Quanto magis ij qui habitant domos luteas.* Corpus enim humanum lutum dicitur, quod ex terra & aqua grauioribus elementis abundantius constat, quod eius motus declarat. Vnde dicitur quod formauit Deus hominem de limo terræ, hoc ergo lutum corpus domus animæ dicitur: quia anima humana quãtum ad aliquod est in corpore sicut homo in domo: vel sicut nauta in nauì: in quantum, scilicet est motor corporis. Fuerunt autem aliqui qui propter hoc dixerunt, quod anima non vnitur corpori, nisi accidentaliter: sicut homo vestimento, aut nauta nauì: sed vt hanc opinionem excluderet subdit. *Qui in terris habent fundamentum.* Per hoc datur intelligi quod anima humana vnitur corpori etiam vt forma materiæ, dicitur enim materia fundamentum formæ: eo quod est prima pars in generatione, sicut fundamentum in constitutio

*Origenis et  
rationum.*

*Censet.*

*Pulsis est  
fundamen-  
tum adifi-  
cii huma-  
ni & origo*



ne domus, utitur autem tali modo loquendi, ut id quod est anime attribuat homini, non quod anima sit homo, ut quidam posuerant, dicentes hominem nihil aliud esse quam animam indutam corpore, sed quia anima est principalior pars hominis, vnumquodque autem consuevit appellari id quod est in eo principalius. Hæc autem duo quæ de hominis infirmitate dicit, videntur contra poni iis quæ supra de Angelorum excellentia dixerat. Nam hoc quod dicit. *Qui habitant domos ludeas.* Videtur ponere contra id quod dixerat. *Qui seruiunt ei.* Quod est in hære ei, & etiam in ipso spiritualiter habitare. Quod verò dicit. *Qui terrenum habent fundamentum.* Et quod dixerat. *In Angelis suis.* Angeli enim in corporei sunt secundum illud Psalm. Qui facit Angelos suos spiritus, & præmissa autem hominis conditione miserabilem eius euentum concludit dicens. *Consumuntur velut à tinea.* Et quidem potest hoc secundum superficiem literæ de morte corporali intelligi, quam homo necessario patitur ex eo quod terrenum habet fundamentum, & secundum hoc potest designari duplex mors, scilicet naturalis, in hoc quod dicit, *Consumuntur velut à tinea.* Sicut enim tinea vestimentum corrodit, quæ ex vestimento nascitur, ita mors naturalis ex causis interioribus corporis exoritur, & mors violenta, in hoc quod subditur. *De mane vsque ad vesperam succinditur.* Succisio enim arboris ex causa exteriori procedit, & sic signanter dicit. *De mane vsque ad vesperam.* Quia mors naturalis potest per aliqua naturalia signa præcognosci, sed mors violenta omnino innota est, ut pote diuersis casibus subiecta, vnde non potest sciri si homo de mane perueniat vsque ad vesperum.

¶ Sciendum tamen quod hæc non est intentio literæ, nam supra proposuit de defectu peccati, cum diceret. *Et in Angelis suis.* Vnde ut conclusio præmissis respondeat, oportet hoc etiam ad peccatum referre, propter quod vita iustitiæ in homine consumitur dupliciter, vno modo ex interiori corruptione, quod significat, cum dicit. *Consumuntur velut à tinea.* Sicut enim vestimentum consumitur à tinea quæ ex eo nascitur: ita iustitia hominis consumitur ex iis quæ in homine sunt, sicut est corruptio fomitis male cogi-

Psalm. 103.

Breuitas vite dei confertur qua durat a mane ad vesperam paululum durat.

tationis, & alia huiusmodi. Alio modo ex exteriori tentatione, quod videtur in hoc dici. *De mane vsque ad vesperam succinditur.*

¶ Sed considerandum est quod interior tentatio non subito hominem prosternit, sed paulatim: dum per negligentiam aliquis in seipso peccati initia reprimere non curat, secundum illud Eccle. Qui minima negligit paulatim deficit, sic etiam vestimentum quod non excutitur à tinea consumitur. Exterior autem tentatio hominem plerumque subito prosternit, sicut Dauid ad aspectum mulieris in adulterium prorupit: & etiam multi in tormentis fidem negauerunt, quocumque autem modo homo per peccatum ruat, dum modo peccatum suum recognoscat & peniteat, misericordiam consequetur, sed quia nullus est qui omnia peccata possit, cognoscere secundum illud Psalm. Delicta quis intelligit, sequitur quod plurimum homines peccata non cognoscentes eis remedia non adhibent per quæ liberentur, & hoc est quod subditur. *Et quia nullus intelligit.* Scilicet lapsus peccatorum. *In æternum peribunt.* Scilicet plurimi. Quasi dicat à peccato nunquam liberantur. Sed quia aliqui sunt qui contra peccata remedia adhibent, licet ea non plene intelligant, sicut Dauid qui dicebat. *Ab occultis meis munda me Domine, subiungit. Qui autem reliqui fuerint.* Scilicet de numero eorum qui in æternum pereunt. *Auferentur ex eis.* Id est, segregabuntur ex eorum confortio. *Morientur quidem.* Quis quauis homo à peccato peniteat, à mortis tamen necessitate non liberatur, sed sapientia in eis non moritur, & hoc est quod dicit. *Et non in sapientia.* Vel hoc quod dicit. *Morientur & non in sapientia.* Non responderet ad immediate dictum sed ad id quod supra dixerat. *In æternum peribunt.* Ut sit sensus quod morientur sine sapientia, vel hoc quod dicit. *Qui reliqui fuerint.* Potest intelligi de filiis qui relinquuntur ex parentibus pereuntibus, & propter peccata parentum quæ intantur, & ipsi auferuntur sine sapientia morientes.

¶ Vult ergo ex omnibus istis Eliphaz habere quod cum conditio hominis sit tam fragilis, de facili cadit in peccatum, & quidem dum homo non cognoscit in perditionem,

Ex negligentia prostermitur homo tentatione. Psalm. 19.

Psalm. 18.

Psalm. 18.

Morientur & non in sapientia, i. nulla mede di arte nulla prudentia seu potentia poterunt genus moras & statuantur auctera.



radit ipse & filij eius, & sic Iob licet se peccatorem non cognosceret: credendum erat quod propter peccata aliqua ipse & filij eius perierint. Sic igitur postquam reuelationem sibi factam exposuerat, quia posset Iob reuelationi non credere, ideo subiungit quod sequitur.

CAPITVLVM V.  
LECTIO I.

- V**ota ergo si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Longè sient filij eius à salute
- 2.
  - 3.
  - 4.
  5. & conterentur in porta & non erit qui eruat. Cuius messem famelicus comedit & ipsum rapiet armatus: & bibent sitientes diuitias eius. Nihil in terra sine causa fit: & de humo non egredietur dolor. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum.

¶ Quasi dicat si mihi hoc esse reuelatum nō credis: tu ipse inuoca Deum, si fortè ipse ad hanc dubitationem respondere tibi voluerit, & si per merita propria hoc à Deo obtinere non putas. Ad aliquem sanctorum conuertere. Vt eo mediante huius rei veritatem à Deo cognoscere possis. Et notandum est quod dicit. Ad aliquem sanctorum. Quia non licet per immundos spiritus quocunque modo vel arte occulta perquirere, sed solum per Deum vel sanctos Dei, secundum illud. Cùm dixerint ad vos querite à Phitonibus & à diuinis qui student in incantationibus suis. Nunquid non populus à Deo suo requirit, visionē pro viuus aut mortuus? Virum stultum interficit iracundia. Quia in reuelatione quam sibi factam esse commemorat Eliphaz: inter cætera hoc continetur quod homines qui terrenum habent fundamentum, consumuntur velut à tinea, vult hoc ostendere per hominum diuersas condiciones. Non est enim aliqua conditio hominum, cui non adsit pronitas, ad aliquod peccatum.

¶ Sunt autem duæ hominum condiciones. Quidam enim

sunt magni & elati animi, qui facile prouocantur ad iram: quod ideo est: quia ira est appetitus vindictæ ex præcedenti offensa proueniens. quanto autem aliquis est magis elati animi: tanto ex leuiori causa se putat offensum: & ideo facilius prouocatur ad iram, & hoc est quod dicit. Virum facit stultum iracundia. vocat autem cum qui est superbi & elati animi stultum: quia per superbiam homo præcipue metas rationis excedit, sed humilitas iram sapientia parat secundum illud. Vbi humilitas, ibi sapientia: simul cum hoc etiam stultitia iracundiæ competit. Iracundus enim vt docet philosophus, vitur quidem ratione dū pro offensa intentat vindictam, sed peruerse dum in vindictam modum rationis non seruat. peruerfitas autem rationis stultitia est.

*Superbia  
facit stultos  
homines  
Prou. 11:  
30.  
ethi 6.*

¶ Quidem vero sunt pusillanimes, & ij proni sunt ad inuidiam. vnde subdit. & paruulum occidit inuidia. & hoc rationabiliter dicitur. Inuidia enim nil aliud est quam tristitia de prosperitate alicuius, in quantum prosperitas illius æstimatur propria prosperitatis impedimentū, hoc autem ad paruitatē animi pertinet, quod aliquis nō se existimet posse prosperari inter alios prosperantes. Sic ergo manifestum videtur, quod homo cuiuscunque conditionis existat, pronus est ad aliquod peccatum. facile enim esset iis similia de aliis peccatis inducere. Sic ergo per omnia supradicta Eliphaz, probare intendit, quod aduersitates in hoc mundo non adueniunt alicui nisi pro peccato.

¶ Contra quod videntur esse duæ obiectiones. quarum vna est ex hoc quod multi iusti videntur aduersitatibus subdi sed hanc obiectionē soluere visus est, per hoc quod homines ostendit esse faciles ad peccandum.

¶ Secunda obiectio est quod aliqui iniqui in hoc mundo prosperantur. Cui consequenter satisfacere intendit per hoc quod prosperitas eorum in malum ipsorum redundat vnde dicit. Ego vidi stultum. id est hominem in diuitiis superbientem. firma radice. id est firmatum in prosperitate huius mundi, vt videbatur. sed eius prosperitatem

Esai. 8.

*Superbia  
& inuidia  
duo peccata  
vniuersalia.*

4. nō approbaui : quinimo *maledixi pulchritudini eius statim.* Vbi considerandum est quod loquitur de homine sub metaphora arboris. cuius enim radix fuerit firma pulchritudinem habet in ramis & fructibus. Comparat ergo prosperitatem hominis in diuitiis firmati pulchritudini arboris, quam maledicit, id est malam esse pronunciat, & nociuam secundum illud Est & alia infirmitas pessima quam vidi sub sole. diuitiæ cōseruatae in malum domini sui, addidit autem *statim.* vt ostendat sed de hac sententia nullatenus dubitare. quod autem mala ex prosperitate stulti proueniunt. ostendit primo quantum ad filios: Frequenter enim contingit quod quando aliquis diues & potens filios sine disciplina nutrit, quod proprium est stulti: filii eius in multa pericula incidunt, & quandoque quidem propter odia quæ in se concitant, absque iudicio perimuntur: vel etiam dum ipsi sibi non cauent. inordinate delectamento videntes, vitam amittunt: & quantum ad hoc dicit. *longe sient filii eius à salute,* Quandoque vero dum calumnias & iniurias aliis inferunt, coram iudicibus conueniunt, & ibi condemnantur: & quantum ad hoc dicit & *conterentur in portis* id est per sententias iudicum Nam iudices olim in portis sedere solebant: & quia homines stulti in prosperitatibus nullum dubitant offendere, in aduersitatibus non inueniunt adiutorem: & ideo subdit. & *non erit qui eruat.*

¶ Sed quia posset aliquis dicere. Non curo quicquid accidat filiis meis. dummodo ego prosperitate fruam in hoc mundo. ideo secundo ponit mala prouenientia ipsi stulto & in rebus, & in persona, dicens: *cuius messens famelicus comeder.* Frequenter enim homines stulti diuitiis abundantes, pauperes opprimunt: qui plerumque grauamina sustinere non valentes, qua si quadam necessitate ad rapienda bona diuitum coguntur. & quia tales homines delitiose viuentes, solent per vitæ diuitias animi vigorem amittere & imbelles esse: de facili à pauperibus bellicosus destruuntur. vnde sequitur & *ipsum rapiet armatus.* quasi abque omni resistentia, & vt quod dixerat de messe generaliter intelligatur, subiungit. & *bibent sitientes dimittas eius* id est homines cupidi,

¶ Remotis ergo prædictis obiectionibus, finaliter ratione inducit ad probandum principalem intentionem, scilicet quod aduersitates in hoc mundo non proueniunt alicui, nisi pro peccato: & est talis. Quæcunque fiunt in terra ex propriis & determinatis causis proueniunt. si ergo aduersitates huius mundi alicui accidunt, hoc habet determinatam causam, quæ nulla alia videtur esse, nisi peccatum: hoc est ergo quod dicit. *nihil in terra sine causa fit.* videmus enim enim omnes effectus ex determinatis causis procedere: ex quo quasi concludens subdit. & *de humo non orietur dolor* & est metaphorica loquutio: quedam enim herba sine semine produuntur: de quibus dicitur quod eas humus sponte profert. quicquid ergo sine causa propria videtur contingere, quasi sine semine, per quandam similitudinem metaphorice potest dici quod oritur de humo. *dolor autem.* id est aduersitas. *non orietur de humo.* id est non est sine causa. quod autem dixerat *nihil in terra sine causa fit.* ex hoc præcipue redditur manifestum, quod omnia habent dispositionem naturalem congruam propriæ operationi: ex quo apparet quod dispositiones naturales rerum, non sunt sine causa: sed propter determinatum finem: & ideo dicit homo *ad laborem nascitur:* & *avis ad volatum.* manifestum est enim quod quia proprius motus, quem natura auis requirebat, est volatus: & ideo oportuit auem habere ex sua natura instrumenta ad volandum, & alas & pennas: homo vero qui rationem habebat, per quam proprio labore posset sibi omnia necessaria adiuuamenta acquirere, naturaliter productus est absque omnibus adiuuantis, quæ natura aliis animalibus dedit, scilicet absque regimento, absque armis, & aliis huiusmodi quæ sibi proprio labore parare poterat ex industria rationis.

LECTIO. II.



*Quamobrem ego deprecabor dominum: & ad deum ponam eloquium meum. Quis facit magna & inscrutabilia: & mirabilia absque numero. Qui dat pluuiam super faciem terre: & irrigat aquis vniuersa. Quis ponit humiles in sublime: & me-* 4.

5. *rentes erigit sospitate. Qui dissipat cogitationes malignorum*  
 6. *ne possint implere manus eorum quæ ceperant. Qui apprehen-*  
*dit sapientes in astutia eorum, & consilium pravorum dissipat.*  
 7. *Per diem incurrent tenebras: & quasi in nocte sic palpabunt in*  
 8. *meridie. Porro saluum faciet egenum à gladio oris eorum: & de*  
 9. *manu violenti pauperem. Et erit egeno spes: iniquitas autem*  
*contrahet os suum*

In hoc capi-  
 te agitur  
 de regimi-  
 ne diuinae  
 prouidentiae

¶ Quia eliphaz proposuerat omnia quæ in terris sunt de-  
 terminatam causam habere: & hoc probauerat Per hoc quod  
 res naturales apparebant esse dispositæ propter finem, hoc  
 autem scilicet quod res naturales sunt propter finem potissimum,  
 argumentum est ad ostendendum mundum regi diuina  
 prouidentia: & non omnia agi fortuito. Idcirco Eli-  
 phaz statim ex præmissis concludit de regimine diuinæ pro-  
 uidentiae.

¶ Sciendum est autem quod diuina prouidentia sublata  
 orationis fructus tollitur: & cognitio dei circa res huma-  
 nas, quæ tamen necesse est ponere ei qui regimen prouiden-  
 tiæ concedit. & ideo Eliphaz concludens dicit. Ex quo om-  
 nia quæ in terra fiunt sunt propter finem necesse est concedere  
 regimen prouidentiae. *Quamobrè ego deprecabor dominum.* quasi  
 oratione fructuosa exilente, ut pote Deo disponente res hu-  
 manas. *& ad deum ponam eloquium meum.* ut pote Deo cogno-  
 scent facta et dicta et cogitata humana. ad cuius confirmatio-  
 nem subiungit ea quæ maxime diuinam prouidentiam ostendunt.

¶ Est autem sciendum quod illi qui prouidentiam negant:  
 omnia quæ apparent in rebus mundi, ex necessitate natura-  
 lium causarum prouenire dicunt: ut pote ex necessitate calori-  
 s & frigoris grauitatis & leuitatis & aliorum huiusmodi.  
 Ideo ex his potissime prouidentia diuina manifestatur: quorum  
 ratio reddi non potest ex huiusmodi materialibus prin-  
 cipiis: inter quæ unum est determinata magnitudo corporis  
 huius mundi. Non enim potest assignari ratio ex aliquo  
 principio naturali: quare sol ac luna aut terra sit tantæ quæ-  
 titatis, & non maioris aut minoris. unde necesse est dice-  
 re quod ista dispositio quantitarum sit ex ordinatione a-  
 licuius intellectus. & hoc designat in hoc quod dicit. *Qui facit*  
*magna.* id est qui res interminata magnitudine disponit.

rursus si omnia ex necessitate principiorum naturalium p-  
 ueniret, cum principia naturalia sint nobis nota: haberem  
 viam ad inquirendum omnia quæ in hoc mundo sunt. Sunt  
 autem aliqua in hoc mundo ad quorum cognitionem nul-  
 la inquisitione possumus peruenire: ut pote substantiæ spi-  
 rituales: quot sunt distantiae stellarum: & alia huiusmodi.  
 Unde manifestum est non procedere omnia ex necessitate  
 principiorum naturalium: sed ab aliquo superiori intellectu  
 res esse institutas propter hoc addit. *& inscrutabilia.* Item  
 quedam sunt quæ videmus, quorum rationem nullo mo-  
 do possumus assignare: puta quod stellæ, disponuntur se-  
 cundum talem figuram in hac parte cœli: & in alia secun-  
 dum aliam. Unde manifestum est hoc non prouenire ex  
 principiis naturalibus: sed ab aliquo superiorum intelle-  
 ctu: & propter hoc addit. *& mirabilia.* sic enim differt in-  
 scrutabile & mirabile, quod inscrutabile est quod latet &  
 perquiri non potest. mirabile est quod ipsum quidem ap-  
 paret sed causa eius perquiri non potest.

¶ Sciendum est etiam quod aliqui posuerunt dispositio-  
 nem rerum quandam ordinem numeri à Deo procedere:  
 ut pote quod à primo vno simplici procedit tantum vnus  
 effectus primus: in quo iam aliquid compositionis & plurali-  
 tatis habetur: & sic ex ipso procedunt duo vel tria quæ  
 sunt adhuc minus simplicia: & sic gradatim secundum eos pro-  
 greditur tota rerum multitudo: secundum quam quidem  
 positionem totius vniuersi dispositio non est ex ordinatione  
 intellectus diuini: sed ex quadam necessitate nature.  
 unde ad hanc positionem remouendam adiungit. *absque*  
*numero.* vel quia absque necessitate ordinis numeralis res in  
 se productæ sunt: vel quia à Deo immediate & non ex ordi-  
 ne numeri productæ sunt: quod præcipue apparet in primo  
 cælo: in quo sunt plurimæ stellæ, sic ergo Eliphaz ostendit  
 productionem rerum esse à Deo & non ex necessitate nature.

¶ Consequenter ostendit & rerum factarum causam di-  
 uina prouidentia gubernari. & primo in rebus natura-  
 libus: ex hoc quod res naturales temperate esse  
 videntur ad hominum & aliorum animalium usum: licet  
 naturalis cælorum ordo aliud requirere videatur.



Siquis enim in elementis grauitatem & leuitatem consideret: manifestum est naturaliter terram aquae subiaccere: aeri vero aquas: aerem autem igni. inueniuntur autem aliqua partes terrae discoopertae ab aquis immediate aeri subiaccere: aliter enim animalia respirantia in terra viuere non possent. & rursus ne terra ab aquis discooperta sua siccitate in fructuosa & inhabitabilis redderetur, dupliciter humecta tur à Deo. primo quidem per pluuiam, quae superficies terrae infunditur & quantum ad hoc dicit *qui dat pluuiam super faciem terrae.* Alio modo quantum ad fontes: riuos: & flumina quibus terra irrigatur: quorum principium sub terra est sicut pluuię in alto: & quantum ad hoc dicit. *& irrigauit aquis uersa.*

¶ Deinde cum dicit *qui ponit humiles in sublime:* operatione prouidentiae etiam in rebus humanis ostendit. & quidem si res humanae currerent secundum quod earum dispositio uidetur exigere, nullum uidelicet uel paruum in eis prouidentiae diuine uestigium appareret. Sed rebus humanis alio modo currentibus, stulti qui superiores causas non considerant, hoc casui & fortunae attribuunt, ex quorum persona Salomon dicit. Vidi sub sole nec uelocium esse cursum nec fortium bellum: nec sapientium panem nec doctorum diuitias: nec artificum gratiam: sed temporis casum in omnibus. Eliphaz autem in altiore causam refert, hoc scilicet in prouidentiam dei. & primo quantum ad oppressos qui de infimo eleuantur in altum: & quantum ad hoc dicit. *qui ponit humiles.* id est deiectos. *in sublimi.* & qui de dolore transferuntur ad gaudium. & quantum ad hoc dicit *& merentes erigit sospitate.*

¶ Secundo quantum ad opprimentes quorum duplex est genus. Quidam enim maxime alios opprimunt per potentiam & quantum ad hoc dicit *qui dissipat cogitationes malignorum ne possint implere manus eorum quod conperant.* quia scilicet in ipsa operis prosecutione impediuntur à Deo, ne vnquam cogitationem possint producere ad effectum. Quidam uero per astutiam aliquos decipiunt: & quantum ad hoc dicit *qui apprehendit sapientes in astutia eorum.* in quantum scilicet ea que astute cogitant in contrarium propositi

Eccl. 9.

positi eorum cedit. *& consilium prauorum dissipat.* dum scilicet ea que ab eis sapienter consiliata uidentur, aliquibus impediens superinductis ad effectum perducere non possunt. Quandoque uero stulte consiliata non solum impediuntur in opere, sed etiam eorum mens obscuratur, ne in consiliando possint discernere meliora unde subdit *per diem incurrent tenebras.* quia. scilicet in re manifesta omnino quid faciant nesciunt. *& quasi nocte sic palpabunt in meridie* id est in iis que nullo modo sunt dubia: sic dubitat sicut in rebus obscuris, etq; hæc ex diuina prouidentia prouidentiam, subiungit utilitate ex præmissis prouidentem dum enim malignorum astutia impeditur pauperes ab eorum deceptionibus liberatur: & hoc est quod subdit. *porro saluum faciet egenum a gladio oris eorum.* quia enim, sunt astuti in malo & bladis uerbis & fictis alios seducere solent: quae quidem uerba in nocte gladio comparantur secundum illud Psal. *Lingua eorum gladius acutus.* Cum uero operationes malorum potentium impediuntur à Deo: manifestum est etiam quod pauperes saluantur. unde sequitur *& de manu uolenti pauperem.* & ex hoc duo sequuntur, quorum unum est quod homines qui ex seipsis impotentes sunt, de diuina potentia confidunt tanquam Deo de rebus humanis curante unde subdit *& erit egeno spes.* Aliud est quod homines potentes, & iniqui seipsos retrahunt ne ex toto malignentur. Vnde sequitur. *Iniquitas autem contrahet os suum.* ne scilicet se ex toto effundant in perniciem aliorum.

LECTIO. III.

**B**eatissimus homo qui corripitur a domino Increpatione domini ne reprobos: quia ipse vulnerat & medetur: percutit & manus eius sanabunt. In sex tribulationibus liberauit te: & in septima non tanget te malum In fame eruet te de morte: & in bello de manu gladij. A flagello lingue absconderis: & non timebit te calamitas cum uenerit. In vastitate & fame ridebis & bestias terra non formidabis. Sed cum lapidibus regionum pacatum tuum & bestias terra pacifica erunt tibi Et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum et uisitans speciem tuam non peccabis. Et scies quoniam multiplex erit semen tuum: & progenies tua qua





si herba terre. Ingrederis in abundantia sepulchrum: sicut infer-  
tur aceruus tritici in tempore suo. Ecce hoc vt inuestigauimus ita  
est: quod auditum mente pertracta,

¶ Sicut supra dictum est Eliphaz in superioribus beatum  
Iob & impatientia arguebat, & praesumptionis super hoc  
quod se asseruerat innocentem. Nunc autem ab eo despe-  
rationem nititur auferre: ex quo verba illa prouenire cre-  
didit: quibus Iob vitam suam fuerat deestatus,

¶ Sciendum est autem quod prouidentiam tam circa res  
naturales, quam circa res humanas esse asseruerat: hoc acci-  
pit tanquam notum, quod omnes aduersitates hominibus  
diuino iudicio inducantur, sed quibusdam ad vltimam con-  
demnationem, qui sunt incorrigibiles. quibusdam autem  
ad correctionem, qui per aduersitates emendantur, quos asse-  
rit esse beatos dicens, *Beatus homo qui corripitur a domino.*  
Si enim correptio ab homine salubris est: qui tamen perfe-  
cte scire non potest mensuram & modum secundum quod pos-  
sit esse salubris correptio: nec est omnipotens ad mala. sci-  
licet remouenda: & ad bona tribuenda, multo magis repu-  
tari debet salubris & felix Dei omnipotentis & omnia scie-  
tis correptio ex qua sententia ad propositum concludit dicens,

*Increpationem domini ne reprobes.* quasi dicat licet hanc ad-  
uersitate patiaris a Deo propter tua peccata, tamen debes exi-  
stimare quod hoc sit quasi quaedam domini increpatione ad te cor-  
rigendum. Vnde non debes hanc aduersitate in tantum re-  
probare, quod propter hoc vitam tuam habeas odiosam, & pra-  
dictorum causam subiungit dicens *quia: ipse vulnerat.* scilicet  
2 cet grauiori aduersitate. & *medetur.* auferendo mala, & res-  
tituendo bona, *percussit.* id est leuiori aduersitate. & *manus*  
*eius.* id est operationes ipsius. *sanabunt.* id est liberabunt.

Non enim Eliphaz eum qui corripitur a Deo beatum as-  
seruit, propter futuram vitam quam non credebat, sed pro-  
pter praesentem, in qua post correptionem homo a Deo ob-  
tinebat immunitatem a malis. ideo subiungit dicens, *in sex tri-*  
3 *bulationibus liberabit te,* & *in septima non tanget te malum* quia  
enim septenario dierum omne tempus agitur, solet septenario  
numero numerositas designari, vt sit sensus, quod ei qui a do-  
mino corripitur, post emendationem nulla nocebit aduer-  
tas & quia secundum eius sententiam, quando aliquis magis fue-

rit purgatus a culpa, tanto minus aduersitate paritur, in hoc  
mundo. Ideo dicit *in septima non tanget te malum.* quasi an-  
te emendationem homo ab aduersitate non liberatur. Cum autem  
incipit liberari, ab ea tangitur, sed non opprimitur Deo libe-  
rante, post perfectam autem liberationem omnino non tangi-  
tur, quod quidem verum est quantum ad mentem, quae dum si-  
nem suum in rebus mundanis constituit aduersitatis mun-  
danis opprimitur. cum autem ab eis amore suum reuocans ama-  
re Deum coeperit, tristatur quidem in aduersitatibus, sed non  
opprimitur, quia spem suam non habet in mundo, cum au-  
tem totaliter mundum contempserit, tunc cum aduersitates  
mundanae vix tangunt, non est autem haec sententia vera quan-  
tum ad corpus, sicut Eliphaz esse intellexit. cum perfectissimum in in-  
terdum grauissimas aduersitates patiantur, secundum illud psalmi.  
Propter te mortificamur tota die, quod de apostolis inducitur.

¶ Et quia septem tribulationes tetigerat, eas subsequenter e-  
numerat. Est autem prima aduersitas contra vitam corporalem eius  
qui patitur sublationem necessarium, & quantum ad hoc dicit.

*In fame eruet te de morte,* quasi dicat patieris quod fame vt po-  
4 te increpat a Domino: sed ex hoc non peruenies ad mortem,  
Deo te liberante & haec est prima tribulatio. Quae vero  
aufertur vita corporis per violentiam alicuius inferentis no-  
cumetur: & quantum ad hoc dicit & *in bello de manu.* i. potesta-  
te gladii: quasi dicat superueniet tibi bellum sed in potesta-  
te gladii non deduceris, & haec est secunda tribulatio. Aufertur  
autem & vita corporalis per mortem naturalem: sed haec inter  
tribulationes non computatur, cum natura hominis hoc requirat.

¶ Quae autem spirituale periculum est contra famam hominis, quae  
5 pertinet ad vitam civilem: & quantum ad hoc dicit & *flagello ligae* ab-  
scideris, a quo tunc homo absconditur, quando facta sua, de quibus  
posuit infamari latere detrahent: & haec est tertia tribulatio.

¶ Quandoque autem est aduersitas ex aliquo piculo generali: quod  
quod imminet vel personis, vel rebus. Personis quidem vt potest  
quando alicui patrie exercitibus hostium superuenit: quod etiam con-  
trahitur vel mors vel captiuitas & quantum ad hoc dicit & *non ti-*  
6 *mebis calamitatem cum venerit.* quasi dicat in imminente calamita-  
te ab hostibus tuae patrie tu non timebis: & haec est quarta tri-  
bulatio, Rebus autem imminet commune periculum, vel per sterilitatem



tem terre: quod est tempore famis: vel per aliquam deuastationem fructuum ab hostibus, & quantum ad hæc duo dicit. *in fame & vastitate ridebis.* Id est abundantiam habebis quæ erit tibi materia gaudii: & sic tangit quintã & sextam tribulationem

¶ Quandoque autem est aduersitas ab impugnatione brutorum animalium, siue in communi, siue in particulari: & quantum ad hoc dicit *bestiam terræ non formidabis,* & hæc vi detur esse septima tribulatio, in qua non tangit malum.

7. ¶ Post immunitatē autem animalis ponit abundantiam in bonis, & primo quantum ad fertilitatem terrarum, dicens, *sed cum lapidibus regionum pactum tuum,* quasi dicat & etiam terræ lapidosa & steriles tibi afferent fructum, secundum illud. *Vt suggeres mel de petra, &c.*

Deut. II.

¶ Secundo quantum ad animalia bruta, & quantum ad hoc dicit *et bestia terræ erit tibi pacifica,* id est non te offendet.

¶ Possent & hæc duo aliter exponi, vt scilicet per lapides intelligantur homines duri & rudes: & per bestias homines crudeles.

8. ¶ Tertio quantum ad homines domesticos cum dicit, & *scias quod pacem habeat tabernaculum tuum* id est familia tua pacem habebit adiuicem.

¶ Quarto specificat quantum a d vxorē et quantum ad hoc dicit & *visitans speciem tuam non peccabis* quasi dicat habebis vxorem honestā & pacificam, cum qua conuersari poteris siue peccato.

9. ¶ Quinto quantum ad filios, vnde dicit *progenies tua quasi herba terræ,* id est habebis multos filios & nepotes.

10. ¶ Sexto quantum ad pacificam & quietam mortem, quantum ad hoc dicit *ingredieris in abundantia sepulchrum,* quasi dicat in bona prosperitate: non spoliatus rebus tuis, sicut in fertur aceruus in tempore suo quasi non præuentus in tempestiuali & subita morte.

11. ¶ Vltimo quidem approbat ea quæ supra dixerat dicens, *Ecce hoc vt inuestigauimus ita est,* & quia æstimabat Iob ita esse tristitia absorptum, quod talia non multum cogitaret, eum reddidit, attentū dicens *quod auditum mente pertracta,*

LECTIO. I.

**R**espondens autē Iob dixit. *Vt inam appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior in scatera, quam arena maris hæc grauior appareret.* Vnde & verba mea dolore sunt plena: quia sagittæ domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum: & terrores domini militant contra me. Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam: aut mugiet bos cum ante præsepe plenum steterit? Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? Aut potest aliquis gustare quod gustatū affert mortem? Anima enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur. *Que prius nolebat tangere anima mea, nunc pro angustia cibi mei sunt.* Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto tribuat mihi deus, & qui cepit ipse me conterat? Soluat manum suam & succindat me: & hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti. *Que est enim fortitudo mea vt sustineam: aut quis finis meus vt patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea: nec caro mea enea est.*

¶ Sicut ex superioribus patet, Eliphaz in lamēto Iob tria notauerat. Desperationē quidem, quæ videbatur apparere propter odium præsentis vitæ. Impatientiam autem siue immoderatam tristitiam propter suspiria & gemitus, quos se pati dicebat. Præsumptionem verò, quia se innocentem asseruerat: & circa hæc tria totus superior Eliphaz sermo versatur. In quo ad ostendendū Iob peccato fuisse subiectum, & ideo aduersa tolerasse: proposuit inter cætera fragilitatem conditionis humanæ, ex qua nullus potest se presumere immunē esse à peccato. Hoc ergo Iob sumit suæ responsionis initium. Certū est enim quod ex fragilitate conditionis humanæ nullus homo est immunis à peccato quantumcunq; iustus appareat: sed tamē in viris iustis non sunt peccata grauia & mortalia: sed sunt in eis peccata leuia & venialia quæ ex negligentia & surreptione proueniunt. Si autem hoc esset verum quod Eliphaz asserere nitetur: quod propriæ pœnæ peccatorum essent aduersitates præsentis vitæ, homines paterentur & propter grauia peccata, graues: & propter leuia, leues & sic viri iusti



nunquam grauibz aduersitatibus subiacerent : quod patet esse falsum . Hanc ergo rationem Iob contra dispositionem Eliphaz proponit, vnde dicitur. *Respondens autem Iob dixit : utinam appenderentur peccata mea quibus iram mirui .* Q. d. dicere non possum in me nulla esse peccata: considero tamen in me non esse mortalia sed venialia. Si ergo pro peccatis huiusmodi iram, id est, pœnã à Deo merui : debuisset saltem in statera iustitiæ appendi calamitas & peccatũ, vt secundũ equalitatem vnũ alteri respõderet. Sed aduersitas apparet multo maior ipso peccato, & hoc est quòd subdit: *quasi arena maris*, id est, incomparabiliter, hac, scilicet, calamitas, grauior apparet. si sententia Eliphaz esset vera, quod aduersitates in hoc mundo insliguntur solum secundũ peccata pro grauibz peccatis, hæretici graues pœnas sustinerent. sed hæc sua sententia non est vera, cum appareat multos sceleratos, quorum peccatis peccata Iob comparata, quasi nulla erant, quasdam leues aduersitates sustinere. Ex hoc autem vlterius procedit ad excusandum se à tristitia, quàm verbis expresserat dicens: *vnde & verba mea plena dolore sunt*, quasi concludendo infert, quia dolor ex aduersitate magnitudine causabatur. Causam autem doloris subiungit duplicem. Causatur enim dolor interdum ex iis quæ aliquis iam perpeffus est: interdum verò ex iis quæ pati timet. Primo ergo assignat causam sui doloris ex iis quæ perpeffus fuerat, dicens: *quia sagitta domini in me sunt*, in quo ostendit ex improuiso se fuisse afflicto. Nam sagitta ex remotis & ex improuiso venit, & vt ostendat percussione magnitudinem subiungit, *quarum indignatio ebibit spiritum meum*, id est me respirare non permittit, sed totaliter quicquid in me virium aut consolationis esse poterat, sustulit.

¶ Deinde ostendit causam doloris ex iis quæ pati timebat, dicens. *& terrores Dei militant contra me*. Solent enim afflicti ex spe melioris status consolari, sed cum post afflictionem, aliquis iterum similia vel maiora timet, nulla videtur esse consolatio residua.

¶ Possit autem aliquis dicere, causam quidem doloris habes, sed ex ea in verba doloris prorumpere non deberes.

2  
Causa qui  
bus efficitur  
tor dolor.

Contra quæ respondet Iob ex iis quæ in aliis animalibus similis est in natura sensitua. vnde ea quæ naturam sensitiuam sequuntur, adfunt homini, sicut & aliis animalibus. quod autem naturale est, non potest totaliter vitari. Inuenitur autem in aliis animalibus, quòd afflictionem cordis ore exprimit, & hoc significat dicens: *Nunquid rugiet onager cũ habuerit herbam, aut mugiet bos cũ ante presepse plenum steterit*, quasi dicat nõ. Rugit autẽ onager & mugit bos cũ necessario victu caruerint, in quo apparet naturale esse animalibus, quòd interiorem afflictionẽ exprimant voce.

¶ Rursus aliquis dicere possẽt, naturale esse quod dolor conceptus voce exprimitur, sed ad sapientem non pertinere: quod ex quibusdam causis tristitiam corde concipiat: vt stoici posuerunt. Sed hoc ostendit Iob esse contra naturam sensitiuam. Nam sensus non potest nõn refuge- re id quod est nociuum vel inconueniens: & ideo dicit, *aut poterit comedi insulsum quod non est sale conditum*, quasi dicat non, quia videt quod huiusmodi inspidia non conueniunt ad delectationem gustus, & similiter ea quæ non sunt delectabilia, non potest cor hominis libenter acceptare: & multo minus illa quæ sunt amara & noxia, vnde subdit, *aut poterit aliquis gustare, quod gustatum affert mortem*, quasi dicat non. Et sicut hoc est impossibile in sensu exteriori, ita impossibile est, quod ea quæ per sensus exteriores apprehenduntur, vt noxia: sine tristitia recipiantur, sed quia sapiens, licet tristitiam patiatur, eius tamen ratio à tristitia non absorbetur: sicut Iob qui licet tristitiam pateretur, tamen ei maxima inerat sollicitudo & timor, vt se contra tristitiam teneret, ne per tristitiam deduceretur in aliquod vitiosum. Quod vt vitaret, præoptabat mortem: & ad hoc exprimendum, dicit, *quæ prius tangere nolebat anima mea, nunc præangusta cibi mei sunt*. Quasi dicat ea quæ prius anima mea abhorrebat, nunc delectabiliter appetit, & quæ sint ista ostendit dicens. *Quis det veniat petitio mea*. & vt hanc petitionẽ non ore teneat tantum sed etiam ex intimo corde proponere ostendatur subiungit. *& quod expecto tribuat mihi Deus, & quæ sit ista petitio, ostendit subdens: & quæ ceperit*, scilicet me affligere.

*Excusat se Iob de ipatitã, quãdã verbis suis ostenderat.*

3

*Decet sapientem tristari.*

4

5

6

7



*ipse me conterat super mortem. & hoc est quod subdit: soluit manu suā & succidat me.* manū Dei dicit potentiam diuinā qua ipsum Deū afflixerat, quā quidē manus quodā modo ligata videtur diuina voluntate, dū per misericordiam affligere desinit. soluitur autem quodā modo, dum ad finē occisionis percussio diuina perducitur. Et quia dixerat ea quā prius tangere nolebat, nunc cibos suos esse, ostendit quomodo hoc sit intelligendū, quia. si mors quæ sibi fuerat horribilis, nūc effecta est dulcis. vnde subditur: *hoc mihi sit consolatio vt affli. me. do.* scilicet Deus, nō parcat. id est non retrahat manū suā, sed me ad mortē perducatur. & quare hoc optet, ostendit per id quod subdit: *nec contradicam sermonibus sancti. i. Dei.* hoc est eius iudicij sanctis, quibus me afflixit: timebat enim Iob ne per afflictiones multas ad impatientiā deduceretur: ita quod ratio tristitiam reprimere non posset. Impatientiā autē ratio est: vt ratio alicuius ab eo à tristitia deducatur, qua diuinis iudiciis contradicit, si verō aliquis tristitiam quidem patiat, secundum rationalem partem, Sed ratio diuinæ voluntati se conformet, non est impatientiæ defectus. & sic falso Eliphaz arguebat Iob, vbi dixerat. *nunc venit super te plaga, & defecisti.* licet enim tristaretur, non tamen defecerat.

¶ Deinde assignat & propria fragilitate quā timebat, ne ad hoc perduceretur, vt contradiceret sermonibus sanctis: Huiusmodi enim timor ex duplici causa posset tolli. Primò quidem si tanta esset sibi rationis fortitudo, vt nullo modo superari posset, sicut est in illis, quorum est liberum arbitrium per gratiam confirmatum, sed hanc fortitudinem in se non sentiebat, vnde dicitur: *Quæ est enim sortitudo mea, vt sustineam.* scilicet tot tribulationes.

¶ Secundo si tribulationes & tristitias aliquo breui tempore tolerare oportet. & ideo ad hoc remouendum adiungit. *aut quis finis meus vt patienter agam.* Quasi dicat quis terminus tribulationibus meis positus est, vt vsq; ad illum expectans, possim præsumere me patientiam seruaturum:

10 & ad horū expositionē subiungit, dicens: *nec fortitudo lapidum fortitudo mea.* fortitudo enim lapidum sine sensu est fortitudo autem hominis est cum sensu eorum quæ no-

xia sunt, propter quod subditur. *nec caro mea aërea est.* id est sine sensu, quia quantumcunque ratio mortalis hominis fortis sit: necesse est quod ex parte carnis experitur sensum doloris, & per hoc excluditur increpatio Eliphaz, qui tristitiæ beatum Iob arguebat. Et si enim in esset beato Iob fortitudo mentis, aderat tamen ex parte carnis sensus doloris, quæ tristitiā conseqeatur. Similiter etiā per hoc confutatur opinio stoicorū dicentium sapientem non trīstari, cuius opinionis Eliphaz fuisse videbatur. Beatus autē Iob hoc defendere intendit: quod sapiens tristatur quidē sed ad hoc studet per rationem, vt ad inconueniens non deducatur, quod etiā peripatetici posuerunt.

LECTIO II.



**E**cce non est auxiliū mihi in me & necessarij quoque mei recesserūt à me. Qui tollit ab amico suō misericordiam, timorē domini derelinquit. Fratres mei praterierunt me, sicut torrens qui raptim transit in cōuallibus. Qui timet pruinam, irruet super eos nix. Tempore, quo fuerint dispersi peribunt, & vt incaluerint soluentur de loco suo. Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum, ambulabunt in vacuū, & peribunt. Considerate semitas themā, itinera saba & expectate paulisper. Cōfusi sunt, quia sperauit. Venerūt quoq; vsq; ad me, & pudore cooperti sunt. Nūc venistis, & modo videtes plagā meam timetis. Nūquid dixi, afferte mihi & de substantia vestra donate mihi, vel liberate me de manu hostis, & de manu robustorū eruite me. Docete me, & ego tacebo: & si quid forte ignorauis instruite me. Quare derisistis sermonib; veritatis, cui ē vobis nullus qui possit arguere me. Ad increpandū tantū eloquiā concinnatis, & in vētū verba profertis. Super pupillū irruitis, & sabuerere nitimini amicū vestrū, vt erūt amē quod cepistū explete. Probete aurē, & videte amentiar. Respōdete obsecro absq; cōtentione, & loquētes id quod iustum est est iudicate. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.

¶ Ostenderat Iob in præcedentibus se rationabiliter dolorem sensisse, & verba doloris protulisse. Sed dolore non esse absorptū, propter ea quæ passus erat: Sed quia interdū

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16



homo, licet aliqua aduersa patiat, ita se suo alieno auxilio & solatio contra aduersa tuetur, vt vel paruū, vel nullū dolorē percipiat, vult ostendere beatus Iob se huiusmodi remedijs esse destitutū, vt ex hoc appareat euidētius se rationabiliter verba doloris protulisse. Et primò quidē ostendit se prādictis remedijs destitutū esse ex parte sua, cū dicit. *Ecce non est auxiliū mihi in me.* & si enim bona eius aliquāliter direpta fuissent, posset hoc absq; tristitia tolerare: si se posset adiuuare ad recuperādū bona amissa, & ad vindicandū iniuriā illatā. Sed hoc non poterat omnibus diuitiis, filiis, & proprij corporis sanitate destitutus: rursus multa per nos ipsos nō possumus, quā possumus per amicos. & ideo Iob secundo ostendit se etiā auxilio amicorū destitutū esse: cū dicit. *& necessarij quoq; mei. i. familia, & res, & domestici. recesserunt a me.* & quod hoc nō sine culpa illorum sit, ostendit subdens. *qui tollit ab amico suo misericordiam.* scilicet in tempore miserie. *timorē domini dereliquit.* id est reuerentiam quā debet habere ad Deum, propter quem & in quo proximus diligendus est, qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere.

1. Ioa. 4. d

¶ Deinde ostendit se etiā à consanguineis esse derelictū dicens: *fratres mei.* id est consanguinei mei. *praterierunt me.* loquitur ad similitudinē simul in via incenditiū, ac si vno cadente in foueam, alij nihilominus prācedāt eo dimisso. & quidem aliquāliter excusabiles essent, si postquam aliquo tempore auxilium tulissent, dimisissent: vel propter editum, vel propter desperationē adiuuandi. & ideo vt in excusabiles sint, ostendit se statim & subito ab eis esse derelictum, quōd significat cum subdit. *sicut torrens qui rapit tamen sit in conuallibus.* qui velocissimē mouetur: & ne hoc se impunē fecisse credant, subiungit. *qui timet pruina irruet super eum nix.* Quasi dicat qui propter timorē minoris periculi à iustitia & misericordia discedit, in maiora pericula deducetur, vnde & fratres Iob qui eū praterierūt compati nolentes, ipsi tristitiā in proprijs personis suis sustinebant, & quod eorū pericula futura sint sine remedio, ostendit subdens: *tempore quo fuerint dissipati.* in quo incur-

rent aliqua pericula peribunt, scilicet totaliter. & *vt incaluerint soluentur de loco suo.* Loquitur sub metaphora niuis de qua fecerat mentionem, quā cum multum firmata fuerit, nec adhuc congelata, statim ad radium solis dissoluitur, hoc est ergo quod dicit, *vt incaluerint soluentur de loco suo.* id est statim ad primum impetum aduersitatis, quasi cuiusdam caloris, tota eorū prosperitas dissoluetur. vnde dicitur. *inuoluta sunt semita & gressuū eorū.* Illud enim quod inuoluitur in seipsum quadā tortuositate, redit. Illorum quidem semitā inuoluta sunt, qui in consanguineis & amicis, nihil nisi propriam utilitatem quærunt: propter hoc in tempore prosperitatis amicitiam simulant, sed in tempore aduersitatis derelinquunt. Sed homines qui fraudulenter propriam utilitatem quærunt, plerunq; à sua spe deficiunt. & ideo subdit. *ambulabunt in vacuum.* tunc enim aliqui in vacuū ambulare dicuntur: quando à fine ambulationis deficiunt, & non solum eorum spes euacuabitur: sed etiam contrarium eis accidet, vnde sequitur: *& peribunt.* id est totaliter destruetur. sic ergo cum Iob in seipso, nec in domesticis, nec in consanguineis auxilium haberet, non immerito doloris verba protulerat.

¶ Consequenter ostendit quod nec in alijs amicis. vnde dicit: *Considerate semitas themam, itinera saba.* in quibus regionibus maximē videbatur habuisse amicos. Nam & Eliphaz de themam venerat. & *expectate paulisper considerantes.* scilicet vtrum aliqui per has vias veniant ad auxiliū mihi deferendū, & hoc non videbitis. *quia confusi sunt.* scilicet venire ad me. *quia speraui.* id est quia tēpus erat in quo ab eis auxiliū sperare debebā. Homines enim qui auxiliari nolūt, cōfundūtur visitare illos à quib; existimāt sibi rationabiliter posse peti auxiliū. *venerūt quoq; aliqui.* qui, si nō mihi dederūt auxiliū, cū cognoscerēt se debere, nec est mirum de alijs, cum etiam vos qui sapientiores videmini, in hoc deficiatis. Vnde subdit. *nunc venistis & modo videntes plagam meam timeis.* Ne fortē, scilicet oporteat vos mihi auxiliū ferre, sed non timeatis, quia in nullo auxiliū vestrū requisitū: nec requiro à vobis vt subueniatis mihi in denarijs, hoc est quod dicit: *nūquid dixi afferre mihi & do*



substantia vestra donate mihi. Nec petii à vobis auxilium in bello contra hostes: & hoc est quod subdit. *Liberate de manu hostis: & de manu robustorum eruite me.* Nec petii à vobis auxilium doctrinæ: & hoc est quod dicit. *Nunquid dixi docete me.* Scilicet in speculatiuis. *Et ego tacebo: si quid fortè ignorauit, instruite me.* Scilicet in agendis, nec solum vos mihi auxilium non præbetis: sed etiam quantum in nobis est, quod potius est: me vlteri⁹ verbis affligitis, & hoc est quod subdit. *Quare detraxistis sermonibus veritatis.* Quos scilicet primo protuli in mea lamentatione: quam Eliphaz reprehendere visus est, vt dictum est, & vt hæc detractio inexcusabilis ostendatur, excludit omnia illa, quibus aliquis reprehensor à detractioe potest excusari.

¶ Quorum primum est, cum aliquis maioris auctoritatis alium pro culpa reprehendit, & hoc excludit dicens: *Cum in vobis nullus sit qui possit arguere me.*

12 ¶ Secundum est cum aliquis contra aliquem verba dura profert ad eius vtilitatem, & non ad ipsam exacerbandum: & hoc est quod subdit. *Ad increpandum tantum.* Et non ad vtilitatem. *Eloquia concinnatis.* Id est, studiose componitis vt non videantur leuiter esse dicta.

¶ Tertium est, cum aliquis verba quæ profert contra aliquem, efficacibus rationibus munit: & hoc remouet dicēs. *Et in ventum verba profertis.* Quasi dicat verba vestra in anima sunt, nullum robor rationis habentia.

¶ Quartum est, cum aliquis aliquem reprehendit eo tempore & in illo statu, in quo præsumi potest, quod non fiat inde deterior, sed melior, sed si aliquis eo tempore aliquem reprehendere velit, quo cõsternatus animo & ad iram dispositus est, videtur non velle correctione, sed subuersionem, & ideo dicit. *Super pupillum irritis, & subuertere nitimini amicam vestram.* Seipsum pupillum nominat: quia in tristitia positus omni auxilio destitutus erat: & ne quis putaret, quod hoc diceret timens contendere cum eis, quasi de veritate suæ sententiæ: & iustitia suæ causæ præsumeret subiungit. *Veruntamen quod capillis explete.* Vt scilicet ex mutua disputatione veritas elucefcatur, vnde subdit. *Præbete autem.* Id est, ascultate, *Et videte.* Id est, considerate. *At*

mentiar. Hoc est enim primum impedimētum veritatis inueniendæ per disputationem, cum aliquis ea quæ ab aduersario dicuntur, audire non vult.

¶ Secundum impedimentum est, cum ad audita clamose & contumeliose responderet: & ad hoc remouendum, dicit. *Respondete obsecro absque contentione.* Est enim contentio: vt Ambrosius dicit impugnatio veritatis cum confidentia clamoris.

¶ Tertium impedimentum est cum aliquis in disputatione non intendit ad veritatem, sed ad victoriam & gloriã: vt accidit in disputationibus litigiosis & sophisticis, & quantum ad hoc dicit. *Et loquentes id quod iustum est iudicate.* Vt scilicet concedatis ea quæ vobis videntur vera: & negetis ea quæ videntur falsa: & si hoc feceritis. *Non inuenietis in lingua mea iniquitatem.* Scilicet aliquid contra iustitiam quæ debetur proximo. *Nec in faucibus meis stultitia personabit.* Id est, aliquid contra sapientiam, qua recte sentitur de Deo. Intendebat enim circa diuina & circa humana, & defendere & probare veritatem.

15  
Contentio  
quid secundum  
Ambrosium.

16

CAPITVLVM VII.  
LECTIO I.



Illitia est vita hominis super terram & sicut dies mercenarii dies eius. Sicut ceruus desiderat vrbem: & sicut mercenarius præstatur finem operis sui: sic & ego habui menses vacuos & noctes laboriosas enumeravi mihi. Si dormiero: dicam quando consurgam: & rursus expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras.

Finis humane vite non est in hac vita.

¶ Eliphaz in superioribus volens, beatum Iob à desperatione remouere: ei quandam terrenam beatitudinem repro miserat, si increpationem Domini non reprobarct, vnde beatus Iob, postquam tristitiæ suæ rationabiles causas ostendit: vult vltcrius ostendere prædictam consolationem Eliphaz, ex promissione terrenæ scelicitatis esse incongruã. Et primo hoc ostendit ex conditione præsentis vitæ: postmodum verò id ostendit ex sua propria conditione. Circa cõditiones verò præsentis vitæ, diuersa fuit hominum sententia, quidam enim posuerunt in hac vita vltimam sceli-

citatem esse: & hanc sententiam videtur sequi Eliphaz. Ibi enim est vltimus finis hominis: vbi expectat finale retributione pro bonis aut malis: vnde si in hac vita homo remuneratur à Deo pro bene actis: & punitur pro malis: vt Eliphaz videbatur asserere: consequens videtur, qd in hac vita sit vltimus hominis finis. Hanc autem sententiam intendit Iob reprobare, & vult ostendere quòd præsens vita hominis non habet in se vltimum finem: sed comparatur ad ipsum, sicut motus ad quiete: & via ad terminu: & ideo comparat eam illis statibus hominum, qui tendunt ad aliquem finem scilicet statui militum: quia militando ad victoriam tendunt, & hoc est quod dicit. *Militia est vita hominis super terram.* Ac si dicar: vita præsens: qua super terram viuimus: nõ est sicut status victoriæ: sed sicut status militiae. Comparat & eam statui mercenarioru: & hoc est quòd subdit. *Et sicut mercenarii dies eius.* Scilicet hominis super terram inuentis. Comparat autem præsentem vitam iis duobus statibus, propter duo que imminet homini in præsentia vita: vt scilicet resistat impedimentis & nociuis, & propter hoc comparatur militiae, & vt operetur vtilia ad finem: & propter hoc comparatur mercenario. Ex vtroq; autem exemplo datur intelligi quòd præsens vita diuinæ prouidentie subditur. Nam milites sub principe militat, & mercenarii à patrono mercedem expectat: satis esse in iis duobus exemplis apparet falsitas sententiæ quam Eliphaz defendebat. Manifestu est enim quòd dux exercitus: strenuis militibus non parcat periculis aut laboribus: sed secundum quòd militiae ratio exigit, interdum eos & maioribus laboribus, & maioribus periculis exponit: sed post victoriam adeptam, magis strenuos plus honorat, sic & paterfamilias melioribus mercenariis maiores labores committit: sed in tempore mercedis eis maiora munera largitur. Vnde nec diuina prouidentia hoc habet, vt bonos magis ab aduersitatibus & vitæ præsentis laboribus eximat, sed quòd in fine eos magis remuneret. Quia ergo ex iis Eliphaz sententiã tota subruitur, ad eorum confirmationem Iob intendit, & eam efficaci ratione demonstrat. Manifestum est enim quòd quelibet res ad pro vltimo fine quiescit, vnde necesse est, quòd eum ipsa

voluntas humana vltimum finem consequuta fuerit, in illo quiescat, & ulterius ad alia desideranda non moueatur: hoc autem contrariu in præsentia vita experimur. Nam semper homo quasi non contentus præsentibus, futura desiderat. Vnde manifestum est in hac vita vltimum finem non esse, sed hanc vitam ad alium finem ordinari, sicut ordinatur militia ad victoriam, & dies mercenarii ad mercedem.

¶ Sciendum est autem quòd in præsentia vita præsentia nõ sufficiunt, sed desiderium tendit in futura, propter duo scilicet propter afflictiones præsentis vitæ, & propter hoc inducit exemplum animalis desiderantis vmbra dicens. *Sicut ceruus. Ab æstu afflictus. Desiderat vmbra.* Qua refrigeretur: & propter defectum perfecti boni & finalis, quod hic non habetur: & ideo ponit exemplum de mercenario dicens. *Et sicut mercenarius præsolatur finem operis sui.* Perfectum enim bonum est hominis finis. Sic ego habui menses vacuos. Id est, reputaui menses præteritos mihi vacuos præteritis: vt pote in quibus perfectione finale adeptus non eram: & noctes deputatas quieti contra afflictiones. *Et laboriosas enumeravi mihi.* Id est, reputaui acsi essent laboriosas in quantum in eis retardabar à prosecutione finis. Quomodo autem habuerit menses vacuos & noctes laboriosas: exponit subdens. *Si dormiero.* Id est, cum fuerit tempus dormiendi de nocte: dico quando confurgam ex optatis diem. *Et rursum.* Et facto die. *Expectabo vesperam.* Sic semper in futurum per desiderium tendens, & hoc quidem est commune omni homini viuenti super terram: sed plus & minus hoc sentiunt homines: secundum quòd magis aut minus gaudiis aut tristitiis afficiuntur. Nam qui in gaudio est, minus considerat futurum, plus autem qui in tristitia, & ideo vt hoc desiderium Iob in se esse vehemens ostendat, subiungit. *Et replebor doloribus vsque ad tenebras.* Propter quos dolores præsens tempus, si est mihi tediosum, futurum magis desidero.



**I**nduta est caro mea putredine, & sordibus pulueris cutis mea aruit, & contracta est. Dies mei velocius transierunt, quam a texere tela succinditur, & consumpti sunt absque ulla spe. Memento quia vitus est vita mea, & non reuertetur oculus meus vt videat bona, nec aspiciet me visus hominis. Oculi tui in me, & non subsistam. Sicut consumitur nubes & pertransit, sic qui descendit ad inferos non ascendet: nec reuertetur ultra in domum suam: neque cognoscat eum amplius locus eius.

¶ Ostenderat supra beatus Iob consolationem Eliphaz ex promissione felicitatis in vita eterna fuisse inepta: ex generali conditione vitæ hominis super terram. Nunc autem intendit ostendere eandem consolationem ineptam esse ex sua propria conditione: & proponit duo quæ impediunt ipsum expectare prosperitatem super terram. Quorum primum est infirmitas corporis quæ patiebatur: homini enim graui infirmitate detento, nil potest contingere, quod eum in hac vita faciat esse felicem, & ideo dicit. *Induta est caro mea putredine.* Quasi dicat vndique corpus meum circumdatum est putredine, sicut corpus circumdatur vestimento: & quia vulnera in principio curata ad sanitatem perueniunt, ostendit vulnera sua esse neglecta: vnde dicit. *Et sordibus pulueris.* Non enim erat debito modo curata: quia ad literam, in sterquilinio iacebat: vt supra dictum est. Expectatur autem sanitas vulnerum, etiam si vulnera sint neglecta, quando natura est fortis: sed in Iob etiam vigor defecerat, vnde dicit. *Cutis mea aruit & contracta est.* Quasi dicat humor naturalis iam consumptus est, vel propter senectutem vel propter infirmitatem, vnde non videtur locus vt in hac vita ulterius felicitatem expectem.

¶ Secundum est quod plurimum tempus vitæ suæ iam præterierat, vnde modicum tempus restabat, nec in eo poterat magnam felicitatem expectare: & propter hoc dicit. *Dies mei velocius transierunt quam a texente tela succinditur.* Vita enim hominis quantum ad aliquid, similis est texturæ. Sicut enim ille qui texit telam, fila filis adiungit, vt ad perfectionem telæ perueniatur qua perfecta eam succindit, sic ad hoc vt vita hominis perficiatur, dies diebus adduntur, cum autem

autem fuerit perfecta, tollitur. Ideo velocius transeunt dies hominis quæ tela succidatur, quia in opere telæ textor interdum quiescit, sed tempore vitæ hominis absque quiete continuo laboratur.

¶ Sed posset aliquis dicere, quod licet plurimum temporis vitæ eius transierit, adhuc tamen possit expectare reditum ad statum vitæ præteritæ. Posuerunt enim aliqui quod post mortem transactis plurimis annorum circulis homo rediturus erat ad eandem vitæ seriem quam prius egerat, vt puta quod Plato in futuris temporibus lecturus erat Athenis, & eadem lecturus quæ prius egerat, & sic homo, licet plurimum temporis vitæ eius transierit, posset expectare restitutionem beatitudinis in vita futura. Et ideo ad hoc remouendum subiungit Iob. *Et consumpti sunt absque ulla spe.* Id est, redeundi scilicet ad pristinos dies, & ad hoc probandum subiungit, ad Dominum loquens, ad quem ab illo loco. *Militia est vita hominis super terram.* Videtur direxisse sermonem dicens. *Memento quia ventus est vita mea.* Id est, vento similis. Sicut enim ventus pertransit, & ultra non reuertitur: ita vita hominis cum pertransierit, non redit: & hoc est quod subdit, *Et non reuertetur oculus meus vt videat bona.* Scilicet terrenæ vitæ quam quondam habui & nunc amisi: & sicut cum vita mea præterierit, ego non reuertar vt videam bona terrena, sic nec videbor ab oculo terreno. Vnde sequitur, *Nec aspiciet me visus hominis.* Poni enim hic duo, vt significet quod non reuertetur ad conuersionem humanam, quæ maxime consistit in videre & videri. Nam visus cum sit subtilior sensuum, principatum tenet in vita sensibili. Sed quanuis post mortem ab hominis oculo se dixerit non videndum, confiteretur tamen se videndum esse ab oculo diuino, in hoc quod subdit. *Oculi tui in me.* Scilicet erunt. Deo enim mortui conspicui sunt, qui spiritualia intuetur, quia mortui secundum spiritum viuunt, non secundum carnem, quam homo aspicere potest. Posset autem aliquis ex hoc intelligere, quod oculi Dei ita respiciant mortuum, non secundum statum præsentem, sed secundum quod respicit futura, quasi homo mortuus iterum rediturus sit ad vitam quam dimisit. Et ideo ad hoc excludendum subiungit, & non subsi-



*Nam*, quasi dicat sic dico quod oculi tui in me erunt post mortem, quod tamē ego postmodum merito non subsistam in statu huius vitæ terrenæ, & hoc probat per simile cum subdit, *sicut consumitur nubes & pertransit, sicut qui descendit ad inferos & non ascendet*. Dicuntur autem mortui ad inferos descendere, vel quia secundū animam ante Christi mortē, omnes ad infernū descendebant, vel quia secundum carnē sub terra ponuntur. Quantū enim ad præsens pertinet, nihil differt quomodoque exponatur. Nihil enim aliud vult dicere, nisi quod mortui nō redeunt ad vitam præteritam, & hoc probat in quadā simili probatione sufficienti. Sicut enim philosoph⁹ docet, in secūdo de generatione tā in corporibus corruptibilibus, quam in corporibus incorruptibilibus, quidā circularis motus apparet. Sed hæc est differentia, quia in corporibus cælestibus, secundū circulationem reiteratur idem numero, sicut idem sol numero qui occidit & redit ad ortum: & hoc ideo quia substantia non corrumpitur in tali mutatione, sed solus loc⁹ mutatur. In motu verò generabiliū & corruptibiliū, non redit idem numero, sed idem specie: patet enim quod secundū circularē motū solis, nubium circulatio quædam fit in dispositione aeris. Nam in hyeme sunt nubes, & postmodum in æstate consumuntur. Et iterum redeūte hyeme, redeūt nubes, non tamē eadem numero, sed eadē specie: quia illæ nubes quæ prius fuerūt omnino, disparuerūt: & similiter est in hominibus, non enim iidē homines per generationes redeūt, qui prius fuerunt secundum numerum, sed solum secundū speciem. ¶ Ex quo patet solutio rationis illorum, qui ponebant reditum ad eandē vitam & ad eodē actus. Credebāt enim quod inferiora disponuntur secundum modum corporum cælestiū, vnde cum redierit eadē constellatio post plurima temporum spatia, credebāt quod rediret eadē res numero. Non est autē necesse quod redeant eadē numero, vt dictū est, sed solum similes secundū speciem. Ponebant autē isti quod homo mortuus post certa temporū spatia, nō solum rediret ad vitā, sed etiam ad easdē possessiones & domos, quas prius habebat, & ideo ad hoc excludendū subiungit. *Nec reuertetur vltra ad domū suam*. Ponebat etiā quod eadē

opera acturus erat, quæ prius egit, & eadem officia & dignitates habiturus. Vnde ad hoc etiam excludendū subiungit. *Nec cognoscet eum amplius locus eius*. Et non redibit vltorius ad locū suum, & accipitur hic locus pro statu personæ, illo modo loquendi quo dicere cōsuevimus, iste habet magnū locum in ista ciuitate. Manifestum est autē ex iis quod Iob hic resurrectionem, quam fides asserit, nō negat, sed reditū ad vitam carnalē, vt quidam philosophi etiam posuerunt. Nec hoc etiam contradicit narrationi scripturæ, de hoc quod aliqui sunt resuscitati ad vitam præsentē. Quia aliud est quod miraculose agitur, aliud est quod agitur secundū cursum naturalem, propriè hic loquitur Iob. Considerandū est etiam quia quod supra dixit, *Memēto quia ventus est vita mea*, non ideo dixit, quasi in Deū obliuio cadat, sed loquitur ex hypothesi possessioni aduersariorū. Si enim Deus repromitteret homini, cuius vita iam quasi præterit, bonā in hac vita terrena, videretur quasi oblitus, quia vita hominis ad modum venti sine reditu transit.

## LECTIO III.

**¶** *Propter & ego non parcā ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cū amaritudine animæ meæ. Nūquid mare ego sum, aut cælitus, quia circumdedisti me carcere? Si dixero consolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquens mecum in stratu meo: terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Quāmbrorem elegit suspēndium anima meā, & mortem ossa meā. Desperavi: nequaquam vltra iam viuam.*

**¶** Postquā ostendit Iob consolationē Eliphaz promittens prosperitatem terrenā fuisse incongruā, per rationes ostensas suas nunc idem ostendit, deducēdo ad inconueniens, quia si illi consolationi inniteretur, quæ ex spe terrenæ prosperitatis sibi aliquādo secundū Eliphaz danda erat, cum ista spes friuola sit & vana (vt ostensum est) sequebatur quod oporteret eum adhuc in tristitia remanere, & doloris verba proferre, & penitus desperare, & ideo quasi contra populum disputans concludit. *Quapropter*. Scilicet vanū est expectare prosperitatem terrenā, vt ostēsum est, & aliunde non habetis vnde me consolē, & ego quasi consolatione





destiturus, *Non parcam ori meo*. Quin loquar verba lamētationis prout mens suggerit, & hoc est quod subdit. *Loquar in tribulatione spiritus mei*. Scilicet secundum quod tribulatio, quam patior, spiritum meum impellit ad loquendum, nec solū aderat ei tribulatio exterior, sed tristitia interior, exinde cōcepta, & ideo subdit. *Confabulabor cum amaritudine animæ meæ*. Id est, in amaritudine quasi fabulosa verba loquar secundum quod amaritudo animæ meæ mihi manifestabit. Inter cætera autem quæ homines amaritati confabulari solent, præcipuè solent inquirere de causis suæ amaritudinis: quia vix est aliquis amaricatus, quando videatur sibi plus iusto afflictus esse, & ideo Iob gerens personam hominis amaricati, infert de causa suæ afflictionis, dicens: *Nunquid mare sum ego, aut cetus, quia circumdedit me carcere*. Vbi notandum est, quia aliter providentia diuina operatur circa creaturas rationales, & aliter circa irracionales. In creaturis enim rationalibus, inuenitur meritum & demeritum propter liberum arbitrium: & propter hoc debentur eis pœnæ & præmia. Creaturis verò irrationalibus, cū non habeant liberum arbitrium, nec merentur, nec demerentur pœnas aut præmia, sed operatur Deus circa eas ad eorum ampliacionem vel restrictionem, secundum quod competit ad bonum vniuersi. Ex qua quidem promissione seu ratione, contingit quod Deus mare coerced, ne totam terræ superficiem occupet, vt sit locus animalibus ex terra nascentibus. Sic etiam cete infra mare oceanum coerced, ne si in alia maria deduceretur aliquibus posset esse etiam nocumētū, & ideo inquit Iob vtrum similis causa sit suæ afflictionis causæ propter quā coarctatur mare aut cetus: vt scilicet afflictus sit, non propter aliquod suum detrimentum, sed propter aliquam vtilitatē exinde aliis prouenientem. Dicit autem se carcere circumdatum, eo quod ita oppressus erat tribulatione, quod ex nulla parte patebat sibi, vel liberatio, vel consolatio, & ideo consequenter ostendit se priuatum esse illis remediis, quibus afflictus solēt consolari: quorum vnum est somnus. Nam propter somnum tristitia mitigatur: & hoc notatur cum dicit. *Si dixero consolabitur me lectulus meus*. Scilicet tempore dormitionis.

Aliud remedium est cum homines sapientes per deliberationem rationis seipso consolatū, & hoc remedium tangit cum dicit. *Reuelabor*. Scilicet ab oppositione tristitiæ. *Loquens mecum*. Per deliberationem rationis. *In stratu meo*. Homines enim sapientes quando solitarii sunt, & à tumultibus hominum & negotiorum semoti, tunc magis secum loqui possunt secundum rationem aliquid cogitando: sed ista remedia eum iuuare non poterant, quia tempore quo iis remediis vti debeat, aderant sibi alia impedimenta, quibus turbabatur, scilicet somnia terribilia & visiones horribiles, & hoc est quod subdit. *Terrebis me per somnia*. Quæ scilicet dormienti apparent. *Et per visiones*. Quæ scilicet apparent vigilantibus ab vsu exteriorum sensuum alienato. *Horrore concuties*. Solent enim nocturna phantasmata conformia esse diurnis cogitationibus. Vnde quia Iob in die mœrores cogitabat, similibus phantasmatibus perturbabatur in nocte. Infirmas etiam corporis ad hoc operatur, vt perturbata phantasmata dormientibus appareant, sic ergo vndique cōsolatione exclusa, nullus modus mihi remanet tot angustias euadendi, nisi per mortē, & ideo præelegi mortem quantuncunque abiectam, vt vitem tantam miseriam, & hoc est quod dicit. *Quamobrem elegit suspendium anima mea*. Et ne putaretur hæc electio ex aliqua infirma cogitatione prouenire, aliis fortibus cogitationibus repugnantibus, subiungit nil esse in se tam forte quod mortem nō desideret, & hoc est quod dicit. *Et mortem ossa mea*. Solet enim per ossa in scriptura id quod est in homine robustius designari, & quare hoc eligat ostendit, cum subdit: *Desperavi*. Id est, à spe quam mihi dedisti, vt iterum fruar prosperitate terrena: & quare desperauerat ostendit subdens: *Nequaquam ultra iam viam*. In quo duo possumus intelligi quæ supra posuerat, scilicet quod maius tempus vitæ suæ iam præterierat, & quod non erat reditus post mortem ad eandem vitam, vt scilicet viueret super terram. Hoc ergo inconueniens inferebat ipse Iob ex consolatione Eliphaz quod scilicet desperatus mortem eligeret, & non haberet vnde tristitiam reprimeret.



D. THOMAS

**R**

*Arce mihi domine, nihil enī sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum. Vistas eum diluculo, & subito probas illum. V'squequo non parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam salinam meam. Peccaui.*

*Quid faciam tibi o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipſi grauis. Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatē meam. Ecce nunc in puluere dormio, & si mane me quaſieris, non subsistam.*

¶ Postquam ostēdit Iob quōd consolatio Eliphaz ex promissione fœlicitatis terrenæ, inducebat eum ad desperationem & desiderium mortis, ostendit quid sibi sperandum relinqueretur à Deo, vt scilicet tribulatio illata cesseret, & hoc est quod dicit. *Parce mihi domine.* Quasi dicat à spe prosperitatis terrenæ decidi, hoc mihi sufficit vt parcas, id est, flagellare desistas, & quia ad parcendum inducere solet paruitas & miseria hominis, & subiungit. *Nihil enim sunt dies mei.* Quod videtur referri ad hominis paruitatē, & ad vitam breuitatem, & communiter quantum ad omnes, & specialiter quantum ad seipsum, cuius dies iam præterierant. Vtrunq; autem connaturaliter prosequitur, & primo de paruitate dicens. *Quid est homo.* Id est, quam paruum quidem & infirmum secundū corpus. *Quia magnificas eum.* Honore gradū inter cæteras creaturas. *Aut quid apponis erga eum cor tuum.* Eum scilicet spirituali cura custodiēdo & protegēdo. Vbi considerandum est, quōd licet omnia sub sint diuinæ providentiæ: omnia tamē secundum statum suum ordine prosequenti à Deo aliter & aliter disponuntur. Cum enim omnia particularia bona, quæ sunt in vniuerso, ordinari videantur ad commune bonum vniuersi: sicut pars ad totū, & imperfectum ad perfectum: eo modo aliqua disponuntur secundum diuinam providentiam, secundum quōd habent ordinem ad vniuersum.

¶ Sciendum est autem quōd secundum modum, qui aliqua participant perpetuitatem, essentialiter ad perfectionem vniuersi spectant: secundum autem quōd à perpetuitate deficiunt, accidentaliter pertinent ad perfectionem vniuersi, & non per se: & ideo secundum quōd aliqua perpetua sunt

*De ordine  
providentiæ  
pulchrasen  
sentia.*

IN LIB. IOB.

propter se, disponuntur à Deo, secundum autem quōd corruptibilia sunt, propter aliud. Quæ ergo perpetua sunt, & specie & indiuiduo propter se gubernantur à Deo. Quæ autem sunt corruptibilia indiuiduo perpetua specie tantum, secundum speciem quidem propter se dispensantur à Deo: secundum autem indiuiduum propter speciem tantum: sicut bonum & malū, quōd accidit in brutis animalibus: vt pote quod hæc ovis occiditur à lupo: vel aliquid aliud huiusmodi, non dispēsatur à Deo propter aliquod meritum vel demeritum huius lupi, vel huius ovis. Sed propter bonum specierum, quia diuinitus vnicuique speciei ordinatus est proprius cibus: & hoc est quod dicit. *Aut quid apponis erga eum cor tuū.* Dum scilicet ei provides propter eius bonum non apponit autem in brutis erga singularia cor suum: sed erga bonum speciei, quōd potest esse perpetuū. Quomodo autem apponat erga eum cor suum, ostendit cum subdit. *Vistas eum diluculo.* Id est, à principio natiuitatis tuae providentia administrans ei quæ sunt necessaria ad vitam & magnificationem, tam corporalem quam spiritualem. *Et subito probas illum.* Per aduersa, in quibus apparet qualiter se habeat ad virtutem, quia sic habetur. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Dicitur autem Deus hominem probare, nō vt ipse addisecat qualis est homo, sed vt alium cognoscere faciat, & vt ipsemet ipsum cognoscat. Hæc autem verba non sunt intelligenda tanquam improbatū diuinam circa homines sollicitudinē, sed tanquam inquirentis & admirantis. Id enim quod de homine videtur exterius paruum quidem est & fragile & caducum Vnde mirum videtur quōd Deus tantam sollicitudinē habeat de homine, nisi aliquid luceret in eo quod esset perpetuitatis capax: & per hanc inquisitionem & admirationem sententiā Eliphaz excluditur, quia si nō esset alia vita hominis, nisi quæ est super terram: non videretur condignus homo tanta Dei sollicitudine circa ipsum. Ipsa ergo sollicitudo, quā Deus specialiter habet de homine, demonstrat aliam esse vitam hominis post corporis mortem.

¶ Deinde aliam rationem subiungit: vt sibi parcat: sumpta ex humilitate vitæ eam sub interrogatione propo-

*Eccl. 27.*

mens, cum dicit. *Vsquequo non parcis mihi.* Quasi dicat tempus hominis breue est & temporis vitæ meæ maior pars transit, quis ergo terminus expectatur, vt mihi parcas, si modo non parcis vt saltem aliquod breue spatium habeam in quo quiescā, quod significat in hoc quod subdit: *Nec dimittis me vt glutiam saliuam meam.* Homines enim dū verba proferunt saliuā glutire nō possunt, necessarium est ergo in loquendo aliqua modicā pausam fieri, vt saliuā vel expuat, vel glutiat. Cui quidē horulę residuū tempus vitæ suæ comparat: ac si dicat: si parcere differas, non remanebit mihi à laboribus aliqua quies: saltem illi pausæ similis, qua loquētes saliuā glutunt, & hoc etiam nō procedit ex suppositione sententiæ Eliphaz: quia si non sit vita alia hominis nisi quæ est hominis super terram: non restat quando deus parcat, si in hac vita non parcat.

5. ¶ Posslet autem aliquis dicere: iob indignum esse vt sibi parcatur à Deo: quia peccata sua merētur eum vltius affligi secundū sententiam Eliphaz qui eum propter peccata flagellari putabat: & ideo subdit. *Peccaui.* Quasi dicat esto quod peccaui, & propter hoc merear flagellari: adhuc remanet ratio quare mihi parcere debeas, & subiungit adhuc tres rationes, quare parcere deus debeat, sumptas ex hominis infirmitate.

¶ Quarum prima sumitur ex impotentia satisfaciendi: homo enim nihil condignum facere potest, propriis virtutibus, ad recompensandum offensam quā contra deum commisit: & hoc est quod dicit. *Quid faciam tibi o custos humanum.* Quasi dicat si tātam sollicitudinem de hominibus habear, quasi custos eorum vt de singulis eorum actibus rationem requiras, non suppetunt meæ vires ad faciendum aliquod propter quod peccata remittas, vnde si hoc expectatur, nunquam mihi parceres: & ideo hoc non obstante mihi parcere debes.

6. ¶ Secunda ratio sumitur ex impotentia perseuerandi: homo enim post corruptionem humanæ naturæ perseuerare non potest sine gratia dei. Vnde in sacra scriptura consuetum est dici quod Deus aliquando indurat vel exacerat, ex hoc quod gratiam non largitur, per quam emolliatur & vi-

deat, secundum ergo hunc modum & hic loquitur dicens: *Quare posuisti me contrarium tibi.* i. quare mihi gratiam non dedisti: per quam in hoc perseuerarem vt mihi contrarius non esses per peccatum. Quieunque enim peccat, quātum in se est, deo contrarius est: dum scilicet diuinis mandatis repugnat: siue quæ sunt in lege scripta tradita: siue naturaliter indita hominis reitioni.

¶ Sciendum est autem quod ratio fortior est inter omnes animæ virtutes: cuius signum est quod aliis imperat, & eis vtitur ad suum finem. Contingit tamen quod ratio interdum ad modicum absorbetur per concupiscentiam, vel irā, aut alias inferiores vires, & si peccat, non tamen inferiores vires sic possent rationem ligatam tenere, quin semper redeat ad suam naturam, qua in spiritalia homo tendit, sicut in proprium finē. Sic ergo pugna quædam fit etiam hominis ad seipsum dum sinderelis remurmurat rationi propter hoc quod per concupiscentiam vel iram absorpta peccauit, ex quo ex peccato præterito inferioribus viribus est addita pronitas, & ideo ad similes actus propter cōsuetudinem ratio non potest libere vti inferioribus viribus, vt eas scilicet ad superiora bona ordinet, & ab inferioribus retrahat, & sic homo dum fit contrarius deo per peccatum, fit etiam sibi metipso grauis, & hoc est quod subdit. *Et factus sum mihi metipso grauis.* In quo apparet quod peccatū statim suam pœnam habet, & sic post hanc pœnam facilius videtur homini esse parcendum.

¶ Tertia ratio sumitur ex impotentia hominis, ad purgandum peccatum, homo enim per seipsum in peccatum labitur, sed solius Dei est peccatum remittere, & ideo querit Iob si pœna mea cessare non debet, quādiu peccatum manet, & tu solus peccatum auferre potes. *Cur non tollis peccatum meum.* Quod in te Deum, vel in meipsum commisi, & adhuc subditur. *Et quare non auferis iniquitatem meam.* Si qua est contra proximum permessa.

¶ Considerandum est autem quod huiusmodi quæstiones Iob, non facit quasi temerarius diuinorum iudiciorum inquisitor, sed ad sclicitatem destruendam, quam aduersarij asserere nitebantur scilicet quod in hac vita tantum esset



expectanda à Deo bona vel mala pro factis humanis, quo quidem posito, tota ratio diuinorum iudiciorum turbatur: quibus homines in hac vita punit propter peccata, vel peccata remittit, secundum quod eos præordinat ad vitam futuram, vel prædestinando, vel reprobando. Si autem non esset vita futura, sed tantum præsens, non esset ratio quare Deus differret parcere iis quibus parcere intendit, ante eos iustificare & remunerare, & ideo Iob vt suam intentionem

aperiat, subdit: *Ecce nunc in puluere dormio*: Quia iam in promptu est finis vitæ meæ, cum moriar resoluendus in puluere, & propter incertitudinē mortis tempus vitæ non potest expectari. Finitur etiam dies crastinus, & ideo subdit. *Et si mane me quis fueris non subsistam*. Quasi dicat non possum repromittere mihi tempus vitæ vsque in mane, nec dum longa vitæ spatia, in quibus expectare possumus, quod mihi parcas si alia vita non erit.

¶ Considerandum est autem quod Iob procedit more disputationis, cui à principio sufficit falsam opinionem repellere, & postmodum aperit quicquid ipse de veritate sentiat.

¶ Notandum est etiam quod Iob in verbis præmissis tres rationes tetigit, quare aliquis in hac vita flagellatur à Deo. Prima est vt cohibeatur eius malitia, ne aliis possit noerere: & hanc rationem tetigit cum dixit. *Nunquid mare sum ego aut cæcis quia circumdediti me carcere.*

¶ Secunda est vt habeatur hominis experientia, vt scilicet virtus eius manifestetur, & hanc tetigit cum dixit. *Visitas eum diluculo, & subito probas illum.*

¶ Tertia est peccatorum in poenam, & hanc tetigit cum dixit. *Peccatus quid faciam tibi o custos hominum.*

CAPITVLVM VIII.  
LECTIO I.

**R**espondens autem Baldath suites dixit. *Vsquequo loqueris talia & spiritus multiplex sermonis oris tui? Nunquid Deus supplantat iudicium, aut omnipotens subuertit quod iustum est? Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ, tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus. Si mundus & re: tus incesseris,*

Quibus de causis flagellat Deus homines in hac vita.

statim enigilabit ad te: & peccatū reddet habitaculum iustitiæ. 7  
*tue, intantum vt si priora tua fuerint parua, & nonissima tua multiplicentur nimis.*

¶ In superioribus beatus Iob dicitur Eliphaz respōdit, eius sententiam efficaciter & profunde euacuando, sed Baldath suites in eandem sententiam cum Eliphaz cōcordans, profunditatem beati Iob non comprehenderat, & ideo cōtra responsionē beati Iob loquitur, sicut solēt homines loqui contra sententias non intellectas. Homines autē non comprehendentes mentes loquentiū, in duobus deficere solent, quorum vnum est, quia nesciunt quando ille qui loquitur, ad finem propositi peruenerit. Aliud est quod ordinationē sermonum loquentis capere non possunt, & hoc in verbis Baldath suites manifestē apparet, dicitur enim. *Respondens autē Baldath suites dixit. Vsquequo loqueris talia.* Videbatur enim ei quod nimis protraxisset sermonē, non considerās, nec intelligens ad quem finem Iob suum sermonē producere volebat. Similiter etiam ordinationē eorum, qua Iob dixerat, qualiter scilicet adinuicem compacta erant nō capiebat, & ideo subiungit. *Et spiritus multiplex sermonis oris tui.* Reputabat enim, quia Iob multa protulerat, quorū ordinem ipse nō capiebat, quod essent verba dissuta, & quasi hominis sine ratione, ex impetu spiritus varia loqueris absque ordine rationis, quia vt dictum est, Baldath intentionē Iob non comprehenderat, eius verba in alia intentione accipiens, ad incōueniens deducere conatur. Volēs enim Iob superioribus excludere sententiā Eliphaz ponentis, quod aduersitates in hoc mundo pro peccatis hominum contingebant, & quod peccatores flagellati à Deo si conuertantur, ad statum prosperitatis reducentur: contrariumq; locutus fuerat. Nam contra primū, vt supra expositum est, dixerat: *Vtinā appenderentur peccata mea.* Contra secundū dixerat. *Desperavi nequaquā vltra iam vitam.* Et multa huiusmodi ex superioribus patēt. Hoc autem dicebat Iob intendens quod poenę peccatorum, & iustitiæ præmiū non sunt expectanda à Deo in hac vita. Baldath autē qui aliā vitā nesciebat, sic accepit hæc verba, ac si Iob intēderet dicere, quod Deus peccata non punit, nec benefacta remunerat, quod videtur esse



diuinæ iustitiæ contrarium, & ideo Baldath proponit dicens. *Nunquid Deus plantat iudicium, & omnipotens subuertit quod iustum est.* Quasi dicat hoc sequitur ex tuis verbis si homines in hoc mundo absq; peccato punit, aut vltra mensuram peccati, vel si ad se reuerfis bona non reddit.

¶ Et notandum est quòd iustitia dupliciter corrumpitur, scilicet per astutiam alicuius sapientis, & per violentiã alicuius sapientis, & per violentiam alicuius potentis. In Deo autem vtrunque est, & perfecta sapientia, & omnipotentiã. Nec tamen per sapientiam quæ nomine Dei intelligitur, quasi astute agens, supplantat iudiciũ, nec per omnipotentiã quasi violẽter subuertit, quod iustum est. Duo autem erant quæ videbãtur impedire Iob, ne pristina prosperitas ei restitui posset, etiam si cõuerteretur ad Deum vt Eliphaz dixerat, quorum vnum erat, quia filij quos amiserat, mortui erant, nec expectari poterant quòd resuscitaretur per suam conuersionem ad vitam, & ideo Baldath dicit. *Etiã si filij tui peccauerũt ei & dimisit eos in manu iniquitatis suæ.* Quasi dicat cum tu conuersus fueris ad Deũ illa recuperabis, quæ pro peccatis tuis amisisti. Filij autẽ tui morte oppressi sunt non propter peccata tua, sed propter peccata eorum. Vnde non est contra sententiam Eliphaz quæ dixerat, quòd per conuersionem redibis ad prosperitatem, si filij tui te conuerso, non resuscitentur.

¶ Et notandum est quòd quia iste Baldath pœnas presentis vitæ pro peccatis accidere credebat, vltima autem pœnarum præsentium est mors, tunc homo videtur perfecte pro peccato punitus, quãdo vsque ad mortem perducitur, & ideo subiungit & dicit. *Et dimisit eos in manu iniquitatis suæ.* Quasi in potestate peccatorum suorum & absque aliquo retinaculo vsque ad vltimam pœnam pro peccatis.

5. Aliud autem est quòd reditum ad pristinam prosperitatem impedire videbatur, quòd plurimum tempus vitæ Iob iam transferat, & paruũ restabat, vt ipse supra dixerat, vnde non videbatur quod in illo modico tempore sufficiens sibi pristina prosperitas posset restitui, etiam si conuerteretur ad Deum. & ideo Baldath ei promittit possessionum recompensationem fiendam ad tempus, vt scilicet

multo maiora bona obtineat, quã prius habuit, per hoc quod modico tempore esset habiturus. & ideo Baldath primo deseribit ei modum debitæ conuersionis, ad quem tria requiruntur. Quorum primum est, vt peccator celeriter surgat: & hoc est quod dicit. *tu tamen si diluculo.* id est tempestiue. *cum surrexeris ad Deum.* relictis peccatis secundum illud. Ne tardes conuerti ad dominum. Secundũ est, vt homo pro peccatis satisfaciãt, & quantum ad hoc dicit: *omnipotentem fueris depracatus.* Inter satisfactionũ enim opera, quasi præcipuum videtur esse oratio. Tertium est vt homo perseueret, cauens sibi à residuo peccati. & ideo dicitur. *Si mundus & rebus incesseris.* scilicet cauens tibi ab immũditis carnis, & ab iniustitiis quibus leditur proximus. Sic autẽ perfecta cõuersione descripta, subiũgit promissionem prosperitatis, dicens: *statim euigilabit ad te Deus.* etenim quasi dormire videtur, cum iustos affligi permittit. Euigilat autem quando eos defendit secundum illud. Exurge quare obdormis domine, & effectum huius euigilationis subiungit, dicens: *peccatum reddet habitaculũ iustitiæ tuæ.* Q. d. domus & familia tua tempore peccati tui. cum erat reprobã, fuit perturbata: & tempore iustitiæ tuæ pacem habebit, & ne posset conqueri de temporis breuitate, repromittit excessum prosperitatis, dicens: *Intantum vt si priora tua fuerunt parua.* scilicet comparatione sequentium: & hoc est quod subdit. *et nouissima tua multiplicentur nimis.* ita quod magnitudo prosperitatis recompenset tibi tempus, quo in aduersitate fuisti.

Eccles. 5.

6.

Psal. 43. d

7.

LECTIO II.

**I**nterroga enim generationem pristinam & diligenter inuestiga patrum memoriam. Externi quippe sumus, & ignoramus, quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram, ipsi docebũt te. Loquentur tibi & de corde suo proferẽt eloquia. Nunquid virere potest scirpus absque humore, aut crescere cæcũ sine aqua. Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arefcit, sic via omnium qui obliuiscuntur Deum. & spes hypocrita peribit. Non ei placebit recordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. Innitetur super domum suam, &

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9. non stabit, fulciet eam, & non consurget. Humectus videtur an-  
 10. tequam veniat sol: & in ortu suo germen eius egreditur. Super  
 11. acervum petrarū radices eius, desabuntur, & inter lapides con-  
 12. morabitur. Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eū, & dicet:  
 13. Non novi te. Hęc est enim letitia via eius, & rursum de ter-  
 14. ra alij germinentur. Deus non proiciet simplicem, nec porri-  
 15. get manum malignis: donec impleatur risu os tuum & labia tua  
 16. subilo. Qui oderunt te, induentur confusione, & tabernaculum  
 impiorum non subsistet.

1. ¶ Baldath fuites in præcedentibus eandem sententiam  
 quàm Eliphaz themanites defendens, posuerat homines  
 pro peccato in præsentī vita diuinitus punitos, post con-  
 uersionem ad prosperitatis status redituros, quod quidē  
 placitum probare intendit dupliciter. primò quidem ex-  
 perimento. secundò ex similitudine. Experimentum enim  
 in rebus particularibus maximè efficax est ad probandum:  
 & tantò magis, quanto diutius est obseruatum, & infalli-  
 biliter inuentum. Ea autem quę diurnitatem temporis  
 requirunt, per antiquorum memorias maximè probantur:  
 & ideo ad propositi probationem recurrit ad antiquorū  
 memorias, quantum ad antiquos, cum dicit. *Interroga enim  
 generationem pristinā, & quantum ad immediatē præceden-  
 tes cum dicit. & diligenter inuestiga patrum memoriam.* id  
 est ea quę patres tui in memoriam habent. Interrogatio  
 autem generationis pristinę, est considerare antiquorum  
 gestorum scripta, & ea quę de antiquis per famam ferun-  
 tur. Et quia de rebus antiquis multa fabulose scribuntur  
 & narrantur, ne ex hoc aliquis se falli reputet, remittit ad  
 patres: quia narrare possunt ea que viderunt. necessitatem  
 autem huius inuestigationis ostendit, subdens: *Hęsterni  
 quippe sumus.* quasi heri nati & ignorauimus. scilicet hęc  
 antiqua. Et hoc quidem dicitur ad ostendendam vitę no-  
 strę breuitatē. vnde subdit: *quoniam sicut umbra dies nostri  
 super terram.* umbra enim cito transit: statim scilicet dum  
 remouetur obstaculum lucis: & dum corpus mouetur ad  
 eius obiectionem, fit umbra: prior umbra transit, & alia  
 succedit, sic etiam dies hominis sunt in continuo transitu,  
 dum alij aliis succedunt. quid autem ex præcedenti inue-

stigatione vtilitatis subsequatur, ostēdit: subdens *ipssi enim  
 pristini.* scilicet patres interrogati *docebunt te.* scilicet veri-  
 tatē super præmissis, vel verbis patrū vel scriptis & forma  
 antiquorū. & de corde suo proferentur eloquia. quod subdit  
 ad ostendendam veritatem huius doctrinę. quasi dicat nō  
 aliud docebunt quàm quod corde senserunt, quia nulla  
 inest causa eis decipiendi. Deinde inducit similitudinem  
 ad propositi probationem, ex rebus corporalibus sumptā.  
 & ponit exemplū de duobus ex terra nascentibus, quorū  
 vnum ad sui conseruationē exigit humorē in terra, scilicet  
 scirpus, id est iuncus. vnde dicitur. *Nunquid potest scirpus  
 absq; humore viuere.* aliud autē requirit loca aquosa, & sunt  
 herbę late & in summitate acutę, quę non crescunt nisi in  
 locis aquosis. Vnde subdit, *aut crescere carectum sine aqua.*  
 diciturenim carectum locus in quo huiusmodi herbę cre-  
 scunt: & quod scirpus humorem requirit & carectū aquā,  
 ostendit quia per solam subtractionem humoris aut aquę  
 faciliter deficiatur: nulla alia causa deficcationis existēte.

¶ Est autem duplex causa in aliis ex terra nascentibus de-  
 ficcationis. vna est naturalis, quę est propter antiquitatem.  
 altera autem est violenta, quę est quando euellitur, vtrq;  
 autem causa cessante, scirpus & carectum arescunt ex sola  
 subtractione humoris & aquę: & hoc est quod subdit. *cum  
 adhuc sit in flore.* id est cum adhuc sit in sua virtute & suo  
 vigore: per quod excluditur temporis antiquitas. *nec occu-  
 patur manu,* per quod excluditur violentia. *ante omnes her-  
 bas arescit.* id est præ omnibus aliis herbis facilius.

¶ Hoc autem aptat ad propositum, vbi considerandū est  
 quod iste Baldath adhæsiōnē hominis ad Deum hoc mo-  
 do intellexit esse causam prosperitatis mundanę, sicut hu-  
 mor est causa viriditatis herbę: & hoc ideo, quia bonum  
 hominis existimabat esse prosperitatem terrenam, bonū  
 autem hominis manifestū est esse ex hoc quod homo Deo  
 inhæret: & ideo credidit quod ex quo Deo non inhæret,  
 eius prosperitas terrena deficiat. & quidem verum est de  
 fœlicitate spirituali, quę est verum hominis bonum: non  
 autem prosperitate terrena, quę inter minima bona com-  
 putatur, vtpote organice deseruientia ad veram hominis



felicitatem: & ideo subdit. *Sic via omnium qui obliuiscuntur Deum & spes hypocritæ peribit.* Vbi considerandum est quòd duobus suprapositis, duo hic correspondentia subdit: carectum enim manifestam aquam requirit ad sui viriditatem, & per eius subtractionem arefcit. Scirpus autè requirit aquam in terra occultatam, & per eius defectum siccatur. sic & aliqui sunt qui secundum eius sententiam pereunt, per hoc quòd eis subtrahitur in manifesto adhæfio ad Deum, scilicet quia opera manifestè agunt Deo cõtraria: quos significat per eos qui obliuiscuntur Deum, qui enim manifestè mala agunt, nec formidantur, omnino Dei reuerentiam postponere vidètur, vt etiam eum in memoria non habeant. Aliqui autem sunt qui secundum eius sententiam pereunt, propter subtractionem occultæ adhæfionis ad Deum, & ij sunt hypocritæ qui exterius prætentunt, ac si Deo inhærèat, sed cor eorum est ad terrena: & ideo de hypocrita loquens nominauit spem: sed de obliuiscensibus Deum, nominauit vias, id est operationes, quia eorum opera sunt aduersa Deo. Quomodo autè spes hypocritæ pereat ostendit, cum subdit: *non ei placebit recordia sua.* Vbi considerandum est quòd hypocrita habet cor vatum, quòd est negligèns ad spiritualia, ad temporalia, vero sollicitum, ex hoc quidem ei placet quandiu in temporalibus ei succedit, secundum quòd sperat, si autem ei temporalia subtrahantur: tunc necesse est quòd ei displicet, quia circa Deum cor verum & firmum non habuit, dicit ergo. *Non ei placebit recordia sua.* Id est aduersitate veniente, displicebit ei quòd ad Deum cor rectum non habuit, & sollicitudo eius, quam circa temporalia habuit, omnino deficiet & hoc est quòd subdit: *sicut tela araneorum fiducia eius.* i. ea in quibus confidebat de facili frangentur, sicut araneorum tela, cõfidebat enim nõ in diuino auxilio, sed in fortitudine domus suæ. i. in abudantia diuitiarum, multitudine consanguineorum, & aliis huiusmodi, sed hæc eum de facili deficiet, vnde sequitur. *innitetur super domum suam.* i. fiduciã habebit stabilitatis in prosperitate domus suæ: & tamè nõ stabit quia cum defecerit ei diuinũ auxiliũ, ruet. Contingit autè quòd aliquis in futurum aduersa prospiciens, aliqua admi-

adminicula sibi & domui suæ contra aduersa parat: sed & hoc ei non valebit. ideo sequitur enim *fulciet eam*, aliquibus, scilicet remediis contra aduersa: sicut domui quæ minatur ruinam, fulcimenta aliqua adhibentur, & tamen nõ confurget vel ipse, vel domus sua ad prosperitatis statum. Ad hanc autem sententiam, quàm de fragilitate fiducia dixerat, præmissam similitudinem de scirpo adaptat. Ex dnoibus enim de scirpo fiducia haberi videtur. Primò quidem ex propria virtute, quæ tamen adueniente sole & deficiente terræ humore, cito deficit: & quantum ad hoc dicit: *Humectus videtur.* scilicet scirpus, *antequam veniat sol.* qui eius viriditate tollat & *motu suo germen eius egredietur.* quia enim crescere & proprium fructum facere videtur, & similiter hypocritæ accidit, quia à principio sibi fortuna proficere videtur, sed veniente sole, id est tribulatione, cito prosperitas eius deficit.

¶ Secundo potest haberi fiducia de scirpo ex aliis, scilicet vel ex multitudine aliorum scirporum ei coherentium, vel ex soliditate loci in quo crescit, dum nascitur in loco lapidoso: & ideo consequenter dicit: *super acervum petrarum radices eius.* scilicet scirpi, *densabuntur.* in quantum simul coniunguntur multorum scirporum radices: quòd dicit quantum ad primum. Quantum ad secundum dicit: *inter lapides commorabitur.* ita aliquis hypocrita potest habere fiduciam de sua stabilitate, non solũ propter stabilitatẽ propriam, sed etiam propter multitudinẽ consanguineorum & domesticorum, aut etiam propter fortitudinem regni aut ciuitatis in qua habitat. Sed hæc fiducia eius deficit ei, sicut & circa scirpum accidit. Sequitur enim: *Si absorberit eum.* scilicet scirpum aliquis de loco suo, *locus eius negabit eum & dicit non noui te.* Quasi dicat ita scirpus de loco suo euellit: quòd nec vestigium eius in loco apparet: nec locus eius. Quandoque autem aliquis operatur ad hoc, quòd ille idem scirpus iterũ renascatur, & tamen subiungit dicens. *Hæc est enim letitia via eius vt rursum de terra alij germinentur.* Quasi dicat processus & vita scirporum in aliquo loco commorantium, non ad hoc naturali appetitu tendit, nec per hoc conseruatur, quòd idem numero



Scirp<sup>o</sup> qui erectus est, renascatur, sed ad hoc quod alij eiusdem speciei renascantur. Ita etiã est cum aliquis per mortem aut alio modo ab aliqua fortium societate separatur, statim quasi obliuioni traditur, secundum illud. Obliuioni datus sum tanquã mortuus à corde, sed huius societas gaudet in iis quæ ei succedunt secundum illud. Alius natus in regno inopia consumatur. Hæc autem ad hoc introducta sunt, vt ostendat quod si aliqua prosperitas interdum malis eueniat, non tamen est firma, de qua confidere possint, sed cito transit, vnde pro nihilo reputada est. Ex omnibus autem supradictis ostendit consequenter quod intēdit dicens, *Deus non proiciet simplicem*. Id est à se eum non elongabit, vt non sustentet, qui simplici corde ei adheret, *Nec porriget manum malignis*. Id est, non dabit eis auxilium, vt eorum prosperitas confirmetur. Et quia posset dicere Iob, quicquid tu dicis & similitudinibus confirmare velis, tamē ego contrariū in me sum expertus, qui cum simplex essem, aduersitatem patior, & maligni aduersarii mei contra me præualuerunt, ideo ad hoc excludendum subiungit. *Donec impleatur risus tuus, & labia tua iubilo*. Quasi dicat hoc quod dixi intantum verum est, quod in te sentieris, si tamē fueris simplex ita scilicet quod prosperitas quæ subsequetur lætitiã tuã prorumpet in risum & iubilum, quæ solent ex magnitudine gaudij prouenire, & e contrario, qui oderunt te induentur confusione. Id est, manifeste ac multipliciter confundentur, vt sic sit eis confusio quasi vestimentum. Et ne hoc aliter videatur impossibile propter prosperitatem præsentem, qua videntur florere subiungit, *Et tabernaculum impiorum non subsistet*, Per tabernaculum enim in quo plurimi orientalium habitare consueuerunt, ibi suas diuitias supellestiles habentes, potest intelligi omne illud quod pertinet ad prosperitatem vite præsentis.

¶ Considerandum est autem quod ideo Baldath de hypocrita & simplici facit mentionem: quia existimabat Iob nõ vere sanctum, sed hypocritã fuisse: & quod propterea prosperitas eius firma non fuit, sed si simplex esse inceptit, promittit ei prosperitatem affuturam.

## CAPITVLVM. IX.

## LECTIO I.



Respondens Iob ait, Vere scio quod ita sit: & quod non iustificetur homo comparatus Deo. Si voluerit contendere cum eo, poterit respondere ei vnum pro mille. Sapiens corde est, & fortis robore. Quis restitit ei & pacem habuit? Qui transtulit montes, & nescierunt eis quos subuertit in furore suo. Qui commouet terram de loco suo, & columna eius concutuntur. Qui precipit soli & nõ oritur & stellis claudit quasi sub signaculo.

¶ Beatus Iob in superiori responsione, qua verbis Eliphaz responderat, vnum prætermisisse videbatur, quod Eliphaz de Dei iustitia proposuerat, cū dixerat, Nunquid homo comparatione Dei iustificabitur. Quinimmo quadam quasi comparatione vel disputatione visus est ad Deum loqui cū dixit. Nunquid mare sum ego aut cæcus &c. Et iterũ. Vsq̃quo non parcis mihi &c. Quod Baldath suites replicans contra responsionem beati Iob, à defensione diuinæ iustitiæ incepit dicens. Nunquid Deus supplantat iudicium &c. Et in hoc vnde suum sermonẽ terminauit cū dixit. Deus non proiciet simplicem &c. Et ideo beatus Iob in hac responsione primo ostendit se diuinæ iustitiæ contradicere nolle, nec contra Deum velle contendere, vt illi suspicabantur: & hoc est quod dicitur. Respondens Iob ait, vere scio quod ita sit. Quod Deus non supplantat iudicium: & quod non proiciet simplicem, vt Baldath proposuit. Et scio quod non iustificetur homo comparatus Deo. Id est comparatus ei, & hoc dicit respondens ei quod supra Eliphaz dixerat. Nunquid homo comparatione Dei iustificabitur. Et vnde hoc sciat consequenter ostendit ex quodã signo, cum enim aliquis cõparatione alterius iust<sup>o</sup> est, libere & secure potest cū eo cõcedere quia per mutuã disceptationẽ iustitia & veritas manifestatur. Nulli autẽ homini licitũ est cū Deo contendere: & ideo subdit. Si voluerit cõtendere cū eo. Scilicet homo cū deo. Non poterit respondere ei. Scilicet homo deo vnũ pro mille. ¶ Sciendũ quidem est quod maior numerus, qui apud nos proprium nomen habeat, est millenarius. Nam apud nos maiores numeri per replicationem inferiorum minorum



nominantur: vt puta decem millia, centum millia, & hoc rationabiliter accidit. Nam secundum quosdam antiquos, species numerorum vsque ad decem protenduntur, postmodum enim priores numeri repetuntur quidem secundum nominationem maiorem, quicquid sit secundum rei veritatem, cubus autem ex denario confurgens millenarius est, decies enim decem decies mille sunt: millenarium ergo numerum apud nos pro quantocunque magis indeterminato numero sumpsit, idem est ergo quod dicit quod non potest homo Deo respondere vnum pro mille, ac si diceret quod nulla determinata numeri mensura inueniri potest, secundum quam diuina iustitia humana excedat cum hac sit finita: illa autem infinita. Quod autem homo in contendendo nulla proportionem possit ad Deum accedere ostendit consequenter cum dicit. *Sapiens corde est, & fortis robore.* Scilicet Deus. Dupliciter enim est contentio, vna qua contenditur disputando, & hoc est per sapientiam, alia qua contenditur pugnando: & hoc est per fortitudinem, in vtroque autem excedit Deus: quia & fortitudine & sapientia omnem fortitudinem & sapientiam excedit. Et vtrumque horum excessum ostendit consequenter: & primo excessum fortitudinis, quam quidem ostendere incipit, quantum ad homines, cum dicit. *Quis resistit ei & pacem habuit.* Quasi dicat nullus.

¶ Sciendum est si quidem quod aliter homo obtinet pacem a potentiori: aliter a minus potente, vel ab aequo potenti: manifestum est enita quod potentior a minus potenti pacem acquirit contra eum pugnando: sicut cum rex potens contra aliquem rebellem in suo regno bellum mouet, & victoriam obtinens pacem regi reformat. Similiter etiam ab aequipollente cum aliquis pacem pugnando, licet enim eum superare non possit, tamen assiduitate pugnae eum fatigat vt ad pacem reducat. Sed a magis potente nunquam aliquis pacem obtinet, resistendo vel pugnando: sed ei humiliter subdendo. Hoc est ergo euidentis signum, quod fortitudo Dei omnem humanam fortitudinem excedit: quia nullus cum eo pacem habere potest resistendo: sed solum humiliter obediendo. Vnde dicitur in psalmo. *Seruabis pa-*

cem, quia in te sperauimus, sed impij qui deo resistunt pacem habere non possunt, secundum quod dicit. Non est pax impijs, dicit dominus: & hoc est quod hic dicitur. *Quis resistit ei & pacem habuit.* Demum ostendit quod fortitudo Dei omnem fortitudinem rerum naturalium excedit, & hoc quidem ostendit tam in corporibus superioribus, quam inferioribus, in inferioribus hoc quidem ostendit ex hoc quod ea quae maximè videntur esse stabilia & firma in inferioribus corporibus pro sua voluntate mouet. Inter corpora ergo magna ad quae post hominem transitum facit, maximè videntur esse firma & stabilia, montes quorum stabilitati sanctorum stabilitas in scripturis comparatur secundum illud. *Qui confidunt in domino sicut mons syon, & tamen montes deus sua virtute mouet & hoc est quod subditur. Qui transtulit montes.* Quod quidem & si miraculose diuina virtute fieri possit, cum hoc videatur firmitati, fidei retrorsum: secundum illud. Si habueritis fidem, & non habitaueritis: & si monti huic dixeritis: tolle te & iacta te in mare, fiet: Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam. Tamen congruentius videtur vt hoc ad naturalem cursum rerum referatur, hoc enim habet naturae ordo, vt omne quod naturaliter generatur, etiam determinato tempore corrumpatur, vnde cum generatio montium sit naturalis, necesse est quod quandoque montes naturaliter destruantur, & hanc quidem naturalem montium corruptionem, translationem vocat: eo quod dissolutio montium & ruina cum quadam translatione partium eius accidit. Nec est irrationale ea quae naturaliter contingunt diuinae virtuti attribui, cum natura agat propter finem, omne autem quod ad finem certum ordinatur, vel seipsum dirigit in finem, vel ab alio dirigente in finem ordinatur, necesse est quod res naturalis, quae finis notitiam non habet, vt seipsum dirigere possit ab aliquo superiori intelligente ordinetur in finem. Comparatur igitur tota naturae operatio ad intellectum dirigentem res naturales in finem, sicut comparatur motus sagittae ad sagittantem. Vnde sicut motus sagittae conuenienter sagittatori attribuitur, ita consequenter tota naturae operatio attribuitur naturae diuinae, vnde si per

*Psal. 12. 4.*

*Opera naturae comparantur sagittae.*

*1. Cor. 13. 2*



operationem naturæ montes subruuntur, manifestum est quod à virtute diuina montium stabilitas subruatur. Con-  
tingit autem quadoque apud homines, quod si aliquis sua  
virtute aliquam fortem ciuitatem expugnat, quod quanto  
citius & insensibilis sit, tanto magis virtus regis demon-  
stratur. Hoc ergo quod montes transferuntur maximè vir-  
tuti diuinæ attestatur, cum quali subito & insensibiliter  
fiat, ita vt etiam ij qui circa montes habitant, per subuer-  
sionem montis pereant: & sibi cauere non possint: cum hu-  
jus subuersio precognosci non possit. Et hoc est quod sub-  
ditur. *Et nescierunt ij quos subuertit in furore suo.* Quasi di-  
cat à deo, subito Deus tantam rem operatur, quod etiam ij  
qui circa montes habitant, præcognoscere non possunt,  
quod manifeste euidentis sit, quia si præcognoscerent, non  
subuerterentur. Addit autem. *In furore suo.* Ad ostenden-  
dum quod deus interdum naturales operationes mode-  
ratur secundum ordinem suæ prouidentia, prout necessa-  
rium est ad hominum peccata puniendâ: quibus quidè pec-  
cantibus metaphorice irasci dicitur, cum in eos vindictam  
exercet qui apud nos solet esse iræ effectus. Ex corporibus  
autem mysticis transit ad elementa, inter quæ firmissimum  
& stabilissimum videtur esse terra, quæ est immobilis, sicut  
centrum motus totius: & tamen quandoque secundum ali-  
quas partes suas mouetur naturaliter ex vapore incluso, vt  
philosophi tradunt, & hoc est quod subditur. *Qui commo-  
uat terram de loco suo.* Non quidem totaliter secundum to-  
tum, sed secundum aliquas partes eius quæ habitantur, si-  
cut in terræ motu accidit, in quo quidem motu etiâ mon-  
tes concutiuntur, qui sunt quasi columnæ super terram sua  
date, ynde sequitur *Et columna eius concutitur.* Possunt  
etiam per columnas ad literâ intelligi, columnæ & quæcū-  
que alia ædificia quæ videntur terræ adherere, quæ in ter-  
ræ motu conquassantur, vel possunt intelligi per columnas  
inferiores terræ partes & intimæ, eo quod sicut domus sta-  
bilitas super columnas firmatur, ita stabilitas terræ ex cen-  
tro procedit, ad quod omnes partes terræ tendentes, sunt  
superiorum partium sustentatrices & quasi columnæ: & sic  
sum terræ motus ex profundis partibus terræ procedat, vi-

detur quasi ex concussione columnarum terræ causari.  
¶ Hoc habito vltimo ad corpora cælestia procedit idem  
ostendèdo, scilicet quæ etiâ virtuti diuinæ credunt. Con-  
siderandum est autem, quod sicut de natura terræ est im-  
mobilitas & quies: ita de natura cæli est quod semper mo-  
ueatur. Sicut ergo virtus terræ ostenditur superari à virtute  
cælesti, ita virtus cælestis corporis ostenditur à virtute  
diuina superari: per hoc quod motus eius impeditur, per  
quem fit solis & aliorum siderum motus & occasus, & ideo  
subdit. *Qui præcipit soli & non oritur.* Quod quidem non  
dicitur propter hoc quod ortus solis impediatur secundum  
rei veritatem, cum motus cæli continuus sit, sed quia se-  
cundum apparentiam alicubi oriri non videtur: puta cum  
aër fuerat nubilosus, intantum quod solis ortus habitanti-  
bus super terrâ insolita claritate apparere non possit. Hu-  
ius autem nubilositas cum per operationem naturæ fiat,  
conuenienter diuino præcepto attribuitur: à quo tota na-  
tura sua operatione regulatur, sicut instrumentum ab agen-  
te, vt dictum est. Et quod sic intelligat solem non oriri, sci-  
licet in quantum solis ortus occultatur, maximè apparet ex  
hoc quod subditur. *Et stellas claudit quasi sub signaculo.* Stel-  
læ enim quasi sub signaculo claudi videntur cum nubibus  
cælum obtegitur, ne stellæ inspicere possint.

LECTIO II.



*Qui extendit cælos solus, & graditur super fluctus  
maris. Qui facit arcturum & orionem & hyadas  
& interiora austru. Qui facit magna & insu-  
stabilia, & mirabilia quorum non est numerus.*

¶ Postquâ beatus Iob ostendit robur diuinæ  
fortitudinis, hic incipit ostendere profunditatē diuinæ sapientia:  
procedit autem contrario ordine nunc & prius.  
Nam primo quidem incipit ab ostensione diuinæ fortitudinis  
in rebus humanis, & processit vsque ad corpora cælestia,  
hic autē incipit à corporibus cælestibus, & procedit  
vsque ad res humanas, quasi circulum faciens, & hoc ratio-  
nabiliter. Nam sapientia factoris ostenditur in hoc quod  
opera stabilia facit, & ideo in ostensione diuinæ sapientia  
incipit à creaturis magis stabilibus: vt potest ab habentibus

quidētius diuinæ sapiētiæ indicium. Robur autē alicuius fortitudinis ostenditur ex hoc quod potest aliqua à suo statu mutare, vnde homines cōsueuerūt examinari in eleuatione vel projectione lapidum, prostratione hominū & huiusmodi, & propter hoc cum ostendebat robur diuinæ fortitudinis, incepit ab iis in quibus manifestius apparet mutatio, sic ergo ad ostēdendā diuinā sapiētiā à corporibus cælestibus, incipit dicens. *Qui extendit celos solus.* Sciendū autem est quod sapiētia Dei in tribus præcipue commēdabilis apparet. ¶ Primò quidē in hoc quod aliqua magna suo intellectu & sapiētia metiri potest, & quantum ad hoc dicit, *qui extendit celos solus.* In extensione enim cælorū magnitudo quantitatis eorū exprimitur, sic igitur Deus solus extēdisse cælos dicitur, in quantum ipse solus tantam quantitatem sua sapiētia mensuratum cælis dare potuit.

2 ¶ Secūdo Dei sapiētia commēdabilis apparet in hoc, quod res variabiles & quasi in incertum fluctuantes, in certū ordinem reducit, & suæ gubernationi subditas esse facit, & quantum ad hoc subdit, *Et graditur super fluctus maris.* Fluctus enim maris inordinatissimi esse videntur, vtpote qui à ventis variis nunc hac nunc illac circumferuntur, & tamen super eos Deus graditur, in quantum eos Deus suæ gubernationi subdit.

3 ¶ Tertio Dei sapiētia commēdabilis apparet, ex eo quod Deus multa condidit secundum suæ sapiētiæ rationem, quæ mirabilia hominibus apparēt: & eorum rationem inuestigare non possunt, & hæc præcipue sunt quæ in situ & dispositione stellarum apparent: quæ tamen à Deo sapiētissimè & rationabiliter sunt instituta, & hæc quidē enumerat incipiens à polo septentrionali, & procedens vsque ad polum meridionalem. Vnde dicit, *qui facit arcturū.* Arcturus quidem est quædam cōstellatio in cælo quæ vocatur vrsa maior, & habet septem stellas claras, quæ nunquam nebis occidunt, sed semper circumeunt polum septentrionalem. Sequitur, *Et orionas.* Orion est quædam constellatio multū euidēs in cælo propter sui magnitudinē & claritatem stellarum, quæ dicuntur esse in tauro & geminis. Sequitur, *Et hyadas,* quæ sunt quædam stellæ in pectore tauri, vt dicitur,

existentes, & sunt etiam multum notabiles visu. Sequitur, *Et interiora austris.* Vbi considerādum est quod iis qui sub æquinoctiali habitant, si tamen aliqui ibi habitant, vterque polus cōspicius est, cum Orizon eorum ad rectos angulos æquinoctialē tenet, & sic oporteat, quod transeat per vtrumque polum æquinoctialē, vnde vterque polus redditur cōspicius habitantibus sub æquinoctiali, & accedētibus versus polum septentrionalem, eleuatur super orientem poli septentrionalis, & deprimitur polus australis secundū modum elongationis ab æquinoctiali, vnde nobis qui in parte septentrionali sumus, polus australis nunquam potest esse cōspicius, & similiter stellæ ei vicinæ occulte sunt nobis, secundum quantitatem qua elongātur ab æquinoctiali. Et hæc dicuntur hic interiora austris, quia sunt nobis occulta, quasi sub Horizonte abscondita & depressa. Et ne aliquis credat quod in prædictis solum diuina sapiētia manifestetur ostendit, consequenter quod multa alia similia nobis Deus fecit dicens, *qui facit magna.* In quibus scilicet commēdabilis apparet Dei sapiētia ex commēsuratiōne magnitudinis, & hoc respondet ei quod dixerat. *Qui extendit celos solus, & inscrutabilia.* Quæ scilicet homines scrutari non possunt, propter eorum instabilitatem: quæ tamen diuina gubernatione ordinatur, & hoc respōdet ei quod dixerat. *Et graditur super fluctus maris, & mirabilia.* Quorū scilicet rationes homines considerare non possunt, licet à Deo secundū rationem sint facta, & hoc respōdet ei quod dixerat. *Qui facit arcturum, &c.* Quod autem addit, *quorū non est numerus.* Ad sui gloriā referendū est, ita tamen quod intelligatur diuina opera & mirabilia esse hominibus. Sūt tamen mirabilia Deo, qui facit omnia in numero, pōdere, & mensura.

## LECTIO. II.

**S**I venerit ad me, non videbo eum. Si abierit, non intelligam. Si repente interroget, quis respondebit ei: Vel quis dicere potest ei, cur ita facis? Deus cuius ira nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem. Quantus ergo sum ego vt respondeam ei: & loquar verbis meis cum eo? Qui etiā si habuero quippiam in sinu, non respondebo: sed meum iudicem de-





precabor. Et cum invocantem me exaudierit, non credo quod  
8 audierit vocem meam. In turbine enim conteret me, & multi-  
9 plisabit vulnera mea etiam sine causa. Non concedit requiesce-  
10 re spiritum meum, & implet me amaritudinibus. Si fortitudo  
11 queritur, robustissim⁹ est. Si æquitas iudicij, nemo audeat pro me  
12 testimoniū dicere. Si iustificare me voluero, os meū cōdemnabit  
13 me. Si innocētē ostēdero, pravū me comprobabit. Etiā si simplex  
14 fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tēdebit me vite meæ.

Que re-  
quiruntur  
in rektore.

¶ Beatus Iob volens ostendere suā intentionē non esse, vt  
cum Deo contēdat, per plura indicia profunditatē diuinæ  
sapiētiae in rebus naturalibus ostēdit. Nunc autem vult o-  
stendere profunditatē diuinæ sapiētiae in rebus humanis.  
¶ Considerādum est autem, quōd ad rektorē humanarum  
rerū tria pertinere videntur. Primū est vt subiectis iustitiæ  
præcepta & alia beneficia dispenfer. Secundum est vt actus  
subditorū examinet. Tertiu est vt quos culpabiles inuenit,  
pœnis subiiciens exterminet vel purget. In his ergo tribus  
immensā profunditatem diuinæ sapiētiae ostendit.

Quomodo  
Deus dici-  
tur venire  
ad nos.  
Esa. 35.  
Psalmo. 9.

¶ Primò quidē, quia tā profunde & subtiliter suis subditis  
providet sua beneficia, quōd etiā eis incomprehensibile est  
qui recipiunt, & hoc est qd dicit, Si venerit ad me, non videbo  
eum: si abierit non intelligā eum. Vbi considerādum est quōd  
in scripturis Deus venire ad hominē dicitur, quando ei sua  
beneficia largiatur, siue intellectū eius illuminādo, siue af-  
fectū inflammādo, siue qualitercunq; ei beneficiādo. vnde  
dicitur. Deus noster ipse veniet & saluabit nos. Econtrariō  
verò Deus ab homine recedere dicitur, quādo ei sua bene-  
ficia vel suam protectionē subtrahit, secūdu illud. Vt quid  
dñe recessisti lōge, despicias in oportunitatibus, in tribul.

Roman. 8.

¶ Cōtingit autē quādoq; quōd Deus aliquibus vel tribula-  
tiones, vel etiā aliquos spirituales defectus euenire permit-  
tit, ad procurandū eorū salutē, sicut dicitur: Diligentibus  
Deū omnia cooperantur in bonū. Sic ergo Deus ad homi-  
nem venit eius procurādo salutē, & tamē homo eū nō vi-  
det, quia beneficiū eius nō percipit. Econtrariō verò multis  
Deus sua manifesta beneficia non subtrahit, quæ tamen in  
eorum perniciō vergunt, & ideo dicitur quōd Deus sic re-  
cedit ab homine, quōd homo eum non intelligit receden-

tem, sic ergo apparet profunditas sapiētiae diuinæ in dis-  
pensatione suorum beneficiorum.

¶ Ostenditur autē secundo diuinæ sapiētiae profunditas  
in examinatione humanorū actūum, quia videlicet sic sub-  
tiliter & efficaciter examinat, vt eius examinationē nullus  
per quamcunq; cauillationē subterfugere possit, & hoc est  
quod dicit, Repente interroget, quis respondebit ei? Interrogat  
autē Deus hominē quando eum ad considerandū suā con-  
scientiā reducit, vel interius inspirādo, vel exterius prouo-  
cādo beneficiis aut flagellis, secūdu illud. Dominus inter-  
rogat iustū & impiū. Tunc autē homo sufficienter Deo re-  
spondet, quādo in eo nihil inuenitur, qd iuste à Deo repre-  
hendi possit, qd nulli hominū in hac vita contingit, secun-  
dum illud: Quis potest dicere mundū est cor meū, signāter  
autē dicit, si repente inter. quia si homini spatiū respondēdi  
datur potest per pœnitentiā delicta diluere, contingit autē  
quādoq; qd aliquis in examinādo aliorū excessus, remissus  
inuenitur, timens ne & sui excessus versa vice ab aliis exa-  
minentur, sed hoc Deo formidandū non est, vt in sua exa-  
minatione molestetur, quia nō habet superiorē, qui de eius  
factis iudicare possit, & ideo subdit. Vt quis dicere ei potest  
cur ita facis? Quali eum castigādo.

Psal. 10. b

Prover. 2

Psal. 101

Psal. 101

¶ Tertio autē ostēditur diuinæ sapiētiae profūditas in pu-  
nitione delictorū, quia quocūq; se vertat homo nulla astu-  
tia, nulla potētia Dei vindictā declinare potest secūdu il-  
lud: Quo ibo à spiritu tuo & quo à facie tua fugiā, & hoc  
est qd dicit, Deus cuius ira resistere nemo potest. Ira enī secūdu  
qd Deo attribuitur in scripturis, nō importat commotionē  
animi, sed vindictā. Huius autē probationem consequēter  
inducit, dicens: & sub quo curvantur qui portant orbē. Intel-  
ligēdi autē sunt portare orbē cœlestes spiritus, quorū mi-  
nisterio tota corporalis creatura diuinitus procuratur, vt  
dicit Aug. 3. de Trinitate. Ij autē cœlestes spiritus sub Deo  
curuātur, quia ei per omnia obediunt, secūdu illud. Bene-  
dicite domino omnes Angeli eius; ministri eius qui facitis  
volūtate eius, sic igitur Angelis Deo obediētibus manife-  
stum est qd totus cursus rerum corporaliū, qui per Angelos  
administratur, diuinæ subiacet volūtati: & sic ex nulla crea-

tura potest homo habere auxiliū, ad effugiendū Dei vindictam secundū illud. Si ascēdero in cœlū tu illic es, si descēdero ad infernū ades, quoniam vt dicitur, pugnabit p. illo orbis terrarū contra infensatos. Possunt etiā intelligi portare orbē reges & principes mundi, qui sub deo curuatur, secundum illud. Per me reges regnant, vel quia nec ipsi reges iræ diuinæ resistere possunt: vt ex hoc à maiori idem de aliis cōcludi possit. Sic igitur ostensā multipliciter immēsitāte diuinæ potentīæ, & profunditate diuinæ sapientiæ, concludit propositum, quod scilicet suæ intentionis non est cūm Deo cōtendere, & hoc est quod dicit. *Quærus sum ego.* Id est quāam potens quā sapiens. *Qui respondeam ei.* Scilicet Deo interroganti potentissimo & sapientissimo. *Et loquar verbis meis cum eo.* Examinādo facta eius & dicendo cur ita facis, ac si diceret non sufficiens sum, vt contendam cūm Deo. Contentio enim in respondendo & obiciendo consistit. Contingit autem quādoque quod aliquis, etsi non sit multum potens etiam & sapiens, tamen propter securitatem suæ conscientīæ non formidat contendere cūm quouis iudice, sed hanc etiā causam contendēdi cūm Deo à se excludit dicens. *Qui si etiā habuero quippiam iustum non respondebo.* Scilicet Deo examinanti quali meam iustitiam defendendo. *Sed meum iudicem deprecabor.* Quali non petens iudiciū sed misericordiam: signanter autem dicit. *Si habuero quippiam iustum.* Ad designandum incertitudinem humanæ iustitiæ, per hoc quod dicit. *Si habuero.* Secundum illud Apostoli. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum, & ad ostendendum quod iustitia hominis parua est & imperfecta ad diuinum examen relata, propter quod dicit. *Quippiam.* Secundum illud. Omnes iustitię nostræ quasi pānus menstruatae, sic sunt coram illo. Quid autem ex sua deprecatione consequatur, ostendit etiam subdit. *Et cum inuocantem exaudierit me, non credo quod audivit vocem meam.* Contingit quandoque quod Deus hominē exaudit, non ad vorum, sed ad profectum. Sicut enim medicus non exaudit infirmum ad votū postulantem amoueri medicinam amaram, si medicus eam non remoueat, eo quod scit eam esse salutiferam: exaudit tamen ad pro-

fectum, quia per hoc sanitatem inducit: quam maximē infirmus desiderat. Ita deus homini in tribulationibus constituto, tribulationes nō subtrahit, quāuis deprecanti: quia scit ea expedire ad finalem eius salutem, & sic licet deus vere exaudiat, tamen homo in miseris constitutus se exaudiri non credit. Et quare nō credat ostendit, subdens. *In turbine enim conteret me.* Quod metaphorice dictum est, exponit subdens. *Et multiplicabit vulnera mea etiam sine causa.* Hoc etiam est conterere quod multiplicare vulnera & tribulationes, hoc est. *In turbine.* In horribili obscuritate, Quod dicit. *Sine causa.* Scilicet manifesta & ab homine afflicto perceptibili. Si enim homo afflicto perciperet causam quare Deus eum affligit & quod affligit: & quod afflictiones sunt ei vtilis ad salutem, manifestum est quod crederet se exauditum, sed quia hoc non intelligit, credit, se non exauditum, & ideo non solum exterius affligitur, sed etiam interius, sicut infirmus qui siue sciret se per medicinam amaram sanitatem habiturum, non solum affligeretur in gustu, sed etiam in animo, & ideo subdit. *Non concedit requiescere spiritum meum.* Requiescit enim spiritus licet carne afflicto, propter spem finis, secundum quod Dominus docet. Beati critis cūm maledixerint vobis homines, & postea subdit. Gaudete, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Et sic dum affligit exterius & interius non requiesco. *Implet me amaritudinibus.* Scilicet intus & extra. Et est considerandum quod ab illo loco. *Et cum inuocantem.* Evidenter exposuit quia supra occultē dixerat. *Si venerint ad me non videbo.* Hoc enim serē vbiq; in dictis Iob obseruandum est, quod obscure dicta per aliqua consequentia exponuntur. Et quia scilicet breuiter & summarie dixerat Iob. *Quantus ego sum qui respondeam ei.* Hic consequenter diffusius explicat vbi esset assignat causam quare non respondet: sed iudicem deprecatur: quod enim aliquis audacter iudici respondeat, potest ex duobus contingere, primo quidem si iudex sit debilis, qui subditos coercere nō possit: sed hoc excludit dicēs. *Si fortitudo queritur.* Scilicet in Deo ad subditos coercendum. *Robustissimus est.* Omne robur excedens, Secundo aliquis audacter

Matth. 5.

10



respondet iudici, quia confidit de sua causa quod aliquando contingit, quia habet multos excusatores: sed hoc excludit dicens. *Si aequitas iudicij.* Scilicet requiritur secundum quam aliquis habens pro se multos testes absolvitur. *Nemo audeat pro me testimonium dicere.* Intellectus enim hominis hoc non capit, quod hominis iustitia sit maior quam veritas Dei redarguentis. Aliquando vero homo, & si non habeat aliquos testes pro se: confidit tamen de causa sua innitens testimonio conscientiae suae, sed testimonium conscientiae non potest valere homini, contra redargutionem diuinam: & ostendit per singulos gradus.

¶ Habet enim testimonium conscientiae tres gradus. Quorum primus est, quando alicui conscientia sua testimonium reddit, quod sit iustus, secundum illud. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei, sed hoc testimonium non valet contra diuinam reprehensionem vnde dicit. *Si iustificare me volueris.* Id est si volueris dicere me esse iustum, Dominus mihi obiiciet quod sim impius. *Os meum condemnabit me,* Id est condemnabilem me reddet propter blasphemiam.

¶ Secundus gradus est quando aliquis, & si non praesumat se esse iustum: tamen non reprehendit eum conscientia de aliquo peccato, secundum illud. Nihil mihi conscius sum: sed nec hoc testimonium valet contra Deum, vnde dicit. *Si innocentem ostendero.* Id est si innocentem volueris ostendere esse sine peccato. *Prauum me comprobabit.* In quantum mihi vel aliis manifestabit peccata, quorum mihi non sum conscius: quia vt dicitur. *Delicta quis intelligit.*

¶ Tertius gradus est quando aliquis, & si sit sibi conscientius de peccato: tamen praesumit, vel quia non habuit malam intentionem, aut quia non fecit illud ex malitia, vel dolo, sed ex ignorantia & infirmitate: sed nec hoc testimonium valet homini contra Deum: ideo dicit. *Etiam si simplex fuero.* Id est sine dolo vel duplicitate prauae intentionis. *Hoc ipsum ignorabit anima mea.* Homo enim non potest ad liquidum motum sui affectus comprehendere, tum propter variationem eius, tum propter promotionem & impetum multarum passionum, propter quod dicitur. *Prauum est*

Rom. 8.

1. Cor. 4.

Psal. 18.

14

Hier. 17.

cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? & propter huius ignorantiam, quod homo seipsum non cognoscit, nec statum suum redditur etiam iustis sua vita tediosa, & propter hoc subdit. *Et tadebat me vita mea.*

LECTIO III.



Num est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit. Si flagellat, occidat semel: & non de penis innocentum rideat. Terra data est in manus impij, vultum iudicum eius operit. Quod si non ille est, quis ergo est? Dies mei velociores fuerunt cursore fugerunt, & non viderunt bonum. Pertransierunt quasi naues poma portantes sicut aquila volans ad esam. Cum dixeris, nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, & dolere torquor. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Si autem & sic impius sum: quare frustra laboraui. Si locutus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mississima manus meae. Tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Neque enim viro qui similis mei est, respondeo, nec qui mecum in iudicio ex aquo possit audiri. Non est qui utrumque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Auferat a me virgam suam, & pavor eius non me terreat. Loquar, & non timebo eum. Neque enim possum metuens respondere.

¶ Postquam beatus Iob ostendit, non esse suae intentionis vt cum Deo contendat, proponit illud de quo cum aduersariis eius disputatio ei erat. Dixerat enim Eliphaz, quod poenae a Deo non nisi pro peccatis immittitur, contra hoc quod in superiori responsione Iob locutus fuerat, & quia Baldath sententiam suam repetit, dicens, *num est quod locutus sum, impium & innocentem ipse consumit.* Quasi dicat non solum peccatoribus, sed etiam innocentibus mors a Deo immittitur, quae tamen est maxima poenarum praesentium, & sic non est verum, quod dicis, quod solum pro peccatis propriis homo puniatur a Deo. Et quod autem mors a Deo sit dicitur: Ego occidam, & ego viuere facia, Sed cum mors communiter omnibus immittatur a Deo, vnus est quod durum videtur, scilicet quod innocetes praeter

Deut. 32.



necessitatem communem multiplices aduersitates sustinet in hac vita, cuius rei causam inuestigare intendit, & ideo subdit. *Si flagellat occidat semel.* Quasi dicat detur quod flagellum mortis omnibus sit commune, videtur tamē rationabile quod innocentibus, qui ex propriis peccatis non sunt rei, præter mortem quæ debetur pro peccato communi, aliam pœnam infligere non deberet. Si enim, vt vos dicitis, nulla alia causa est, quare iuste aliter pœnam alicui infligi possit, nisi peccatū. & manifestū est innocentes pati pœnam in hoc mundo, videtur quod sine causa puniantur, ac si ipse pœnæ propter se Deo placerent, ideo subdit: *De pœnis innocentum non rideat.* De illis enim ridere solemus, quæ nobis secundū se placent. si autem hoc est incōueniēs quod pœnæ innocentum Deo secundū se placeat. inueniuntur autem innocētēs frequenter in terris puniri, videtur sequi aliud inco nueniēs, scilicet quod istæ pœnæ ex diuino iudicio non procedant: sed ex malitia alicuius domini, qui potestatem habet in terra, & punit innocentes vnde sequitur: *terra data est in manus impij.* Quasi dicat si ip si Deo non placent secundum se pœnæ innocentum, qui tamen puniuntur, intantum oportebit dicere quod Deus regimen terræ alicui impio commiserit, ex cuius iniquitate iudicium in terra peruertitur, vt innocentes puniantur, & hoc est quod subdit: *vultum iudicium eius operit.* id est rationem eorū obnubilat, vel cupiditate, aut odio, aut amore, ne veritatem iudicij in iudicando, subsequatur:   
 3 *quod si ille non est.* scilicet ipse, cui tradita est terra, à quo scilicet causatur innocentum punitio, *quis ergo est,* scilicet huius punitiois causa. Non enim dici potest, vt ostensum est, quod hoc sit à Deo supposita nostra positione, quod solū peccatum sit causa pœnarū presentū, hoc autē est quod dixit: *Terra data est in manus impij.* Est quidem secundum aliquid verum, in quantum scilicet terreni homines sub potestate diaboli à Deo relinquuntur, secundum illud. Qui facit peccatū, seruus est peccati, simpliciter autem est falsum. Nō enim diabolo absolute terra dominiū est concessum, vt scilicet liberē in terra facere possit quod velit. Sed quicquid facere permittitur, ex diuina dispensatione

Ioan. 8.

tionē procedit, quæ omnia ex rationabili causa dispensat, vnde hoc ipsum quod innocentes puniuntur, non dependet absolute ex malitia diabolica, sed ex sapientia Dei permittentis, vnde si peccatum non est causa punitiois innocentum, non sufficit hoc ad malitiam diaboli reducere, sed oportet vltius aliquam rationabile causam esse, propter quam Deus permittit, & ideo signanter dicit, *Quod si non est ille, quis ergo est?* Quasi dicat si malitia diaboli non est sufficiens causa punitiois innocentum, oportet aliam causam inuestigare.   
 ¶ Ad inuestigandum igitur rationem, quare innocentes puniatur in hoc mundo, primò proponit defectum quem sustinuerat in amissione bonorum, ostendens mutabilitatem prosperitatis presentis ex similitudine eorum quæ videntur velocissima in hoc mundo.   
 ¶ Considerandum est quod ad prosperitatem huius mundi, aliqui diuersimode se habent. Quidam enim ipsam prosperitatem pro fine habent, nec vltra ipsam sperantes: ad quod videbatur declinare illorum opinio, qui omnia præmia & pœnas in hac vita constituebant, tales autem non pertranseunt prosperitatem huius mundi, sed prosperitas huius mundi fugit ab eis quando eam amittunt. Quidam verò, de quorum numero fuit Iob, in prosperitate huius mundi finem non ponunt, sed ad alium finem tendunt, & tales prosperitatem huius mundi magis pertranseunt, quam pertranseatur ab ea. Tendētibz autem ad aliquem finem, tria sunt necessaria. Primum est, vt in nullo alio cor suum figant, per quod retardari possint à fine, sed festinent ad finem consequendum, & ideo ponit exemplum de cursore, qui sic tendit ad finem sui cursus, quod in via moram non trahit, vnde dicit: *Dies mei velociores fuerunt cursore.* In quibus verbis & instabilitatem presentis fortunæ, & intentionem suam in aliud tendentem demonstrat, in rebus huius mundi requie cordis non inuenta, vnde sequitur, *Et non viderunt bonum.* Scilicet in quod mea intentio ferebatur, quod est verum bonum, vnde pro iusto me non reputo, quod si prosperitatem presentem remunerationem putant, ea subtracta innocens non sum. Secundò, requiritur 6





quod tendens in aliquem finem, acquirat sibi illa per quæ possit ad finem peruenire, sicuti qui vult sanari, oportet quod acquirat medicinas quibus sanetur, sic qui vult ad verum bonum peruenire, oportet quod acquirat virtutes, quibus illud consequi possit, vnde subdit, *Pertransierunt quasi naues poma portantes*. In quo etiam duo demonstrat, & labilitatem præsentis fortunæ quia naues poma portantes ad vendendum festinant, ne per moram putrescant, & studium tendentis in finem, quasi dicat dies mei pertransierunt vacui, sed virtutes congregavi, cum quibus tendo ad finem consequendum. Tertiū restat consequutio finis, vnde dicit, *Sicut aquila volans ad escam*. In quo etiam duo prædicta designatur. Nam aquila velocius volat, præcipue cum à fame impellitur, & escā habet pro fine qua reficitur, quia ergo in iis verbis quasi innuerat se esse iustum & innocentem, quod præsumptuosum ab aduersariis reputabatur, incipit de sua innocentia confortare cum Deo, qui solus est conscientie iudex, vnde subdit, *Cum dixerō*, Scilicet in corde meo. *Nequaquam ita loquar*. Vt scilicet sim iustus, & innocens. *Commuto faciem meam*. Scilicet à fiducia quam conceperam de mea innocentia, ad quandam sollicitudinem inuestigandi peccata: *Et dolore torqueor*, in conscientie propriæ discussione recogitās ne forte pro aliquo peccato sic puniar, & causam doloris subdit dicens, *Verebar omnia opera mea*. Est enim alicui magna causa doloris, quando magnam sollicitudinem habet de re aliqua, & tamē incidit in illud quod vitare studebat. Ipse autem circa omnia opera sua magnam sollicitudinem apponebat, timens ne in aliquo à iustitia declinaret, & hoc est quod dicit, *Verebar omnia opera mea*. Et causa quare sic verebatur in omni opere suo erat timor de seueritate diuini iudicij, vnde subdit, *Sciens quod non parees delinquenti*. Nisi scilicet, conuertatur, quia dicitur. *Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit*. *Si autem*. Post tantum studium innocentie, *Et sic impius sum*. Vt tam grauibus peccatis à Deo puniri meruerim, quare frustra laboravi in tanta sollicitudine innocentie conseruandæ, frustra enim laborare dicitur, qui suo labore tendit ad finem, ad quē non pertingit, sed quia

7  
8  
9  
10  
11

puritas hominis, quantacunque sit, ad diuinum examen relata, deficiens inuenitur, ideo consequenter ostendit quod cum se purum & innocentem dicit se purum & innocentem intelligit, quasi hominem quasi non in nullo penitus à rectitudine diuinæ iustitiæ recedentem.

¶ Est autem sciendum quod duplex est puritas, vna quidē innocētis, altera pœnitentis, vtraque autem imperfecta est in homine si ad perfectam rectitudinē diuinæ regulæ comparatur, dicit ergo quantum ad puritatem pœnitentis. *Si lotus fuero*, Id est, si à peccatis meis me purgare studuero, *quasi aquis niuis*. Quæ valde ablutivæ esse dicuntur, quantum verò ad puritatem innocentis dicit, *Et fulserint velut mundissima manus mee*: Id est & in operibus meis, quæ per manus designantur, nulla inueniatur munditia, sed fulgeat in eis iustitiæ claritas, dicit autem, *Velut mundissime*, ad insinuandum quod in homine perfecta munditia esse non potest. *Si inquit, fuerint mundissime manus mee, tamen sordibus intinges me*. Id est, sordibus demonstrabor tuæ iustitiæ comparatus, & per tuam sapientiam conuictus, semper enim in operibus humanis aliquis defectus inuenitur, quandoque quidem ex ignorantia propter debilitatem rationis, quandoque autem ex negligentia propter infirmitatē corporis, quadoque autem aliqua infectio alicuius terrenæ affectionis, etiam in bonis operibus admiscetur, propter mobilitatem humani cordis, quod non firmū in eodem perseuerat, vnde semper aliquid in humanis operibus inuenitur, quod deficit à puritate diuinæ iustitiæ. Cum autē aliquis mundus est, & tamē exterius aliquā iustitiæ ostensionē habet, signa iustitiæ quæ de eo exterius apparent ei non competunt, & ideo subdit, *Et abominabuntur me vestimenta mea*. Per vestimenta enim exteriora opera designantur, quibus homo quasi contegitur secundum illud, *Veniunt ad vos in vestimentis ouium, tunc ergo vestimēta alicuius eum abominantur*, quādo exteriora hominis, quæ iustitiæ prætendunt, interioribus non concordāt, quare autē quantumcūq; sit purus, non potest se defendere, quin à deo cōiūcatur impurus, consequēter ostēdit ex duobus in quibus Deus hominē excelsit, videlicet ex iustitiæ puritate, & ex maiestatis auctoritate

Duplex puritas.

12



quantum ergo ad primum dicit. *Neque enim viro qui simi-*  
*lis mei est, respondebo.* Quasi dicat si aliquis homo me impu-  
 rum vellet convincere, possem ei resistere si mihi obiice-  
 ret, quæ ipse sentiret in homine seruari non posse, de per-  
 fecta iustitia puritate, sed sic respondere non possum Deo,  
 in quo nullus defectus inuenitur. Quantum ad secundum  
 dicit. *Nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri.* Cum e-  
 nim duo homines adinuicem contendant, iudicem possunt  
 habere, qui vtriusque dicta examinet, sed hoc inter Deum  
 & hominem esse non potest duplici ratione. Vna ratio est,  
 quia oportet quod in iudice sit altior sapiëntia, quæ sit quasi  
 regula, ad quem examinentur dicta vtriusque partis. Ma-  
 nifestum est autem quod diuina sapiëntia est prima regula,  
 ad quam omnis veritas examinatur, & propter hoc subdit.  
 14 *Non est qui vtrunque valeat arguere.* Quasi dicat non est al-  
 lius superior Deo, ex cuius maiori sapientia corrigi possit.  
 Alia ratio est quia oportet quod in iudice sit maior potestas,  
 qua possit vtranque partem comprimere, & hoc excludit  
 dicens. *Et ponere manum suam in ambobus.* Id est, coercere  
 vtrunque, hoc enim excluditur per immensitatem diuinæ  
 potentia quam supra ostendit, & quia vt dictum est inten-  
 dit perscrutari qua ratione innocentes puniantur in hoc  
 15 mundo, consequenter ostendit quid eum impedire possit  
 ab hac perscrutatione, & qua intentione hoc perscrutari  
 velit, impediri autem possit ab hac perscrutatione, ex duo-  
 bus. Primo quidem ex afflictione quæ patiebatur, homines  
 enim quorum mens occupata est tristitia, non possunt sub-  
 tiliter perscrutari, & quantum ad hoc dicit. Auferat à me  
 virgam suam. Secundo, ex reuerentia, quam ad Deum ha-  
 bet, homines enim aliquando ex quadam reuerentia quam  
 ad Deum habent, omittunt ea quæ Dei sunt, perscrutari, &  
 quantum ad hoc dicit. *Et pauor eius non me terreat.* Quasi  
 dicat concedat spiritum meum requiescere ab afflictione  
 quam patior, & non imputetur mihi ad irreuerentiam quod  
 16 de diuinis disputo, & sic potero perscrutari: vnde sequitur,  
*loquar, & non timebo eum.* Id est ac si non timeret eum, ne-  
 que enim possum metuens respondere. Id est dum à reuerentia  
 eius reuocor à perscrutatione.

¶ Sciendū est autem quod timor Dei circa homines à per-  
 scrutatione diuinorum non reuocat, quando scilicet per-  
 scrutantur diuina desiderio veritatis cognoscendæ, non vt  
 incomprehensibilia comprehendat, sed semper eo mode-  
 ramine, vt intellectum suum diuinæ subiiciant veritati, re-  
 uocantur autē per timores Dei, ne sic perscrutentur diuina  
 quasi comprehendere volentes, & intellectum suum diuina  
 veritate non regulantes, sic igitur per hæc verba Iob inten-  
 dit ostendere, quod eo moderamine de iis quæ ad diuinam  
 prouidentiam pertinent, perscrutabitur, vt intellectum suū  
 diuinæ veritati subiiciat, non vt diuinam veritatem impu-  
 gnet, quod esset contra reuerentiam diuini timoris.

CAPITVLVM X.  
LECTIO I.

**T** *A Edet animā meā vite mee: dimittant aduer-*  
*sum me eloquium meum. Loquar in amaritudine*  
*anime meæ, dicam Deo noli me condemnare. In-*  
*dica mihi, cur me ita iudices. Nūquid bonum tibi*  
*videtur, si calumniaris me & opprimas me: opus*  
*manuum tuarum, & consilium impiorum adiuues. Nunquid o-*  
*culi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo & tu videbis? Nun-*  
*quid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt*  
*tempora, vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ser-*  
*teris. Et scias quia nihil impium fecerim cum sit nemo qui de*  
*manu tua possit eruere. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerūt*  
*me totū in circuitu, & sic repente præcipitas me. Memento quæso*  
*quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Nonne*  
*sicut lac multisti me, & sicut caseum me coagulasti. Pelle & car-*  
*nibus vestisti me: osibus & neruis compegisti me. Vitam & mi-*  
*sericordiā tribuisti mihi & visitatio tua custodinit spiritū meū.*  
*Licet hæc celes in corde tuo, tamē scio quia vniuersorū meminervis.*  
 ¶ Postquam superius proposuit Iob, quod tam innocen-  
 tes quàm impij in hoc seculo tribulantur, & terigit causam  
 punitionis innocentū, quæ possit examinari, scilicet quod  
 terra quasi derelicta à Deo sit exposita volūtati iniquæ  
 potestatis innocentes pro libito puniētis, hoc autem remoto,  
 quia manifestum inconueniens est, inquisiuit quæ esset in-  
 nocētum puniitio, & qua de causa, & hanc quæstionem hic



prosequi intendit. Prius tamen quam ad inuestigationem procedat, ostendit quo animo hic loquatur, loquitur enim in persona hominis afflicti secundum conceptiones, quas ei tristitia subministrat, vnde primo ponit tedium, quod patitur in hac vita, quod quidem tedium est propter tribulationes quas patitur, quae intantum graues sunt, quod etiam ipsam vitam reddunt tediouosam, licet enim viuere secundum se delectabile sit, tamen in angustiis viuere, tediouosum est, vnde dicit *Tedet animam me, vi. m.* Sicut autem homo cui delectabilis est sua vita optat se viuere, ita cui tediouosa est sua vita, optat se vita priuari, & ideo subiugit. *Dimittam aduersum me elo. me.* Tunc enim homo aduersum se loquitur, quando se vita priuari exoptat, sed signanter dicit. *Dimittam,* multoties enim homo aliquos motus in corpore patitur propter aliquam passionem, vel tristitia, vel concupiscentia, vel ire aut cuiuscumque alterius, sed ita ratione eius motus reprimat, quod ad verbum exterius non procedit, quando autem ratio ostendere vult quid interius patiat, occultos motus in verba producit, & tunc hoc eloquium dimisisse dicitur, quasi prius retentum, & propter hoc subdit. *Loquar in amaritudine anima mea.* Quasi dicat verba quae exterius proferam, interiori amaritudine ostendent scilicet vt det intelligere se in persona hominis amaritati loqui. Sed ne rursus intelligatur, quod ista eloquia dimiserit per hoc quod ratio a tristitia superatur, subiugit. *Dicam Deo, noli me condemnare.* Cum enim ratio a passione vincitur, homo contra Deum murmurat, & quandoque vsque ad blasphemiam procedit, sed dum inter tribulationes hominis ratio recta manet, deo se subdit & ab ipso remedium praestol. *Dicam Deo noli me condemnare,* similiter etiam in hoc ad soluendam quaestionem accedit, cum enim supra quaesiuisset quae esset causa innocentium poenae in hoc mundo, hoc iam confitetur Deum esse auctorem punitionis huius, dum petit quod ab eo ne condeneatur secundum illud. Dominus mortificat & viuificat, ex quo Manichaeus confutatur. Iis autem praemisissis supposito quod Dominus sit punitionis auctor, inquit de causa suae punitionis ad Deum loquens. *Indica mihi cur me ita iudices,* i. facias me cognoscere causam, propter quam a te punior. Sciebat enim quod rationis inuestigatio ad veritatis ter-

l. Reg. 2. b

minum peruenire non potest, nisi diuinitus doceatur: scire autem causam suae punitionis necessarium est homini, vel ad correptionem, vel vt patientius flagella sustineat. Ad inquisitionem autem huius quaestionis, procedit sub quadam distinctione, necesse est enim quod ipse qui punitur, vel sit innocens, vel peccator. Primo autem procedit supponendo, quod sit innocens, & quia ad cognitionem diuinorum per res humanas peruenimus: proponit duos modos quibus in humano iudicio quandoque innocentes puniuntur.

¶ Primus modus est propter malitiam punientis, ex qua contingit tripliciter poenas innocentibus calunias ingerunt & quantum quidem dum per astutiam innocentibus calunias ingerunt & quantum ad hoc dicit, *nunquid bonum tibi videtur si calunieris.* Aliquando vero per potentiam opprimuntur, & quantum ad hoc subdit, *Opprimas me opus manuum tuarum.* Aliquando vero impij quidem ex proprio motu innocentes non puniunt: sed quia inordinate aliquos dilignant, eos etiam in oppressione innocentium iuuant, vnde subdit, *Consilium impiorum adiuues.* Sed considerandum est quod aliquando aliqui in diuersis naturis vnum & idem potest esse bonum & malum, sicut iracundum esse, cani quidem est bonum: homini autem malum, nullus autem sanae mentis hoc in dubitationem deducit. Si deus ex malitia aliquid operetur: non enim potest in summo bono aliquid male esse, sed potest contingere quod aliquid malum est in homine, quod ad diuinam pertinet bonitatem, sicut non misereri secundum quod misericordia compassione sonat: in homine quidem vituperatur: quod tamen bonitas diuina ex sui perfectione requirit. Manifestum est autem quod tria praedicta, caluniarum, opprimere, & consilium impiorum adiuuare, in hominibus mala sunt, vnde hoc in quaestionem inducit, vtrum Deo possint esse bona, vnde non querit, *nunquid calunieris & opprimas me,* sed *nunquid bonum tibi videtur si calunieris & opprimas me,* scilicet supponens pro firmo quod Deus nunquam aliquid facit, nisi quod bonum sibi videtur, & hoc vere est bonum.

¶ Item considerandum est quod ea quae naturaliter sunt non imputantur in culpam vel in malum, naturale autem est quod vnumquodque perdat suum contrarium, vnde & deus quod est summe bonum odit ea quae contra se sunt & ipsa dispendit secundum illud. *O disti omnes quae operatur iniquita* *Psal. 5.*



rem perdes &c. Si ergo homines nō essent à Deo facti, sed à principio contrario, vt manichæi fabulantur: bonum videretur quòd Deus homines opprimeret propter seipsum ad hoc igitur excludendum non simpliciter dicit, & opprimas me. sed addidit *opus manuum tuarum.*

¶ Item bonum videtur quòd Deus iustorum volūtates adimpleat: qui autem innocentes calumniari aut opprimere volunt, non sunt iusti sed impij: & præcipue si non igno- rante vel casu, sed ex consilio & deliberatione hoc ve- lint, vnde cum se innocentem supponat in prima parte quæstionis: sequitur impios esse qui eum ex deliberatione cō- silio opprimere vel calūniari volunt, & ideo signatur dicit. *& consilium impiorum adiuues.*

¶ Hac igitur causa retenta, quia Deo hoc bonum videri non potest, cum ipse sit opus manuum Dei & cum eius hos- tes, qui ipsum oppresserunt impij probentur: procedit cō- sequēter ad secūdū modū quo in humano iudicio quādo- que innocentes affliguntur. Contingit enim quandoque quòd quando aliquis innocens falso apud iudicem accusa- tur, iudex ad exquirendam veritatem eū tormētis subiicit, secundum iustitiam agens, sed huius rei causa est defectus cognitionis humanæ, qui est triplex.

¶ Vnus quidem est quia omnis cognitio hominis à sensu procedit & quia sensus corporis & corporalium sunt, non potest iudex interiorem cōscientiam accusati cognoscere, vt ergo hoc excludat ideo dicit, *nunquid oculi carnei tibi sunt:* ac si dicat nunquid tu corporalibus sensibus cogno- scis, ponit autē oculos, quia visus inter alios sensus excedit.

¶ Secundus defectus est, quòd homo per sensus corporeos nec etiā omnia corporalia cōspicere potest, nō enim potest cognoscere quæ à remotis & in absconditis fiunt: quod à Deo remouet dicens, *aut sicut videt homo ita & tu videbis,* vt scilicet nō possis quæ vbiq; fiūt etiā occulta cognoscere.

¶ Tertius defectus humanæ cognitionis est ex tempore, tum quia homo de die in diem plus cognoscit, tū etiā quia per temporis lōgitudinem obliuiscitur ea quæ nouit: vt sic oporteat eū iterato quasi addiscere: hoc à Deo remouet di- cens, *nunquid sicut dies hominis dies tui,* vt scilicet de die in

diem tua crescit cognitio, & anni tui sicut humana sunt tem- pora: vt scilicet per cursum temporum aliquid tua cog- nitioni decrescat & subdit, *vt quæras iniquitatem meā & pec- catum meum scrutaberis,* id est vt per flagella inquiras: an ego peccauerim opere: & iniquus sim mente: sicut homines per tormenta peccata exquirunt: & sic post inquisitionem hu- iusmodi in me peccata non inuenies: & scias quod nil impiū fecerim, quasi hoc aliunde cognoscere non possis, nisi per flagella peccata mea exquiras, & hoc libere facias absque contradictione, cum sit nemo qui de manu tua possit erueri. Aliquando enim ab hac inquisitione, quæ est per tormenta iudices deficiunt: dum ij qui torqueri debent ab eorum manibus eruuntur. Et quia supra dixerat se esse opus manū Dei: vt ex hoc ostenderet quòd bonum deo videri non po- test, vt eum opprimat, propter se, quasi in oppressione eius delectatus, quod supposuera manifestat, vnde subdit, *manus tue fecerunt me,* & ne aliquis credat, secūdū manichæo- rum hæresim, hominis animam à Deo factam: corpus vero à contrario actore formatum, subiungit, & *plasmauerunt me totum in circuitu.* In circuitu dicit, quia corpus videtur esse animæ in circuitu, sicut vestimentum vestito: vel sicut domus habitatori, totum, dicit vt ad singula corporis mēbra referatur, *plasmauerunt,* dicit vt alludat ei quòd homo ex limo terræ dicitur esse formatus, per manus autē, operatio diuina intelligitur, vnde dicitur pluraliter, *manus,* quia li- cet sit vna diuina virtus operans: multiplicatur tamen eius operatio in effectibus, tum propter diuersitatem effectuum, tum etiam propter varietatē causarum mediarum, quibus mediantibus suos effectus producit, subdit autem, & sic repente precipitas me. Quia repentinum videtur esse, vt ali- quis, qui aliquam rem producit, eam absque causa manife- sta corrumpat. Qui enim facit aliquid, vult illud esse: ad hoc enim facit vt sit, qui autem ipsum corrumpit, vult illud non esse. Si aliquis igitur destruat quod prius fecit, videtur repentina eius mutatio volūtatis, nisi aliqua manifesta cau- sa de nouo oriatur, ex qua appareat prius illud esse corrū- pendum, quia prius fuit fiendum huiusmodi autem repen- tina mutatio voluntatis in Deū cadere non potest, & ideo

Manicheo- rum errorē.



quasi admirans quærit, & sic repente præcipitas me? Quasi dicat hoc incoueniens videtur, si quem prius fecisti, sine causa nunc destruas, vel quod dixit, fecerunt me, potest referri ad constitutionem substantiæ, quod autem dixit, & plasmauerunt me totum in circuitu, potest referri ad ea quæ substantiæ adueniunt, siue sint bona animæ, siue corporis, siue exterioris fortunæ: & quia in generali se factû & plasmatum à Deo posuerat, in spirituali prosequitur de modofuæ factionis ad similitudinem alicuius, qui alicui vult reducere aliquid ad memoriam. Videtur autè Deus tunc benevolentia quam ad suam facturam habet obliuisci, cum eam corruptioni exponit, & ad modum obliuiscens se habet, & secundum hunc modum dicitur. Vsq; uero domine obliuisceris me in finem, & ideo dicit, memento queso quod sicut lutum feceris me. Vbi etiam considerandum est quod duplicè hominis factionem commemorat. Primo quidam eam quæ pertinet ad primam institutionem naturæ, alludens ei quod dicitur. Deus hominem de limo terræ formauit, & ideo dicit, quod sicut lutum feceris me, vbi etiam compositionem hominis ex primis elemētis tangere videtur, & quia etiam primo homini dictum est, puluis es, & in puluerem reuerteris consequenter subiungit, & in puluerem reduces me, etiam naturaliter, nam ea quæ ex terra generantur, consequens est secundum naturæ ordinem vt resoluantur in terram. Sed de hoc aliquis mirari potest cum maius videatur de terra formare hominem quam hominem formatum retinere, ne in puluerem redigatur, vnde est quod Deus qui hominem formauit, eum in puluerem redigi permittit, vtrum scilicet hoc sit solum ex necessitate materiæ, vt homo in hoc nihil plus habeat aliis quæ ex terra formantur, vel hoc sit ex diuina prouidentia aliquam hominis culpam puniente.

Psal. 11.

Gen. 2.

II ¶ Consequenter autem tangit factionem hominis quantum ad opus propagationis, secundum quod homo ab homine generatur: vbi considerandum est quod qui omnia naturæ opera Deo attribuit, non excludit naturæ operationem. Sed eo modo quo principali agenti attribuuntur ea quæ per causas secundas aguntur, vt artificii ipsa operatio sit, hoc enim ipsum quod natura operatur à Deo ha-

bet, qui hic eam instituit. In hac autem hominis generatione primo occurrit seminis resolutio, & quatum ad hoc dicit, *nonne sicut lac mulsisti me*, sicut enim semen est superfluum alimenti: ita & lac. Secundo autem concurrunt compactio massæ corporeæ in vtero mulieris, & quantum ad hoc subdit, & sicut casum me coagulasti, ita enim se habet semen maris ad materiam quam femina ministrat in generatione hominis & aliorum animalium, sicut se habet coagulum in generatione casei. Tertio autem occurrit distinctio organorum, quorum quidem consistentia & robur est exterius vt ossibus, circundatur autem exterius à pelle & carnibus, vnde dicit, *pelle & carnibus vestisti me: ossibus & nervis compegisti me*. Quartum autem est animatio factus, & præcipue quantum ad animam rationalem, quæ non infunditur, nisi post organizationem, simul autem cum anima rationali infunduntur homini diuinitus quædam seminaria virtutum, aliqua quidem communiter omnibus, aliqua vero spiritualiter aliquibus, secundum quod homines quidam sunt naturaliter dispositi ad vnâ virtutem: quidam ad aliam. Iob autem dicit infra, ab infantia creuit mecum miseratio: & de vtero egressa est mecum, vnde & hic dicit, *vitam & misericordiam tribuisti mihi*. Vltimo autè est obseruatio vite, tã in materno vtero quã post exitum, ab vtero, quæ quidè obseruatio est partim quidè per principia naturalia partim autè per alia Dei beneficia naturæ super addita: siue pertineat ad animam, siue ad corpus, siue ad exteriora bona: & quantum ad hoc subdit, & visitatio tua custodiuit spiritum meum. Sicut enim Deus ab aliquo recedere dicitur in scripturis: quãdo Deus ab eo sua dona subtrahit: sic eum visitare dicitur quãdo ei sua dona largitur. Ex hoc autè quod Iob deo dixerat, *memento queso quod sicut lutum feceris me*. Aliquis credere posset eum huius opinionis esse, quod obliuio in Deum cadere posset, vnde excusat se ab hoc dicens, *licet hac celestis corde tuo tamè scio quia vniuersum memineras*. dicitur autè De per similitudinem aliquid in corde celare, quãdo non ostendit per effectum, quod habet in cognitione vel affectiõne, sic itaq; Deum prædicta in corde celare dicitur, quia in effectu non ostendit quod eum sua factura recognoscat, quæ sic repete precipitare videtur,

12

11. b

13



D. THOMAS.  
LECTIO II.



*I peccavi, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non patieris? Et si impius fuero, vae mihi est: & si iustus non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria. Et propter superbiam quasi leenam capies me reuersusq; mirabiliter me crucias. Instauras testes tuos contra me: & multiplicas iram tuam aduersum me, & poena militat in me.*

¶ Superius inquisiuit Iob causam suae punitionis, supposito quod innocens esset. Nunc autem procedit ad inquirendū si propter hoc puniatur, quod peccator est: & quod propter peccatum non puniatur, primo ostendit, vtens tali ratione: Si enim peccatum commisit maximè hoc commississe videtur tempore prosperitatis. Si autem peccatum est tota causa, quare aliqui puniantur aduersitate, quā sustinet in praesenti: posita causa ponitur effectus, oporteret quod statim cum aliquis peccat aduersitas sequeretur. Manifestum autem erat quod Iob tempore suae prosperitatis eundem modum viuendi seruauit. Vnde si peccauit hoc modo viuendo, diu ante peccauerat, quā aduersitatem pateretur. oporteret ergo dicere quod eum statim post peccatum aduersitas secuta non sit, quod Deus tempore illo ei pepercit quo aduersitates non induxit. Inconueniens autem est dicere, quod peccatum, quod Deus pepercit, iterum imputet ad poenam. Non ergo videtur quod pro peccato prius ab eo commissio, nunc puniatur. hoc est ergo quod dicit: *Si peccavi tibi: scilicet tempore prosperitatis meae, & ad horam pepercisti mihi. Quia scilicet non statim aduersitatem induxisti. Cur ab iniquitate mea mundum me esse non patieris?* Quasi dicat cur ex quo reputasti me aliquo tempore non purum, parcendo mihi iniquitatem meam: nunc iterū me punis quasi non sim purus. Aliam etiam rationem consequenter subiungit, quae talis est. Si peccatum est tota causa aduersitatum praesentium, sequeretur quod non tam iusti quā peccatores aduersitates in hoc mundo patiantur. Videmus autē & iustis & peccatoribus aduersitates esse communes: & hoc est quod dicit, *& si impius fuero vae mihi est. id est aduersitates sustineo. & si iustus, non prius fui sed mo-*

do factus non propter hoc leuabor, quā vt à miseria subleuatus, ego dico existens, saturatus afflictione, quantum ad dolores. & miseria, quantum ad poenitentiam & confusionem. In saturitate autem abundantiam afflictionis & miseriae designat. & hoc videtur dicere contra dictum Eliphaz & Baldath suites. Dixerunt autem quod si conuerteretur ab aduersitate liberaretur. contra quod dicit, quod etiam si iustus effectus sit: non tamen propter hoc à miseria releuatur: quanuis pro praecedentibus peccatis si qua fuerint iam sufficienter punitus sit, quod per saturitatem afflictionis & miseriae designat. Et quia hoc ei ad superbiam<sup>3</sup> Eliphaz imputauerat, quod se innocentem dicebat, subiungit, *Et propter superbiam quasi leenam capies me.* Quasi dicat facis me imputari ab iis qui capiunt verba mea quasi leenam propter superbiam: & hoc ipsum quod sic malus reputabatur, erat ei poena super poenam: vnde subdit, *reuersus mirabiliter me crucias.* Quasi dicat prius venisti affligens me per subtractionem rerum & corporis vulnera: & nunc iterato redisti & euacuas me per amicos: quod est mirabile: quia ab amicis magis consolationem deberet accipere: vel hoc dicit quod maximè homo affligitur, cum ab amicis deridetur. Et qualis autem sit iste cruciatus, ostendit subdens: *Instauras testes tuos contra me.* Eliphaz enim & Baldath, dum videbantur iustitiam Dei defendere, & similiter socij eius, in quo quasi testes Dei se demonstrabant, contra Iob loquebantur eum de peccato arguentes: *Et sic multiplicas iram tuam.* id est effectum irae Dei. *aduersum me.* scilicet me multipliciter punis. & poena militat in me, quasi cum quodam auctore, & sine contradictione me impugnant. Milites enim consueuerunt cum auctoritate regia & absque vlla contradictione aliquem, qui reputatur reus, inuadere.

LECTIO III.



*Vae de vulua eduxisti me: Qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breuis? Dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem*



6 meum antequam vadam. & non reuertar ad terram tenebro-  
7 sam, & opertam mortis caligine. Terram miseriae, & tenebra-  
rum ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror  
inhabitans.

1 Terminauerat Iob inquisitionem suam, in hoc quod siue  
iustus, siue peccator esset, in tribulationibus multiplicibus  
subiacebat. Et ne aliquis posset credere Deum in eius tri-  
bulationibus delectari: vult inquirere an hoc verum esse  
possit. Inconueniens autem videtur, quod aliquis effectum  
suum producat, ad hoc quod malè se habeat, cum potius  
omne agens in suo effectu bonum intendat. Supponit autè  
sicut ex præmissis patet, se esse opus Dei, & ideo ab eo  
querit: *Quare de vltua eduxisti me.* Quasi dicat: nunquid  
propter hoc me nasci fecisti, vt tribulationibus subdas. Et  
2 quia posset aliquis dicere, quod etià sic in tribulationibus  
esse, melius est simpliciter quàm natū nō esse, excludit hoc  
dicens: *qui vti nam consumptus essem.* scilicet in materno vte-  
3 ro, ne oculus me videret. Id est ne confusionē paterer ex tan-  
tis malis, quæ in me oculi hominū conspiciunt. Et tamen si  
in materno vtero consumptus essem, habuissem dignitatē  
essendi sine miseria, quæ mihi existenti accidit: & hoc est  
quod dicit *fuissem.* quasi participās, id est participassem id  
quod bonū est in esse, *quasi non essem.* immunis forem à ma-  
4 lo huius vitæ, ac si nunquā fuisset. Non est dignitas hu-  
mani esse, vt in perpetuū cōseruetur, sed tandē homo mo-  
riatur & transferatur ad tumulū, qui mortuo præparatur  
ad hoc quod aliquis eius memoria post mortē remaneat,  
& hoc etiam mihi non defuisset. Vnde sequitur, *ex vtero*  
*translatus ad tumulum.* Nullus autem qui in pœnis alicuius  
delectatur, ita crudelis inuenitur, qui vel non ad modicū,  
vel affligendo cesset. Dato ergo quod de causa natiuitatis  
5 hominis non esset, tamē dies hominis breues sunt, & præ-  
cipuè in comparatione ad æternitatem Dei. Et ista etiam  
6 breuitas quando homo iam magnā partem vitæ transue-  
7 rit, cito finienda expectatur. Et hoc est quod dicit: *Nūquid*  
*paucitas dierum meorum.* Quia omnes dies vitæ meæ pauci  
sunt, *finietur breui,* iā ipsius paucitatis magna parte tráfacta:

non est ergo magna si de cætero à percutiēdo cesset. & hoc  
est quod concludit, *Dimitte ergo me.* Et si tibi durum vide-  
tur, quòd vel ad horā absq; afflictionibus sim: certum est 5  
quasi etià te cessante, à percussione nō mihi remanet vnde  
quædā, sed vnde doleā. Et hoc est quod subdit, *vt plangā*  
*pauculū dolorē meū.* s. quæ ex præcedentibus percussionibus  
cōcepi. Hoc autè dicit, quia percuti se adhuc reputabat: dū  
amici eū obiurgabāt, de quibus dixerat: *Instruas testes tuos*  
*cōtra me.* Et quia posset sibi respōderi, imo potius hoc mō-  
dico tēpore affligēdus es: quādo hinc transibis, cōsolatio-  
nem inuenies: quod posset esse dupliciter. Vno modo ite-  
6 rato redeūdo ad hāc vitā, & hoc excludit, *antequā vadā.* 6  
per mortem, & non reuertar, vt iterum viuam: quod potest  
exponi dupliciter. Vno modo vt dicat se non reuerti ad  
similem modum viuēdi, vt quidam fabulantur, vel melius  
dicendum quòd modo disputatoris loquitur, secūdum id  
quod aduersarij sentiunt, antequam veritas manifestetur.  
Infra autem Iob manifestè resurrectionis veritatē indica-  
bit: & ideo in omnibus præcedentibus loquitur de resur-  
7 rectione, supponendo opinionem eorū, cū quibus disputa-  
bat, qui non credebant aliam vitam esse nisi istam, & hac  
sola homines aut puniri aut præmiari pro malis ac bonis  
quæ agunt. Alio modo posset post finem huius vitæ con-  
solationem expectare in ipso statu mortis: sed hoc exclu-  
dit dicens, *ad terram tenebrosam.* Ad quam scilicet vadam  
post mortem. & potest hoc exponi dupliciter. Vno modo  
de inferno, ad quem animæ omnium hominum descen-  
debent, etiam iustorum, ante Christum: licet iusti ibi pœ-  
nas sensibiles nō paterentur, sed solū tenebras, alij verò  
& pœnas & tenebras. Sed quia Iob sic loquutus fuerat, ac  
si dubium esset vtrum ipse esset iustus: vt rei veritas erar,  
vel peccator, sicut amici eius calumniabantur.  
¶ Describit infernum cōmuniter, & quantum ad bonos &  
malos, accipiēdo ergo infernū, sic cōmuniter dicitur, *terra* 7  
*tenebrosa.* in quantum caret claritate diuinæ visionis, dicitur  
*operta mortis caligine.* quātū ad peccatū originale quod est  
caligo ducens ad mortem. Dicitur *terra miseria.* quantū ad  
pœnas quas ibi reprobi patiūtur. Dicitur *terra tenebrarum.*



quantum ad obscuritates peccatorum actualium, quibus mali inuoluuntur, dicitur autem esse ibi, *umbra mortis*. Id est similitudo mortis, quia sic affliguntur ac si semper morerentur. Dicitur autem ibi *nullus ordo esse*, vel propter confusionem mentium, quam patiuntur damnati: vel propter hoc quod ille ordo non ibi seruat. Hic enim ignis ardet & lucet, quod ibi non est, *sempiternus autem horror ibi inhabitat*. Quod licet semper doleant de poenis presentibus, semper tamen timet futuras: sed quia illi contra quos disputabat, immortalitate anime non ponebant, ut sic post mortem remaneret. Ipse autem adhuc loquitur secundum positiones eorum melius quam ad sensum: licet sic exponatur, ut totum referatur ad corpus, quod in terra sepelitur, & in terram conuertitur. Dicit ergo *ad terram tenebrosam*, quantum ad ipsam proprietate terre, quae in se opaca est. Sed licet in se sit opaca, tamen viuentes qui super terram habitant, illustrantur lumine aeris operientis terram: sed isto lumine mortui non perfruuntur. Vnde subdit, *operiam mortis caligine*. Quasi dicat facit ut post mortem aliquis non perfruatur lumine quo viui vtuntur. Contingit autem quandoque quod licet aliquis viuus lumine circumdante terram perfruatur: tamen in aliquo occulto loco terrae existens, fruatur desideratis quo ad appetitum, considerat aliquis virtutes quo ad intellectum: sed hoc mortui carent, vnde subdit, *terram miseri*. Quantum ad carentia omnium desiderabilium, & *tenebrarum*, in quantum deficit consideratio veritatum. Inter alia etiam, in quibus viui delectantur, praecipuum est societas humana cum debito ordine, quo quidam praesunt, & alij subsunt, & alij seruiunt, sed hoc mortui priuantur: vnde subdit, *ubi umbra mortis*. Quasi dicat apud mortuos non sunt nisi horribilia, secundum exterminationem viuientium, ut dicitur, Personae apparentes tristes pauorem illis dederunt. & *nullus ordo*. Quia absque differentia honoris & dignitatis simul est conditio mortuorum, sed *sempiternus horror inhabitat*, quantum ad viuentes, quibus horrore sunt mortui. Quasi dicat nihil est in statu mortuorum, nisi quae homines horrent: & hoc in sempiternum apud eos erit, si ad vitam non redeunt. Sic igitur Iob inquirendo causam suae tribulatio-

Sapient. 17

tribulationis, ostendit hoc non esse ab aliquo impio, in cuius manu data sit terra non esse a Deo calumniose opprimete: non esse a Deo culpa inquirente: non esse a Deo peccata puniente non esse a deo in poenis sibi complacete. Vnde adhuc remanet sub dubio causa tribulationis eius: quae omnia psequitur Iob, ut de necessitate inducat eos ad ponendum aliam vitam, in qua & iusti praemiantur, & mali puniantur: ex quo per ea nunc posita non potest reddi causa tribulationis iustorum, quos certum est aliquando in hoc mundo tribulari.

CAPITVLVM. II.

LECTIO I.



**R**espondens autem Sophar Naamathites, dixit: *1*  
 Nunquid qui multa loquitur non audiet: aut vir *2*  
 verbosus iustificabitur? Tibi soli tacebunt homi- *3*  
 nes: & cum ceteros irriseris, a nullo confutaberis. *4*  
 Dixisti enim: Purus est sermo meus, & mundus *5*  
 sum in conspectu tuo. Atque in animam Deum loqueretur tecum: *6*  
 & aperires labia tua tibi: ut ostenderet tibi secretum sapientiae. *7*  
 & quod multiplex esset lex eius: & intelligeres quod multo mi- *8*  
 nora exigatur ab eo, quam meretur iniquitas tua. Forsitan vesti- *9*  
 stigis Dei comprehendes: & visque ad perfectum omnipotentem *0*  
 reperies. Excelsior caelo est. Et quid facies? Profundior infer- *1*  
 no, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior *2*  
 mari. Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit: quis con- *3*  
 tradicet ei, vel quis diuertere potest, cur ita facies? *4*  
 Superius Iob inter caetera mala quae patiebatur, mirabili- *5*  
 ter cruciari se dixerat ab amicis suis: qui contra eum insurge- *6*  
 bant quasi testes pro Deo, a quo subito tactus. Sophar respon- *7*  
 dit: vnde dicit. Respondens autem Sophar Naamathites dixit: Num *8*  
 quid qui multa loquitur non audiet? Quasi dicat tu multa lo- *9*  
 quites inordinate, vnde non est mirum si ab amicis tuis repre- *0*  
 hensus es. Quod si homo, qui loquitur multa non reprehenderetur: sequeretur hoc inconueniens, quod homines ex hoc *1*  
 ipso quod sunt loquaces, iusti reputarentur. Vnde sequitur *2*  
 aut vir verbosus iustificabitur. Id est iustus reputabitur. *3*  
 Et quia posset dicere Iob sibi debere de ferri propter suam *4*  
 dignitatem, excludit hoc subdens: Tibi soli tacebunt homines, *5*  
 & cum ceteros irriseris, a nullo confutaberis. Intellexerat enim *6*

K





Job dixisse illos esse irrisores, in hoc quod testes Dei eos vocauerat, & in hoc quod supra dixerat. *Quare detraxisis sermonibus veritatis.* Et ideo dicit non esse mirandū, si etiam alij contra ipsum loquuntur. Sed fortē posset dicere, quod nō haberent quid dicerent contra eū, vel cōtra verba eius. Et ad hoc excludendum subdit: *Disisti enim purus est sermo meus.* Hoc accipit ab eo quod supradixerat, *Non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia apparebit, & mundus sum in conspectu tuo.* Hoc Iob expresse nō dixerat: sed ex verbis eius accipere volebat, quia disputauerat se non propter peccatum puni- tum, vel ex eo quod dixerat. *Scias quia nihil impiū fecerim, vel ex eo quod supra dixit. Nonne disimulavi, ponne flui.*

¶ Considerandum est autem quod cum peccatum sit obliquatio à lege Dei, non potest plene cognosci peccatum vel quantitas eius nisi lex Dei cognoscatur. Rectum enim est iudiciū sui ipsius & obliqui. Quod igitur, Iob se diceret immunē à peccato, & nō ita grauitur peccasse sicut puniebatur: ex hoc reputabat Sophar accidere, quod Iob legem Dei non perfecte cognosceret, & ideo dicit: *Atque utinam Deus loqueretur tecum.* Hoc videtur in sugillationē Iob dicere, quia dixerat: *Indica mihi cur me ita iudices.* Et potest dicere quod Deus simpliciter loquitur homini, cū eius cordi aliquid de sua sapientia inspirat, secundū illud psalm. *Audiam quid loquatur in me dominus Deus.* Labia autē sua aperit, cum per alios effectus hominibus aliquid reuelat. Labiis enim formantur voces, exterius, quibus interiores conceptus cordis exprimimus.

¶ Considerandum est autem quod ab intellectu diuinorum duplici ratione deficiamus. Primo quidē, quia cū inuisibilia Dei cognoscere non possimus, nisi per ea quæ facta sunt, ea verò quæ facta sunt, multum deficiunt à virtute factoris, oportet quod remaneant multa in factore consideranda, quæ nobis occultantur, & hæc vocantur secreta sapientie Dei, de quibus dixit: *Ue ostenderet tibi secreta sapientie sue.*

¶ Secūdo etiam quia ipsum creaturarū ordinem ad plenū comprehendere non possimus, secundum quod à diuina

prouidentia dispensatur. Aliter enim est in humano regimine, & aliter in diuino. Nam apud hominēs, quanto altius est superior in regēdo, tāto eius ordinatio ad vniuersalia solum se extendit: particularia verò relinquit inferioribus rectoribus dispensanda: & sic lex regis superioris rectoris est vtilis & simplex. Sed Deus quāto est superior in regendo, tanto eius ordinatio, & vsq; ad minima se extendit. Vnde lex sui regiminis non solum est secreta si respiciamus, ad altitudinē rectoris extendentē, vniuersam proportionē creaturæ, sed etiā est multiplex vniuersa, & singularia & minima sub certo ordine dispensans, & ideo addidit: *Et quod multiplex sit lex eius.* Et hoc quidē nō solum in rebus naturalibus est considerare, prout diuino subditur regimini, sed etiam in rebus humanis. Leges enim humana, quia non potuerūt earum latores omnia respicere, ad vtilia quædā respiciūt, quæ vt in pluribus accidunt. Qualiter autē vtilia statuta humana sint factis singulis applicanda, relinquitur prudentie operātis. Vnde in multis homo potest deficere à rectitudine, in quibus tamē contrariatur legi humanitas positę. Sed lex diuina, secundum quod est in sapientia Dei ad omnia particularia & minima se extendit: & sic nō potest cōtingere, q̄ homo in aliquo à rectitudine discordet, & non contrarietur legi diuine. Quia igitur homo ad ipsam legem diuinam, prout est in fecerō sapientie Dei inspiciendam pertingere non potest. Et per consequens nec eius multiplicitem agnoscere: contingit quod aliquādo non putat se cōtra legē Dei agere, cū non intelligat, vel parum delinquere cum multum delinquit. Vnde subdit, & intelligeros. Scilicet si essent tibi ostēsa secreta sapientie & multiplicitas legis Dei quod multo maiora exigantur ab eo. scilicet in sufferendo pœnas, quā meretur iniquitas tua. Quā vel non cognosces vel æstimas paruā, & in hoc videtur reprehendere quod Iob supra dixerat: *Vtinam appenderētur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quā patior in statere, quasi arena maris hæc grauis appareret.* Et quia proposuerat in diuina sapientia esse aliquid secretum quod nondum erat Iob ostensum, ne hoc posset negari per sequētia cōfirmat dicens. *Foris est vestigia*



*Dei comprehendens* Vestigia signa sunt perviam procedētis: opera autem Dei via ipsius dicitur, productio creaturarū à Deo, quidā processus Dei intelligitur in creaturas, prout scilicet diuina bonitas ab eo, in quo simpliciter & summè existit gradatim ad effectus deriuata procedit, dū superiora inferiorib⁹ meliora inueniūtur. Vestigia ergo Dei sunt, signa quadam in creaturis inuenta, ex quibus per omnes aliquatenus cognosci potest. Sed cum humana mens nec ipsas creaturas totaliter & perfecte cognoscere possit, multo minus & de ipso creatore perfectam notitiam habere potest: & ideo interrogando subdit: *Et usque ad perfectam omnipotentem reperies*. Quasi dicat si creaturas perfecte cognoscere non potest, multo minus nec creatorem, & signanter dicit reperies. Quia per quandam inquisitionem ratio ab effectibus procedit ad causam; quā dū per effectus cognoscimus, eam dicimur inuenire: Nec est mirum si creaturis non perfecte cognitis, creator nō perfecte cognoscitur: quia in creaturis non perfecte cognitis adhuc creator non perfecte cognoscetur. Tunc enim per effectus perfecte causa cognosci potest, quando effectus adæquant causæ virtutē, quod de Deo dici non potest: & ideo subdit, *Excelsior celo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoscēs? Longior terra mēsurā eius, & latior mari*. Hæc sub methaphoricè dicuntur. Non enim debet intelligi quod Deus qui incorporeus est, dimensionibus corporalibus distendatur. Sed magnitudinem virtutis sub similitudine describit corporalis magnitudinis, quia quantumcūque videntur esse magnæ vel latitudines vel profunditates, vel longitudines, deficiunt tamen à magnitudine virtutis Dei: quæ maiora facere potest. Et ideo signanter Deū omnipotentem prius nominauit. Ex hoc ergo ostendit quod perfectio in creaturis inueniri non potest: quia dato quod omnes creaturæ perfecte cognoscerentur, ex eis cognosci non posset virtus eius æqualiter, quia medium sumi non potest ad cognoscendum virtutem Dei, sed excedit omnem creaturam. Et hoc significat cum dicit, *Quid facies? & vnde cognoscēs?* Non solum autem diuina virtus excedit omnem creaturam in producendo, sed etiam in

conseruando. Non enim creaturæ conseruatio est nisi à Deo, nec est aliqua virtus in creatura quæ diuinæ voluntati resistere possit, si ipsam creaturam vltius conseruare non vellet. & ideo subdit, *Si subuerteris omnia*. in nihilum redigendo, subtrahendo, scilicet eis esse. *Vel in vnum coarctauerit*: confusionem inducendo, scilicet per subtractionē ordinis, quō res distinguit. *Quis contradicet ei*. id est quæ virtus creaturæ poterit esse contraria contra eius voluntatem conseruans vel se vel alia in esse. Sed ne aliquis dicat, quod licet nihil posset conseruari in esse, nisi per eum, tamen quasi ex debito res in esse conseruat. ideo ad hoc excludendum subdit: *vel quis dicere ei poterit cur ita facis*. Quasi ab eo exigens rationem de debito prætermisso.

LECTIO. II.

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9



*I*psæ enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nonne considerat? Vir vanus in superbia erigitur, & tanquā pullū onagri se liberū natum putat. Tu autem firmasti cor tuū, & expandisti ad Deū manus tuas. Si iniquitatē quæ est in manu tua abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia: tunc leuare poteris faciē tuā absq; macula, & eris stabilis & nō timebis. Misere quoq; obliuisceris: & quasi aquarū, quæ præterierūt, non recordaberis, & quasi meridianus fulgor surget tibi ad vesperam. Et cū te consumptū putaueris, orieris vt lucifer. & habebis fiducia propōita tibi spe, & defosus securus dormies. Requiesces, & non erit qui te exterreat. Et deprecabūtur faciē tuam plurimi. Oculi autē impiorū deficiēt: & effugium peribit ab eis, & spes illorum abominatio anime.

¶ Postquā ostēdit Sophar quod in diuina sapiētia est aliquid secretū, quod homini incomprehēibile est: procedit ad aliud manifestandum, quod prius supposuerat, scilicet quod Deus pro peccato ab homine exigat, & quod Deus facta hominū cognoscat. vnde dicit: Rectè dico quod exigātur tibi à Deo minora quā mereatur tua iniquitas. *Ipsæ enim nouit hominū varietates*, id est hominum facta varia. Vanā autem dici consueuerunt, quæ in stabilia sunt, eo quod debitīs finibus non stabiliuntur: ex hoc igitur est



vanitas hominis, quod cor eius in virtute non figitur, per quam solam potest stabiliri: & ex hoc, quod à veritate recedit, iniquitatem operatur, dum videlicet appetit illud, quod apparet bonū, loco eius quod est bonum. Vnde subdit. *Et videns*. scilicet Deus. *iniquitatem*, ex vanitate hominum provenire, *nonne considerat*. scilicet ad puniendum: Tunc enim iudex peccatum videns in cōsiderate pertransire, videtur, quando dissimulat & pœnam apponere non curat, quod de Deo videtur non esse dicendum: cum igitur ipse videat hominum vanitatem, pro iniquitate exigit pœnam. Sicut autē ex vanitate cōtingit quod homo ad iniquitatem declinat. ita ex eadē vanitate, provenit quod homo diuino iudicio se subiectū esse non reputat: & ideo subdit. *Vir vanus in superbiam erigitur*, vt scilicet suo superiori se subditū esse no credat: & hoc est quod subdit: *Et tanquam pullū onagri se liberum natum putat*. Onager asinus syluester est, cuius pullus dominio hominis nascitur liber. Pulli autem asinorum, qui ab hominibus possidentur, in seruitutem hominū nascuntur. Homines igitur, qui se diuino iudicio subiectos esse non putant, reputant se quasi pullos onagri natos, licet inueniant alios homines eiusdem conditionis diuino iudicio coerceri. Hoc in sugillationē beati Iob dicere videbatur, intelligens ex verbis eius, quod quasi de pari cum Deo vellet contendere, quia dixerat. Auferat à me virgam suam, & pavor eius non me terreat, loquar & non timebo eum, & ideo subdit. *Tu autem firmasti cor tuum*, vt scilicet defenderes iniquitatem tuam: & tamen cum hac cordis obfirmatione expandisti ad Deum manus tuas, orando scilicet supra cum dixit. Dicam Deo ubi me condemnare. Et ideo inutilis est oratio talis. Talis enim oratio est quando homo primo iniquitatem dimittit & postea à Deo petit vt à puniendo cesset, & hoc est quod subdit. *Si iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris à te*, vt scilicet desistas ab opere iniquo quod adhuc præ manibus habes. *Et non manserit in tabernaculo tuo iniquitas*. Vt scilicet quæ iniuste accepta reposita habes restituas: vel vt tuos familiares corrigas, pro quorum delictis interdū domini puniūtur propter negligentia corrigedi.

*Tu leuare poteris*, scilicet ad Dominū orando. *Faciem tuam absque macula*, scilicet culpæ, & sic venisset condemnatio, primo quidem quātūm ad futura, vnde subdit. *Et eris stabilis*. Vt scilicet vterius pro tribulatione non mouearis. *Et non timebis*. Futura pericula, & quia aliquādo licet non timeat de futuro homo, tamen affligitur pro iis quæ amisit & passus est subiūgit. *Miseria quoque*, scilicet quam hæcenus passus es. *obliuisceris*. Propter abundantiam bonorū superuenientium, & hoc exēplo confirmat cum subdit. *Et quasi aquarum quæ præterierunt non recordaberis*. Quasi dicat quia homo post tempestatē pluuiæ cum serenitas aduenerit pluuiarum præcedentium obliuiscetur, vel propter hoc, quod aquæ fluuiorum citissime fluunt, & earum postquam transeunt nulla restat memoria, sed quia contra promissionem prosperitatis in hac vita Iob supra duo pposuerat scilicet deustationem proprii corporis cum dixit. *Induta est caro mea putredine*. Et præteritionē dierum vite suæ cum dixit. *Dies mei velocius transferunt*, &c. Homo ad vtranque obiectionem excludendam subiūgit. *Et quasi meridianus fulgor confur tibi ad vesperam*. Ac si dicat licet tibi videatur quod dies tui pertransierint & vita tua sit in fine quasi ad vesperam, tamen tanta poterit superuenire prosperitas quod quasi reducet te ad gaudium iuuentutis tuæ, sicut enim per vesperam intelligitur, senectus, ita per meridiem, iuuentus, fulgorem autē vocat claritatem terrenæ prosperitatis contra hoc verō dixerat de consumptione proprii corporis, subiūgit. *Et cum te consumptum putaueris*, scilicet propter infirmitatem quam passus es. *Orietur vt lucifer*. Id est ad pristinum decorem reuertetur cor tuum, & quia supra Iob dixerat, quod dies sui consumpti erant absque vlla spe, ideo subiūgit. *Et habebis fiduciam proposita tibi spe*. Id est, quia supra Iob improbauerat op. dicentium quod homo post mortē transactis multis seculis, iterū rediret ad hunc mundum viuendi, non huius rei sibi spem dicit esse propositā, sed secundum quod homo post mortem viuere in memoriis hominum, quod quidem ex duobus cōtingit. Vno quidē modo ex tumulis, in quibus corpora mortuorum conduntur, vt conseruetur memoria defunctorum, vnde & mouet.



menta dicuntur, & quantum ad hoc dicit. *Et defossus securus dor.* Quasi dicat nullus sepulchrum tuum violabit, nec etiam timendum erit quod aliquis attentet, vnde subdit. *Requiesces & non erit qui ex.* Alio modo mortui viuunt in memoriis hominum, propter bona quae fecerunt, dum uerent, ex quibus eorum vita desideraretur, & quantum ad hoc subdit. *Deprecabuntur faciem tuam plurimi.* Id est, plurimi exoptabunt praesentiam tuam, vel reuerentiam exhibebunt tumulo tuo memorantes beneficia tua. Et quia hoc promiserat si Iob ab iniquitate uellet discedere, ostendit consequenter quod iniqui ista non dantur, & ideo subdit. *Oculi autem impiorum deficient.* Quia uident bona quae exoptant, non obtinebunt, tunc enim oculi alicuius deficere dicuntur, quando aspicit ad aliud apprehendendum, ad quod attingere non ualet, & sic bona desiderata non adipiscuntur, ita etiam mala quae patiuntur vel timent vitare, non possunt, vnde sequitur. *Et effugium peribit ab eis.* Quia scilicet non poterunt fugere mala post mortem, vel non erunt in ueneratione vel desiderio, sed in abominatione propter mala quae fecerunt, hoc est quod subditur. *Et spes eorum abominatio anime.* Id est, illud quod de eis potest sperari post mortem, est quidem abominabile.

CAPITVLVM XII.  
LECTIO I.

1 **R**espondens autem Iob dixit. Ergo vos estis soli homines, & uobiscum morietur sapientia. Est mihi cor sicut & uobis, nec inferior uestri sum. Quis enim haec quae uostis ignorat? Qui deridetur ab amico suo, sicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum. Deridetur enim iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuinum parata ad tempus statutum. Abundant tabernacula praedonum, & audacter pronocant Deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum. Nimirum interroga iumenta, & docebunt te, & uolatilia caeli, & indicabunt tibi. Loquere terra, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat quod omnia haec manus Domini fecerit. In cuius manu anima omnis uiuentis, & spiritus uniuersae carnis hominis.

¶ Sophar in uerbis praecedentibus conatus fuerat ostendere, quod secreta sapientiae Dei homo comprehendere non potest, ad sugillandum Iob, qui quasi cum Deo disputationem requirere uidebatur, & sicut ex uerbis eius & aliorum amicorum perpendi potest, circa tria eorum uersabatur intentio. Primo enim studebant ad dicendum aliqua magnifica de Deo, extollentes eius sapientiam, & potentiam, & iustitiam: ut ex hoc eorum causa fauorabilior appareret.

¶ Secundo huiusmodi magnifica de Deo assumpta, ad falsa quaedam dogmata applicabant, utpote quod propter iustitiam homines prosperarentur in hoc mundo, & propter peccata tribularentur, & post hanc uitam non esset aliquid expectandum.

¶ Tertio, ex huiusmodi assertionibus, propter aduersitatem quam patiebatur Iob, arguebant eum, quasi iniquum, & promittebant quidem inania, si iniquitatem desereret, utpote quod defessus securus dormiret, & quod ad uesperam oriretur ei fulgor meridianus, quae Iob quasi irrationes reputabat, & circa hoc tota Iob responsio uersabatur. Primo ergo contra eos loquitur de hoc, quod se extollabant quaedam magnalia de Deo proponentes, ac si soli ipsi ea scirent, & Iob ea ignoraret, & ideo dicitur. *Respondens autem Iob dixit, ergo uos estis soli homines.* Quod sequitur, si uos solos scire reputatis de magnitudine Dei, quae omnes homines cognoscunt, & cum in cognitione magnitudinis Dei consistat sapientia. Sequitur quod si hoc soli uos scitis, quod in uobis solum sit sapientia, & ita uobis cessantibus, sapientia cessat, & ideo subdit, *Et uobiscum morietur sapientia.* Quasi dicat inconueniens est, vel quod uos soli sitis homines, vel quod uos soli sitis sapientes. Sed quia possent dicere non soli nos scimus, sed tamen tu nescis, respondit subdens. *Et mihi est cor.* Scilicet ad haec scienda, sicut & uobis, nec inferior uestri sum. Quantum scilicet ad hanc cognitionem, & ne hoc arrogantia possit ascribi, subiungit. *Quis enim haec quae uostis ignorat? Quasi dicat non est magnum si dico me scire ea quae scitis, & quia non est magnum ea scire, cum quilibet ea sciat, sed quia haec me ignorare re-*



putatis, me contemptui habere videmini, quasi ignorem  
 ea quæ omnes sciunt, vnde subdit. *Qui deridetur ab amico.*  
 Scilicet sicut ego à vobis: scilicet dum me insipientem re-  
 putatis. *Inuocabit Deum, & exaudiet eum.* Quia vbi deest  
 auxilium humanum, ibi maxime adest auxilium diuinum,  
 secundum illud, Quoniam pater meus & mater mea dere-  
 liquerunt me, Dominus autem assumpsit me, & in hoc vi-  
 detur quasi respondere ei quòd scilicet dixerat Sophar. |  
 Tunc leuare poteris faciem tuam, aliud est si dicant non  
 egent me amplius, expectant ad fiducialiter orandum, quia  
 ex hoc ipso, quòd ab amicis derideor datur mihi spes re-  
 4 currendi ad Deum. A Deo quare autem irrisus ab amico  
 exaudiatur ostendit subdens. *Deridetur enim iusti simplici-  
 tas.* Vbi ostendit & qui sunt qui derideant, & quare, & et-  
 iam à quibus, cum subdit. *Lampas contempta apud cogitatio-  
 nes diuitum.* Derideri enim deficientis est, deridere autem  
 superabundantis. Qui autem in virtutibus superabundant,  
 eos qui in virtutibus deficiunt non irridet, sed magis com-  
 patiuntur, & iuuant si possunt. Sed illi qui in temporalibus  
 abundant, maxime solent irridere eos, qui in temporalibus  
 deficiunt, & precipue quando studium non adhibent  
 ad temporalia conquirenda, studium autem iustorum non  
 est ad temporalia conquirenda, sed ad rectitudinem se-  
 quendam. Vnde à fraudibus & dolis abstinent: quibus  
 plerunque diuitiæ acquiruntur, & ex hoc simplices repu-  
 tantur, ergo vt plurimum deridentur iusti. Causa autem  
 irrisionis est simplicitas, sed non sic irridetur, quasi ma-  
 lum manifestum, sed quasi bonum occultum, & ideo hæc  
 simplicitas vocatur lampas propter claritatem iustitiæ.  
 Sed contempta apud cogitationes diuitum, scilicet qui fi-  
 nem suum in diuitiis ponunt, qui enim summum bonum  
 in diuitiis ponit, oportet quòd cogitet quòd in terra sunt  
 aliqua magna bona in quantum magis profunt ad diuitias  
 conquirendas, vnde oportet quòd ei sit contemptibilis  
 iustorum simplicitas, per quam diuitiarum multiplicitas  
 impeditur. Sed licet ipsa simplicitas iustorum in cogita-  
 tionibus diuitum contemnatur, tamen suo tempore à fine

debito, non fraudabitur, vnde dicit, *Parata ad tempus sta-  
 tutum.* Non autem dicit hoc quasi in aliquo tempore præ-  
 sentis vite iustus pro sua simplicitate aliqua terrena prof-  
 peritas sit reddenda, sed indeterminatum relinquit quid  
 sit istud tempus statutum, & ad quem finem iustorum sim-  
 plicitas præparetur, Nondum enim ad hoc disputatio per-  
 uenit, sed in sequentibus ostendetur. Sic igitur Iob occul-  
 te insinuat, quare ab amicis irridetur, quos diuites vocat,  
 quia prosperitatem huius mundi finem hominis, pone-  
 bant, quasi præmium iustitiæ hominis. Ipse autem sua sim-  
 plicitate, non hoc præmium quærebat, sed alio in tem-  
 pore statuto, & ideo fiduciam habebat, vt si inuocaret Do-  
 minum, ab eo exaudiretur, quia diuites iusti simplicitatem  
 irridentes, non in hoc sistant, sed vsque ad contemptum  
 Dei procedunt, vnde subditur, *Abundant tabernacula præ-  
 donum.* Consequens autem est quòd ex quo finem suum in  
 diuitiis ponunt, quòd omnes vias exquirant ad hunc fi-  
 nem consequendum, vel fraudando vel quocunque alio  
 modo, & sic efficiuntur prædones, & dum prædantur, di-  
 uitiis abundant, ex hac autem abundantia sequi Contem-  
 ptus Dei, vnde subditur. *Et audacter prouocant Deum.*  
 Tunc enim aliquis aliquid audacter facit, quando credit  
 hoc esse bonum quòd facit, cum enim conscientia eum re-  
 morderet de malo, non sine timore hoc perpetrat malum,  
 quia vt dicitur. Sapien. 17. Cùm sit timida nequitia, data  
 est in omnium condemnationem. Qui autem finem vlti-  
 mum in diuitiis ponunt, ex hoc existimant bona omnia esse,  
 per quæ hunc finem consequuntur. Manifestum est autem  
 quòd cum diuitias acquirunt prædando, prouocant  
 Deum, contra eius iustitiam facientes. Vnde consequens  
 est, quòd audacter prouocent Deum, vel aliter ex diui-  
 tiis quòd homo in superbiam erigitur, putans se per eas  
 sibi sufficere, & ex hoc contemnit Deum audacter, in di-  
 uitiis suis confidens, secundum illud Deutero. 32. In cras-  
 satus est dilectus: & recalcitrauit. Sed quia dixerat abunda-  
 re prædonum tabernacula, qui prouocant Deum, ne forte  
 responderent, quia talis abundantia non est à Deo, subit-



D. THOMAS

git, cum ipse dederit omnia in manus eorum: Idest in potestate eorum. Quia potestas nocendi alicui non est nisi à Deo, voluntas autem malefaciendi non est nisi à seipso, & ideo in hoc quòd prædantur, Deum prouocant: sed abundantia consequens est eis à Deo, & hoc consequenter probat cum subdit. Nimirum interroga iumenta & docebunt te: & volatilia celi, & indicabunt tibi. &c. Quod autem omnia ista interrogata respondeat ostendit subdens, quis ignorat, & quod omnia hæc manus domini fecerit, hoc ergo est quòd omnia consistuntur se à Deo esse facta. Tunc autem homo creaturas interrogat, quando eas diligenter considerat, sed tunc interrogatæ respondent, cum per considerationem ipsarum homo percipit, quòd tanta ordinatio & conuenientia, quæ inuenitur in dispositione partium, in ordinè vniuersi nullo modo posset esse, nisi ab aliqua superiori sapientia dispensante. Si autem huiusmodi creaturæ à Deo factæ sunt, Manifestum est quòd in Dei potestate sunt, sicut artificiatæ in potestate artificis, & ideo subdit. In cuius manu, idest potestate, est anima omnis viuentis, & non solum aliorum animalium, sed & spiritus vniuersæ carnis hominis. Si autem in potestate eius sunt, manifestum est quòd nullus rerum abundantiam habere potest, nisi ab ipso, secundum illud. Dominatur excelsus in regno hominum, & cuiuscunq; voluerit dabit illud. Manifestum est igitur quòd & terram & animalia de quibus supra dixerat: in quibus humanæ diuitiæ consistunt, nullus homo habere potest, nisi Deus in manu eius dederit: & sic si prædones abundant, Deus dedit in manibus eorum per hoc ergo confutatur illorum opinio, qui ponebant diuitias à Deo dari pro merito iustitiæ, cum etiam prædonibus à Deo dentur.

Dan. 4.

LECTIO II.

**N**onne auris verba diiudicat, & fauces comedentis saporem. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Apud ipsum est sapientia & fortitudo, & ipse habet consilium & intelligentiam. Si destruxerit, nemo est qui adificet: si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. Si contumuerit aquas om-

nia siccabuntur, si emisit eas, subuertent terram. Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur. Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. Baltheum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum. Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat. Commutatans labium veracium, & doctrinam seruum auferens, Effundit despectionem super principes, & eos qui oppressi fuerant, reuelat. Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis. Qui multiplicat gentes & perdit eas, & subuersas in integrum restituit. Qui immutat cor principum populis terra & decipit eos ut frustra mcedant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce: & errare eos faciet quasi ebrios. Quia superius posuerat Iob ea quæ Sophar de excellentia diuinæ magnitudinis dixerat esse omnibus manifesta, intendit hic ostendere quòd hoc ad notitiã hominũ peruenire potest per experimentum diuinæ potentia & sapientia in rebus humanis. Primo manifestat quomodo homines per experimentum à sensibus in rerum cognitionem deueniant, dicens. Nonne auris verba diiudicat, scilicet dũ ea audit, & fauces comedentis saporem, nonne diiudicant. Quia experimentum à sensu est, conuenienter per iudiciũ sensuum virtutem experimẽti manifestat, & præcipue per auditum & gustum, quia auditus inter omnes sensus est disciplinabilior. Vnde plurimum ad scientias contemplatiuas valet. Gustus autem est perceptiuus odorum: qui quidem sensus homini necessarij sunt ad vitam: vnde per iudicium gustus experimentum significat, quòd de rebus actiue vitæ habetur, & propter hoc ex iudicio duorũ sensuum tangit virtutẽ experientiã in speculatiuis quã in operatiuis, cum subdit, in antiquis est sapientia, quæ ad cõtemplationem pertinet, quia scilicet antiqui multa audierint, & in multo tempore prudentia, quæ ad actionẽ pertinet: quia scilicet in multo tempore homines multa degustant vtilia vel nociua. Sic igitur manifestata experientiã virtutẽ, subiungit id quòd homines de Deo experiri possunt, cum dicit, apud ipsum est sapientia & fortitudo: & ipse habet consilium & intelligentiam, vbi quatuor Deo attribuit, quæ se per fortitudinem ordinem habent. Nam primum quidem est occulta cognoscere Dei.

De intelligentia, potentia, consilio, & fortitudine.



scere quod ad intelligentiam pertinet. Secundum est ex iis quæ homo intelligit, inuenire in actiuis quidem vias commodas ad aliquem finem, quod ad consilium pertinet: sicut & in speculatiuis per ea quæ homo intelligit, rationes deducit ad aliquas conclusiones cognoscendas. Tertium autem est vt de iis quæ homo adinuenit: rectum iudicium habeat, quod ad sapientiam pertinet. Quartum autem est, vt ea quæ aliquis iudicat esse facienda, potenter exequatur, & ad hoc pertinet fortitudo, quia vero experimentum procedit a sensibilibus: quæ licet sint priora secundum nos sunt tamen simpliciter & secundum naturam posteriora: ideo incipit ostendere quomodo homines experiri possunt, fortitudinem diuinam. Et primo quidem in ipsis rebus humanis: videmus enim quod aliqui homines totaliter destruuntur, vel per mortem, quantum ad esse nature: vel per omnimodam abiectiõnem, quantum ad esse ciuile, cum non habeant multos manutentores. Vnde cum adiuuari non possint, ne ad destructionem perueniant, manifestum est quod ab aliqua occulta causa & diuina & excedente humanam virtutem: hoc contingit quod virtus humana resistere non possit: & hoc est quod dicit, *si destruxerit, nemo est qui te adificet*. Item videmus aliquos homines in suis processibus impediri, etiam si non totaliter destruantur: licet habeant plurimos directores. Vnde manifestum est, quod hoc etiam ab aliqua excellentiori virtute fit: vnde subditur, & si incluserit hominem, scilicet inuoluendo eum diuersis difficultatibus, *nullus est qui aperiat*, idest qui eum expedire possit, vnde dicitur. Nemo potest corrigere eum quem Deus despexit.

Eccl. 7.

¶ Deinde ostendit quomodo possint homines experiri diuinam potentiam in rebus naturalibus: præcipue quantum ad pluias & siccitates, vnde dicit, *et si continuerit aquas, ne scilicet pluendo cadant, omnia siccabuntur, scilicet quæ ex terra germinant, et si miserit eas, scilicet in magna abundantia subuertet, terram, sicut in diluuiõ accidit: & licet hoc ex aliquibus causis naturalibus proueniat, scilicet quod aliquando pluuiæ cessent vsque ad omnimodam siccitatẽ, aliquando autem abundant vsque ad terræ subuersiõnem,*

non tamen hoc à diuina potentia subtrahitur: quæ ipsas naturales causas ad proprios ordinauit effectus. Sic igitur quasi ex præmissis concludens subdit, *apud ipsum est fortitudo*. Deinde incipiens progredi ad secundum membrum adiungit, *et sapientia*, scilicet est quod proponens manifestare intendit. Est autem proprium sapientiæ, vt per ea rectum iudiciũ habeatur de rebus, ille autem recte iudicat de rerum veritate, qui potest discernere quomodo aliquis decipiatur à veritate declinans, ad ostendendum quod in Deo sit sapientia: subdit, *ipse nouit decipientẽ et eum qui decipitur*, idest discernit recto iudicio deceptiones, quibus aliquis prætermittit veritatem, deuiando à recta veritatis cognitione: & hoc quidem supponit ab eo in quo communitur ipse & amici conuenit, in hoc scilicet quod res humane diuino iudicio subduntur, de quibus iudicare non possit, nisi peccata cognosceret, inter quæ magnum locum obtinent deceptiones & fraudes.

¶ Deinde ostendit per ea quæ in rebus humanis apparent, quod apud Deum sit consilium. Circa quod tamen considerandum est, quod sicut & Deus scit principia speculatiuarum scientiarum, & conclusiones & ordines eorum adinuicem, non tamen per principia conclusionum cognitionem acquirit, sed omnia potest: & simpliciter cognoscit, ita & in operatiuis, & fines, & ea quæ sunt ad finem, nouit: & quarit quæ ad fines aliquos consequendos expediât, non tamẽ vias ex finibus inquit: sicut nos dum consiliamur, sicut igitur in deo dicitur esse ratio inquantum cognoscit ordinem principiorum ad sequentia, non tamẽ ei conuenit inuestigare aliquid per modum rationis: vt ratio facit sic apud ipsum dicitur esse consilium: non per modum inquisitionis, sed per modum simplicis & absolute cognitionis. Profunditas autem alicuius in consiliis, ex duobus perpendi potest. Primo quidem quando subtilitate sui consilij aduersarios, etiam si exercitati in consiliis videantur: ad hoc deducit eos quod necesse sit eis deficientibus omnibus viis eorum ad finem inconuenientem peruenire: & quantum ad hoc dicit, adducit consiliarios in stultum finem, impediendo, scilicet profunditate sui consilij vias quas inueniunt ad finem huiusmodi euitandum. Secundo, autem



ostēditur profunditas alicuius in consiliis, quando aduersarios ad hoc deducere potest subtilitate sui consilij: vt ignorent quid eos oporteat agere, & quantum ad hoc subdit: *& iudices in stuporem*, scilicet adducit Dicit autem iudices sapientes, qui de agendis rectum consilium consueverunt habere, sicut etiam & in disputationibus speculatiuis accidit: quod aliquis efficax disputator haberetur qui aduersarium ad inconueniens deducere posset, vel propositum taliter firmare: quod in contrarium nihil dici possit, sic autem & Deus contra suos aduersarios facit, quia & per vias quas ipsi eligunt, eos ad perditionē ducit & suam virtutem & opera sic firmat: vt ab aduersariis comoueri non possit: & quia hoc generaliter dixerat: consequenter per spiritualia exempla manifestat, ostendens quomodo omnia, quæ in rebus humanis excellere videntur, profunditate diuini iudicij, consilij in stultum finem & stuporem adducuntur. In rebus autem humanis excellunt reges secundum potentiam: & quantum ad hos dicit, *baltheum*, idest cingulum militare, *regum dissoluit*, in cingulo enim eorum potentia designatur, secundum illud, Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, *& præcingit funes renes eorum*. Scilicet dum in captiuitatē trahuntur: in quo maximus defectus potentia denotatur. Sacerdotes autem excellunt quantum ad reuerentiam in qua habentur, de quibus subdit: *ducit sacerdotes in glorios*, primates autem & consiliarij ciuitatis aut regni excellere videntur secundum prudentiam in consiliis, & iis subdit, *& optimates supplantat*, idest decipit. Philosophi autem excellunt in consideratione veritatis: & de iis dicit, *commutans labium veracium*, idest eorum qui ad veritatem loquendum studēt aliquando enim Deus obnubilat eorum mentem, per subtractionem suæ gratiæ, ne veritatem inuenire possint: & per consequens nec loqui secundum illud. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, excellunt etiam senes in directione iuuenum, & de iis subdit, *Et doctrinam senum auferens*. Vel quia senes infatuantur, vel quia totaliter de medio subtrahuntur, secundum illud. Auferet Dominus iudicem & prophetam & ariolum & senem, excellunt autem principes in

Psal. 44.

Matt. 1.

Esai. 3.

auctoritate, quam habet aliis præcipiendi: & de iis subdit, *effudit despectionem super principes*, vt scilicet despiciantur sub iis qui eis obedire debebant, hæc omnia pertinere videntur ad hoc quod dixerat, *adducit consiliarios in stultum finem*, sed quod aliquando aliqui ex infimo statu promoueantur ad summum, pertinere videtur ad hoc quod dixerat, *& iudices in stuporem*, & quantum ad subditos, *& eos qui oppressi fuerant reuelat*, & hoc referatur ad impotentes: potentia maiorum oppressos qui oppressoribus deiectis interdum ad statum potentia eleuantur, quantum vero ad eos qui nullius sunt gloria: sed in limo statu latent subdit, qui reuelat profunda de tenebris, scilicet homines in infimo statu positos: & propter hoc innotos in tenebris existentes, in gloriam adducit eis aliqua reuelando, quantum vero ad eos qui ignorantes reputantur stulti, subdit, *& producit in lucem umbram mortis*, verba enim mortis ignorantia esse videtur, vel stultitia, quæ per cognitionem maximè viuientia & non viuientia distinguantur. Producit ergo in lucem umbram mortis, quando vel ignorantibus sapientiam tribuit, vel eos qui sapientes non erant, sapientes esse demonstrat: quorum sapientia erat prius ignota, vt sic quod dictum est, eos qui oppressi fuerant, reuelat: dicatur quasi in oppositum eius quod dixerat, *baltheum regum dissoluit*, quod vero subditur, *qui reuelat profunda de tenebris*, contra id quod dixerat, *ducit sacerdotes in glorios* quod vero subdit, *& producit in lucem umbram mortis*. Contra omnia quæ sequuntur, sicut autem huiusmodi alterationem sublimitatis, & deiectionis, contra singulares personas à Deo fieri dixerat: hoc idem & circa totam gētem ostendit, subdens, *qui multiplicat gentes*, scilicet numerositates hominum, *& perdit eas*, idest destruit aut bellis aut pestilentijs, *& subuersas*, vel ex iis casibus, vel oppressione alicuius, vel aliquorum qui inique præsent, *in integrum restituit*, idest ad bonum statum reducit. Ostendit igitur quod in Deo sit fortitudo sapientia & consiliu, vltimo ostendit quod in Deo sit intelligentia, quam diximus pertinere ad cognitionem oculorum, quæ maximè videntur esse quæ in corde latent. Hic autem Deum co-



gnoscere ostendit, per hoc quòd in cordibus hominum operatur, & sic tã occultata cordium, quã suos effectus cognoscit, dicit ergo, *qui immutat cor principum populi terre, quantum scilicet ad voluntatem, vnde dicitur. Cor regũ in manu domini, quocũque voluerit inclinabit illud, & licet omnium hominum Deus inclinet volũtates, tamen spiritualis mentio fit de regibus & principibus, quia eorum voluntates maius pondus habent: vt pote quorum volũtates multi sequuntur, quantum vero ad intellectũ subiuñgit, & decipit eos, quod quidem dicitur, non quòd in falsitate eos inducat, sed quia lumẽ suum eis subtrahit, ne veritatem cognoscant: & eorum rationem obnubilat, ne ad mala quæ proponunt consequeda, vias idoneas inuenire possint, vnde sequitur, *vt frustra incedant per inuium, id est vt procedant per vias non conuenientes, quibus ad finem suum peruenire non possint. Conuenit autem aliquem errare in agendis dupliciter, vno modo per ignorantiam, & quantum ad hoc dicit, palpabunt in tenebris: & non in luce, vt per tenebras ignorantia, per lucem cognitio designetur, palpant autem aliqui per ignorantiam ad modum cæcorum, dum non considerant nisi quæ præfentialiter tangendo sentiũt. Alio modo errant aliqui in agendis propter passionem, quibus eorum ratio ligatur circa particularia: vt ne vniuersalem cognitionem applicent ad agendum: & quantum ad hoc subdit, & errare faciet quasi ebrios, sic enim ligatur passione ratio sicut quadam ebrietate.**

## CAPITVLVM XIII.

## LECTIO I.

**A**udite ergo correctiones meas, & iudicium labiorum meorum attendite. Nunquid Deus indiget vestro mendacio vt pro illo loquamini dolos. Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini. Aut placebit ei quem celare nihil potest, aut decipietur vt homo vestris fraudulentis. Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis. Statim vt se commouerit, turbabit vos, & terror eius irruet super vos. Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum certices vestre.

**¶** Postquam ostenderit Iob quod per experimentum cognosci poterat diuinæ virtutis excellentia: quasi concludens subdit: *Ecce hæc omnia vidit oculus meus, & c. quasi dicat effectus prædictos, quibus diuina fortitudo, & sapientia ostenditur, partim visu, partim auditu cognouit, nec in iis sensibilibus effectibus mea cognitio requieuit, sed ex eis ad intelligentiam veritatis ascendi, vnde subdit, & intellexi singula, quid scilicet singuli effectus demonstrant circa diuinam, vel eius sapientiam, vel intelligentiam, vel consilium, vel fortitudinem. Vnde eorum iactantiam excludens, qua magnifica de Deo præponendo se Iob præferre videbantur, subdit, secundum scientiam vestram & ego noui, ea scilicet quæ ad Dei magnificentiam pertinent, nec inferior vestri sum, quasi vel minus vel imperfectius ea cognoscerem, vel à vobis modo addidicerem, sed quia sophra excellentiam diuinam proposuerat ad arguendum Iob de eo quòd cum Deo disputare moliretur, subiungit, sed tamen ad omnipotentem loquar, quasi dicat quamuis intelligam ex diuersis eius effectibus excellentiam diuinæ sapientia & virtutis, non minus quàm vos: tamen per hoc rationabiliter à meo proposito, non mutor: quin Deum alloqui velim, motus cordis mei aperiendo ei, qui est cordium scrutator & iudex: & ab eo qui totius veritatis est doctor veritatem exquirendo, vnde subdit, disputare cum Deo cupio, non quidem vt eius iudicia disputare velim, sed vt vestros errores destruam i quibus suppositis, sequeretur quòd essem iniustus apud Deum, vnde subdit, prius vos ostendens fabricatores mendacij. Quia hoc mendacium adinuenerant, quod Iob iniquam vitam duxisset,*

*audite ergo correctiones meas, & iudicium labiorum meorum attendite. Nunquid Deus indiget vestro mendacio vt pro illo loquamini dolos. Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini. Aut placebit ei quem celare nihil potest, aut decipietur vt homo vestris fraudulentis. Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis. Statim vt se commouerit, turbabit vos, & terror eius irruet super vos. Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum certices vestre.*

**¶** Postquam ostenderit Iob quod per experimentum cognosci poterat diuinæ virtutis excellentia: quasi concludens subdit: *Ecce hæc omnia vidit oculus meus, & c. quasi dicat effectus prædictos, quibus diuina fortitudo, & sapientia ostenditur, partim visu, partim auditu cognouit, nec in iis sensibilibus effectibus mea cognitio requieuit, sed ex eis ad intelligentiam veritatis ascendi, vnde subdit, & intellexi singula, quid scilicet singuli effectus demonstrant circa diuinam, vel eius sapientiam, vel intelligentiam, vel consilium, vel fortitudinem. Vnde eorum iactantiam excludens, qua magnifica de Deo præponendo se Iob præferre videbantur, subdit, secundum scientiam vestram & ego noui, ea scilicet quæ ad Dei magnificentiam pertinent, nec inferior vestri sum, quasi vel minus vel imperfectius ea cognoscerem, vel à vobis modo addidicerem, sed quia sophra excellentiam diuinam proposuerat ad arguendum Iob de eo quòd cum Deo disputare moliretur, subiungit, sed tamen ad omnipotentem loquar, quasi dicat quamuis intelligam ex diuersis eius effectibus excellentiam diuinæ sapientia & virtutis, non minus quàm vos: tamen per hoc rationabiliter à meo proposito, non mutor: quin Deum alloqui velim, motus cordis mei aperiendo ei, qui est cordium scrutator & iudex: & ab eo qui totius veritatis est doctor veritatem exquirendo, vnde subdit, disputare cum Deo cupio, non quidem vt eius iudicia disputare velim, sed vt vestros errores destruam i quibus suppositis, sequeretur quòd essem iniustus apud Deum, vnde subdit, prius vos ostendens fabricatores mendacij. Quia hoc mendacium adinuenerant, quod Iob iniquam vitam duxisset,*

In hoc autem mendacium deuenerant propter hoc quòd circa fidem, qua Deus colitur, errabant: credentes quòd in hac vita tantum fieret meritum & pœnarum retributio, & ideo subdit, *& cultores peruersorum dogmatum*, quicumque enim à vera cognitione Dei declinat non Deum, sed sua falsa dogmata colit, non autem sic intelligendum est quòd dicit, *prius vos ostendens*, quasi prius in ordine sequentis doctrinæ destructurus sit praua eorù dogmata, & postmodum cum Deo disputaturus, sed quia dum cù Deo disputare intendit, hoc primum est in intentione sua, vt eorum dogmata destruat. Contingit autem quandoque vt aliqui aliqua probabilia vel falsa proponant, sed dum ea verisimiliter defendere nesciunt, aut probare in loquendo suam insipientiam manifestant, quod amicis Iob continebat, & ideo subdit, *Atque uinam taceretis: vt putaremini esse sapientes*, quia hoc ipsum quòd uestra falsa dogmata inconuenienter defenditis & probatis, vos insipientes esse demonstrat, quia ergo falsa dogmata proponitis, & ad eorum manifestationem incouenientia media assumitis, ideo correctione indigetis: & hoc est quod concludit subdens, *audite ergo correctiones meas*, quibus uestrù processum corrigam, *& iudicium labiorum meorum attendite*, quòd uestra falsa dogmata condemnet. Primo autem intendit corrigere eorum inconuenientem processum, quod proponebant bonorum & malorum operum præmia & pœnas in hac uita retribui: ad iustitiam Dei defendendam iam oportebat quòd quedam mendacia assumerent, cum enim manifestum sit quosdam innocentes & iustos in hac uita aduersitatibus premi necesse erat eis iustis imponere crimina ad Dei iustitiam defendendam, & sic Iob, quem afflictum uidebant, impietatis arguebant. Non autem conuenienti medio uirtus qui ueritatem per mendacia defendit: & ideo dicit, *nunquid Deus indiget mendacio uestro*, quasi dicat nunquid necessarium est quòd ad defendendum diuinam iustitiam: mendacia assumantur. Quod enim non potest, nisi per mendacia defendi, impossibile est esse uerù. Cum autè aliquis contra manifestam ueritatē mentiri nititur, cogitur aliquas dolosas & fraudulentas uias adinuenire: vt

mendacium aliqua fraude possit colere. Sic & isti contra iustitiam Iob, quæ omnibus manifesta erat, mentiri conabantur, quorundam dolis utebantur, ostendendo scilicet fragilitatem humanam quæ facile labitur in peccatum: & comparando eam ad diuinam excellentiam: vt sic probabilius reputaretur, Iob iniquū fuisse: quā Deum esse iniustum, & ideo subiungit, *vt pro illo loquimini dolos*, quia quasi per dolos loquebantur, dum dolose impietatem Iob imponere nitentur: vt Deum esse iustum defenderent. Possent autem dicere se non dolose contra Iob aliquid dicere, sed hoc tantum dicere quòd putabant ostendit ergo Iob, quòd si hoc uerum esset quòd à dolositate excusaretur, in aliud uitium labebantur, scilicet in acceptionem personarum, quæ iustitiam iudicantis excludit. Est enim personarum acceptio, si aliquis iustitiam alicuius quæ apparet, contemnit, aut negat propter magnitudinem alterius, licet iustitiam non cognoscat. Si igitur amici Iob eum esse iniquum iudicabant, uidentes in eo iustitiam manifestam ac sola diuinæ magnitudinis consideratione, licet intelligere non possent secundum sua dogmata, qualiter Iob iuste punitur à Deo, in suo iudicio quo Iob condemnabant, quasi Dei personam accipere uidebantur, & ideo subdit, *Nunquid faciem eius accipitis* & *pro Deo iudicare nitimini*, quod signanter dicit quia ille pro aliquo iudicare nititur, qui eius iustitiam non cognoscit: & tamen conatur qualescūque uias adinuenire, ad hoc quòd eius causam iustam esse ostendat. Contingit tamen quandoque quòd aliquis alicuius causam fraudulentè defendens, ei placeat etiam si sit iustus, quod esse potest dupliciter, vno modo quia ignorat suam causam esse iniustam, vnde placet ei quòd ab aliquo defendatur, & hoc ideo excludit dicens, *aut placebit ei, scilicet Deo quòd pro eo iniuste iudicare nitimini*, cum hoc ei non possit esse ignotum, propter quod subdit, *quem celare nihil potest*. Aliud quando ille cuius causa per fraudem defenditur, fraudibus defendentis derogat: vt eius defensionem reputet esse iustam, & hoc ideo excludit subdens, *aut deceptur, vt homo uestris fraudulentis*. Si igitur manifestum est,



quòd diuina bonitas & iustitia non indiget mendacio ad sui defensionem, quia veritas sine mendacio defendi potest, ex quo etiam patet quòd si positus eorum dogmatibus, hoc inconueniens sequitur scilicet quòd iustitia Dei mendacio indigeat ad sui defensionem, Manifestum est dogmata proposita esse falsa. Sed vterius considerandum est, quòd ille qui ad ostendendam Dei iustitiam vel bonitatem mendacio vtitur, non solum rem agit, qua Deus non indiget, sed etiam hoc ipso contra Deum vadit, cum enim Deus veritas sit, omne autem mendacium veritati contrariatur quicumque mendacio vtitur ad Dei magnificentiam ostendendam, hoc ipso contra Deum agit, & hoc patet manifeste per apostolum ad Corinth. vbi dicit. Inuenimur autem & falsi testes Dei quoniam testimonium diximus aduersus Deum quòd suscitauerit Christum: quem non resuscitauit si mortui non resurgunt. Dicere ergo quòd Deus mortuum suscitauit: si verum non sit contra Deum est: quamuis videatur diuinae virtutis ostensiuum, quia est contra Dei virtutem. Sic igitur qui contra Deum defendendum mendacium assument, non solum primum non acquirunt: quasi ei placentes, sed etiam pœnam merentur: quasi contra Deum agentes, & ideo subdit, *ipse vos arguet quoniam in abscondito faciem eius accipitis*, & dicit, *in abscondito*, quia licet viderentur exteriori causam Dei agere, quasi Dei iustitiam cognoscentes, tamen in conscientis eorum hoc erat quòd nesciebant, qua iustitia Iob punitus esset: & sic quantum ad corda eorum, absconditam faciem Dei accipiebant, dum eius iustitiam falso defendere nitebantur. Quomodo autem eos arguet, ostendit subdens, *statim vt se commouerit turbabit vos*, quasi dicat vos quia modo aduersitatem non patimini, tranquilla mente de Dei iustitia disputatis, sed si super vos veniat tribulatio: quam commotionem Dei nominat, eo modo quo punitio in scriptura ira Dei nominatur mens vestra conturbabitur, & precipue cum in veritate soli data non sit: & quia non alia bona vel mala reputabant, nisi hoc tempore alia dum à peccatis cauebant, ne mala eis superuenirent, propter solum presen-

tium timorem malorum: Deo seruire velle videbantur, & ideo subdit, *terror eius irruet super vos*. Quasi dicat illud propter quòd tantum Deum timetis, vobis superueniet, scilicet aduersitas presens secundum illud quòd dicit: *Quod timet impius veniet super eum*. & quia ipsi vane Iob promiserant, quòd etiam post mortem in memoria hominum remaneret, ipse contrarium eis promittit quasi eos irridens dicens: *Memoria vestra comparabitur cineri*. Sicut enim cinis post consumptionem lignorum ad modicum durat. Ita fama hominis post mortem cito pertransit. vnde expectare famam post mortem, vauum videtur. Promiserat etiam ei immunitatem & reuerentiam quandam habendam ad eius sepulchrum post mortem, sed hoc etiam pro nihilo ducens, contrarium eis promittit dicens, *& redigentur in lutum ceruices vestre*. Per ceruices eorum potentiam & dignitatem designans, quas dicit esse redigendas in lutum, id est in rem contemptibilem & infirmam.

*Prout. 10.*

LECTIO. II.



*Acete paulisper, vt loquar quodcūque mihi mēs* 1  
*su gesserit. Quare lacero carnes meas denti-* 2  
*bus meis. & animā meā porto in manibus meis.*  
*Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. & erūt amē* 3  
*vias meas in cōspectu eius arguā, & ipse erit sal* 4  
*uator meus. Nō enim venit in cōspectu eius omnis hypocrita. Au* 5  
*dite sermonem meū, & enigmata percipite auribus vestris. Si* 6  
*fuero iudicatus, scio quod iustus inueniar. Quis est qui iudicetur* 7  
*mecū? veniat, Quare tacēs cōsumor. Duo tā tū ne facias mihi &* 8  
*tūc à facie tua nō abscondar. Manū tuā lōgè fac à me, & formido* 9  
*tua nō me terreat. Voca me & ego respōdebo tibi, aut certè lo-* 10  
*quar, & tu respōde mihi. Quāt as habeo iniquitates & peccata,* 11  
*scelera mea & delicta ostende mihi. Cur faciē tuam abscondis,* 12  
*& arbitraris me inimicū tuum? Contra solum quod vīto rapi-* 13  
*tur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.*  
*Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis pec-* 14  
*catīs adolescentie mee. Posuisti in neruo pedem meum, & ob-* 15  
*seruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum consi-*



derasti. *Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea.*

¶ Postquam Iob correxerat amicorū processum, qui mendaciis, diuinā iustitiam nitebantur defendere. Nunc procedit ad eorum falsa dogmata destruenda sub figura diuinæ disputationis. Et primo petit audientiam, quasi grandia dicturus dicens: *Tacete paulisper, vt loquar quæcumq; mihi mens fug gesserit.* Hoc addit ne forte dicerēt, cū inania loqueris, ideo non es audiendus, sed paulisper audire quicquid aliquis loquatur, non est durū: licet hoc addat ad designandum, quod non componendo mendacia, vel adinueniendo dolos loquutus sit, sed illud quod habet in mente.

2 Duo autem imposuerant Iob eius amici, scilicet impatientiam & iactantiam: quorum vtrunque à se excludit, ne videatur in sequenti disputatione, vel ex ira, vel ex superbia loquutus. Considerandum est autem, quod impatientia contingit ex tristitiæ superabundantia non moderatè per rationem. Superabundans autem tristitia desperationem inducit, ex desperatione autem contingit quod homo salutem & corporis & animæ parui pendit, vt ergo à se impatientiam excludat, dicit: *Quare lacerò carnes meas dentibus meis.* Quasi dicat nulla est ratio quare de corporis salute desperem per impatientiam, ad modum eorum qui desperantes de corporali vita fame oppressi, carnes suas comedunt. Et iterum, *Quare animam meam porto in manibus meis.* Id est, nulla est ratio quare salutem animæ meæ peripendam. Illud enim quod in manibus portatur, de facili amittitur, vnde videtur quod eius amissio non multum timeatur. Quæ enim aliquis amittere timeret, diligenter abscondit: & rationem quare nec per impatientiam carnem lacerare debeat, nec animam in manibus portare, subdit dicens: *Etiā si occiderit me, in ipso sperabo.* Quasi dicat non credatis, quod propter mala temporalia quæ patior, de Deo sperare cessauerim. Si enim spes mea de Deo est propter bona spiritualia, quæ manent post mortem, etiam si mane vtiq; ad occisionem affligerit, spes, quàm de ipso habeo, non cessabit: sed quia inordinata spes in præsumptione degenerat, propter hoc subdit: *Ve-*

*untamen vias meas in conspectu eius arguam.* Quasi dicat non sic spero in ipso, quasi ab ipso liberandus, etiam si in peccatis perseuerauero. Sed quia me liberabit, si peccata mea reprehendero, & hoc est quod subditur: *& ipse erit saluator meus.* Si scilicet peccata mea mihi displicuerint. Quare autem saluet eos qui in conspectu eius vias suas arguunt, ostendit subdicens: *Non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita.* Id est simulator qui cum sit iniquus se tamen iustum profitetur, & vias suas non arguit coram Deo, vnde non veniet in conspectu eius, vt videat ipsum Deum, in quo vltima salus hominis consistit, sicut infra magis exponet. Veniet tamen in conspectu eius, quasi ab eo iudicandus. Sic igitur, non solum impatientiam à se excludit, sed etiam præsumptionem innocentia profitemur, quia vias suas arguit coram Deo, vt sic omnis amicorum calumnia cesset.

¶ Deinde ingressus disputationem. Primo reddit auditores attentos dupliciter. Vno quidem modo per occultationem dicendorum: cum enim ea quæ dicenda sunt, difficultia profitemur, auditores attentiores redduntur. Vnde dicit: *audite sermonem meum, & enigmata percipite auribus vestris.* Aenigma dicitur sermo obscurus, qui aliud præterdit in superficie, & aliud interius significat. Vnde subdit, Si fuero iudicatus scio quod iustus inueniar. Quod non dicit de iustitia vitæ, cum supra dixerat vias meas in conspectu eius arguam, sed de veritate doctrinæ: de qua quasi in iudicio attendebatur. Ille autem in iudicio inuenitur iustus, pro quo sententia fertur. Vnde cum aliquis disputando verum dicere demonstratur, quasi in iudicio iustus inuenitur. Postquam ergo auditores reddidit attentos, modum disputationis suæ determinat. Vult enim disputare, quasi cum aliquo contēdens: & hoc est quod subdit: *Quis est qui iudicetur mecum.* Id est, cum quo de veritate disputem, veniat. Id est ad disputandum accedat. Causam autem quare de veritate disputare intendat, subdit dicens: *quare tacens consumor.* Homo enim per decursum præsentis vitæ paulatim consumitur, & præcipuè cum est infirmitati subiectus, sicut erat Iob. Tacens autem consumitur, qui sic

De enigmate.  
7



præsentem vitam decurrit, quod tamen suæ sapientiæ per doctrinam nullum vestigium relinquit. Ne ergo Iob hoc pateretur, disposuit non tacere de veritate, vt consumptus post corporis mortem, viueret in sua doctrina: vel potest hoc ad aliam intentionem referri: cum enim aliquis dolore, quem in corde patitur, exterius exprimit: quodam modo eius animus mitigatur, sed tacendo interius magis à dolore angustatur: & quodam modo sua taciturnitate consumitur. quia ergo disputatorem petierat, dicens: *Quis est qui iudicet mecum.* & supra dixerat, *disputare cum Deo cupio.* Ex nunc loquitur quasi Deum habens præsentem, & cum eo disputans: videbatur autem disputatio hominis ad Deum esse indebita propter excellentiã, qua Deus hominem excellit. Sed considerandum est quod veritas ex diuersitate partium non variatur. Vnde cum aliquis veritatem loquitur, vinci non potest, cum quocunq; disputet. Certus autem erat Iob quod veritatem loquebatur sibi à Deo: per donum Dei & sapientiæ inspiratã. Vnde de veritate non diffidens, petebat se diuina fortitudine non premi: neque per mala præsentialiter illata, neque per timorem inferendorum, & hoc est quod dicit, *Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar.* Id est non timebo tecum disputare. timentes enim se abscondere solent à facie eorum quos timent. Quæ autem sint ista duo ostendit subdicens, *Manum tuam longè fac à me,* Id est non me percutias per flagella præsentia & formido tua non me terreat, quantum ad flagella futura. Iis enim duobus modis potest impediri homo, ne etiam veritatem quàm certissimè vult disputando defendere possit, dum vel molestatur in corpore, vel sollicitatur in anima, timore aut aliqua alia passione. Est autem disputatio inter duas personas, scilicet opponentem & respondentem. Ingrediens ergo disputationem cum Deo, dat ei optionem vtrambilibet personam eligendi: vel opponentis, vel respondentis. Vnde dicit, *Voca me & respondebo tibi.* Quasi dicat obicias & respondebo: aut certe loquar. obiciendo, & tu responde mihi. Hoc autem dicit ænigmaticè: ostendendo paratum se esse ad vtrunque: siue

ad defendendum veritatem, quàm profitetur, siue ad impugnandum quod contra veritatem dicitur. Primò autem Deo dat personam opponentis dicens: *Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea atque delicta ostende mihi.* Vbi considerandum est quod amici Iob, quali causam Dei agentes contra Iob disputare videbãtur secundum illud quod supra dixit: *Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini.* Amici autem Iob hoc contra ipsum opponebant: quòd pro peccatis suis punitus erat. Hoc igitur sibi à Deo obiciendum expetit dicens: *Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea atque delicta ostende mihi.* Quasi dicat si sic est quòd pro peccatis meis me affligis, vt amici mei pro te loqui conantes calumniantur. Peto vt mihi ostendas pro quibus peccatis tam grauitè me affligis. Vnde non dicit quas habeo iniquitates, sed *quantas,* Quia si non est alia ratio aduersitatum præsentium quàm peccata hominum, vt amici Iob opinabantur, necesse est maxima peccata esse quæ maximis afflictionibus puniuntur. Peccatorum autem quædam sunt commissã, quæ contra præcepta legis negatiua sunt: quædam omiſsa, quibus præcepta affirmatiua negliguntur. Committitur autem aliquod contra præceptum legis tripliciter: Vno modo quia est in nocentium proximis, vt furtum, homicidium & huiusmodi quæ proprie iniquitates dicuntur, quia æquirati iustitiæ, quæ est ad alterũ, corruantur. Alio modo secundum quod homo peccat in seipso per deordinatione sui actus, vt apparet in peccatis præcipue gulae, & luxurię, & hæc dicuntur peccata quasi deordinationes quædam hois. Tertio modo committitur aliqua directe contra Deũ, vt blasphemie, sacrilegiũ & huiusmodi: & hæc ppter sui grauitatẽ, scelera dicuntur. Omissiones autẽ proprie denominantur delicta. Deinde quasi tacete eo cui partes opponetes dederat ipse partes obicietis assumit, & inquirit de causis suæ punitiõis. Et primo quia posset aliquis dicere, quod Deus eũ puniuit quasi inimicũ, & hæc causam excludit, dicens: *Cur faciẽ tuã abscondis & arbitraris me inimicũ tuũ.* Iniquũ enim videtur, quod aliquis aliũ sibi inimicũ arbitreret absq; causa. Causa autẽ inimicitie conueniens esse nõ potest, nõ offensa.

*Differẽtia inter iniquitates peccata, scelera & delicta.*

12



Tunc igitur manifestum est, quod Deus hominem inimicum sibi arbitratur, quando eius peccata manifestantur. Petiuerat autem Iob sibi ostendi sua peccata, nec erant ei ostensa, non ergo apparebat ratio, quare Deus sibi inimicaretur, hoc est quod insinuat dicens. *Cur faciem tuam abscondis. Quasi latenter & ex ratione occulta eum odio habens: facies enim hominis odientis aperta est, quando rationem sui odij non occultat.*

13 ¶ Secundo, quia posset aliquis dicere quod Deus eum puniuit, vt in ipso ostenderet suam potentiam, hanc etiam causam excludit dicens. *Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam.* Non enim conueniens est, quod aliquis fortissimus suam potentiam velit ostendere in re debilissima. Comparatur autem humana conditio folio quod vento rapitur, quia & in se ipso homo fragilis est, & infirmus sicut folium quod de facili cadit, & nihilominus decursu temporis & varietate fortunæ ducitur, vt folium vento, vnde videtur conuenienter dici quod Deus ad hoc solum aliquem hominem puniat, quod in eo suam potentiam ostendat.

14 ¶ Tertio ergo posset dicere, quod Deus puniuit eum propter peccata quæ in sua iuuentute commisit, etiam & hoc excludit dicens, *Et stipulam siccam persequeris scribis enim contra me amaritudines & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.* Homo enim in iuuentute comparatur herbæ virenti, sed in senectute comparatur quasi stipulæ siccæ, idem ergo videtur hominem punire in senectute pro peccatis adolescentiæ, ac si aliquis pro defectu herbæ virentis deserviret in stipulam. Sed considerandum est, quod in hac inquisitione ab hac sententiâ, non recedit, quod aduersitates hominum ex diuino iudicio inferuntur, ad quod significandum dicit. *Scribis contra me amaritudines.* Ac si amaritudines, id est, aduersitates hominum ex scriptura diuinæ providentiæ procedant.

15 ¶ Quarto quia posset aliquis dicere, quod licet Iob graua peccata non commiserit, tamen aliqua peccata commisit, sine quibus præsens vita non agitur, & pro iis sic punitus est, hoc etiam excludit dicens. *Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas & vestigia pedum meorum con-*

*siderasti qui quasi putredo consumendus sum & quasi vestimentum quod comeditur à tineâ.* Vbi considerandum est, quod illi qui ponuntur in carceris neruo, si ligantur quod à neruo diuertere non possunt, sicut autem pes hominis constringitur neruo, ita processus hominis constringitur lege diuinæ iustitiæ, à qua diuertere non licet, & hoc est quod dicit. *Posuisti in neruo pedem meum.* Ad diuinam autem iustitiâ pertinet, vt facta hominum discutiat, non solum quid vnusquisque faciat, sed etiam quo animo vel quo fine, & ideo dicit. *Obseruasti omnes semitas meas.* Quantum ad facta, & vestigia pedum meorum considerasti. Quantum ad effectum facientis, vel etiam quantum ad quascunq; circumstantias operis. Irrationabile autem videtur quod Deus tantam diligentiam de 16 actibus hominum habeat, si totaliter esse desinunt per corporis mortem, quæ quidem quandoq; est naturalis quandoq; autem violenta, vnde de vtraq; subiugit dicens. *Qui quasi putredo consumendus sum.* Quantum ad mortem naturalem. *Et sicut vestimentum quod comeditur à tineâ.* Quantum ad mortem violentam, ac si dicat, si sicut amici mei suspicantur, non est alia vita nisi præsens quam homo amittit, vel per modum putredinis, vel per modum succisionis, irrationabile videretur quod Deus tanta distinctione de actibus hominum curam haberet, vt etiam pro minimis peccatis & negligentis hominem puniret, & quia hoc quod vltimo dictum est, magnam viam præstat, ad inquisitionem veritatis circa hanc manifestadami magis insistit & quod de se singulariter dixerit, generaliter ad totum humanum genus reducit, vbi primo exponit fragilitatem humanæ conditionis, & quantum ad originem cum dicit.

CAPITVLVM XIII.

**H**omo natus de muliere, breui viuens tempore, reple- 1  
tur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur & 2  
conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in 3  
eodem statu permanet. Et dignum ducis super hu- 4  
iuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum te- 5  
cum in iudicium. Quis potest facere mundum de immundo con-  
ceptum semine? Nonne tu qui solus es?



- 1 ¶ Homo natus de muliere. Quasi de re fragili. & quantū ad durationem, cum dicit, *Breui viuens tempore*. Et quantum ad conditionem cum dicit, repletur multis miseriis. Vbi quasi exponere videtur quod supra dixerat, *Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam*. Secundo excludit ea de quibus homo gloriari posset, quorum primum est corporis pulchritudo, qua pollet in iuuentute, sed ista gloria nulla est, quia cito transit ad modum floris, vnde dicit, *Qui quasi flos egreditur & conteritur*. Scilicet de facili. Secundum est fama quæ diu non durat, vnde dicit, *Et fugit velut umbra*. Umbra enim transeuntis nullum vestigium aut memoria manet. Tertium est potestas & virtus qua aliquis se & sua conseruare conatur, & contra hoc dicit: *Et nunquam in eodem statu permanet*. Et possunt hæc tria ad tria superiora referri, homo enim natus de muliere, quasi flos egreditur & cito conteritur, sic autem breui viuunt tempore, vt velut umbra fugit, cuius non restat vestigium. Sic autem multis repletur miseriis, vt si interdum prosperitate & gaudio potiatur, nunquam tamen in eodem statu permaneat. Tertio, admiratur diligentiam diuinæ prouidentiae circa hominem mirabile enim videtur, quod de re tam fragili & despecta Deus tantam curam habet. Quamuis autem omnia diuinæ prouidentiae subsint, specialiter tamen sollicitudo diuina circa hominem apparet in tribus.
- 3 ¶ Primò quidem quantum ad hoc, quod ei leges & præcepta viuendi dedit, & hoc tangit cum dicit, *Et dignum ducis super huiusmodi aperire oculos tuos*. Eo modo loquendi, quo aliquis dicitur super aliquem oculos suos aperire, cum eum dirigit & vias eius considerat.
- ¶ Secundo quatum ad hoc quod Deus hominem pro bonis præmiat, & pro malis punit, & hoc tangit cum dicit, *Et ad lucere cum tecum in iudicium*.
- 4 ¶ Tertio, quantum ad hoc quod Deus eum virtutibus ornatur, quibus contra foeditates peccati se mundum conseruat, & hoc tangit cum dicit, *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine*. Semen quidem hominis immundū est, non secundum naturam, sed secundū concupiscentiam

tiæ infectionē, de hoc tamen in mundo semine homo conceptus interdum mūdus inuenitur, per virtutem, sicuti autem de frigido facere calidum est eius quod per se calidum est, ita de immundo facere mundum, est eius quod per se mūdus est, & ideo subdit, *Nonne tu qui solus es*. Scilicet verè & per te ipsum mundus, puritas enim & munditia in solo Deo perfectè inuenitur, in quo nec impuritas, nec defectus aliquis esse potest, vnde quicquid quocunque modo mundum vel purum est, à Deo munditiam & puritatem habet.

LECTIO I.

**B**reues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est. Constituisi terminos eius qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, vt quiescat, donec optata veniat, & sicut mercenarij dies eius.

¶ Admiratus fuerat, Iob de dignatione diuina circa homines, cum tamen homo sit tam fragilis & miseræ conditionis, considerato statu vitæ præsentis, sed hæc admiratio cessat, si consideretur, quod post hanc vitam hominis alia vita reseruatur, in qua in æternū permaneat, & ideo ad hoc ostendendum ex nunc conatur, præmittit ergo quasi supponens, quod ostendere intendit & breuitatem præsentis vitæ cum dicit: *Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est*. Sic apud nos numerum illorum esse dicimus, quorum numerus à nobis stabilitur. Et iterum præmittit immutabilitatem diuinæ determinationis cum dicit, *Constituisi terminos eius qui præteriri non poterunt*. Diuina enim dispositio non fallitur, vnde hominem vel diutius vel minus viuere, quam diuina dispositio habet, est impossibile, licet hunc hominem nunc vel prius mori sit contingens, si in se consideretur. Sunt autem & termini humanæ vitæ præstituti, ex aliquibus corporalibus causis, puta ex complexione vel ex aliquo huiusmodi vltra quos vita hominis prætendi non potest, quamuis autem possit deficere ex aliqua accidentali causa, sed terminos præstitutos secundum diuinam prouidentiam, sub qua omnia cadunt, nec in plus, nec in minus vita hominis potest præterire.



Præmittit etiam alterius vitæ expectationem, cum dicit: *Recede paululum ab eo vt quiescat, donec optata veniat, & sicut mercenarij dies eius.* Vbi considerandum est quòd sicut sol est causa diei, ita Deus est actor vitæ, recedente autem sole dies finitur, & nox venit, per recessum ergo Dei intelligit terminationem vitæ præsentis, quæ est homini à Deo, vita autem præsens multis turbationibus repletur, secundum hanc enim dictum est de homine, quòd repletur multis miseriis. Et quia quies finis laboris esse videtur, ideo quietem mortem vocat, dicit ergo, *Recede paululum ab eo vt quiescat.* Id est, subtrahe virtutem tuam, qua hominem viuificas, vt moriatur, sed mors hominis nõ est in perpetuum, sed tunc replebitur ad vitam immortalem. Status ergo mortis humanæ quantocũque tempore resurrectio differatur, breuis est in comparatione ad statum futuræ immortalitatis, vnde signanter dicit, *Paululum.* Ab aliis enim rebus quæ non recedunt intereunt, non paululum, sed in æternum Deus recedit, sed ab hominibus qui sic intereunt, vt resurgant per modicum tempus.

¶ Dicitur autem supra, quòd vita hominis super terrâ, est sicut dies mercenarij desiderantis tẽpus mercedis. Tempus autem retributionis hominis non est in hac vita, vt amici Iob opinabãtur, sed in illa vita, ad quam homo resurgendo reparatur, dicit ergo, *Vt quiescat.* Id est, vt moriatur non tamen in perpetuum, sed: *Donec veniat optata dies eius sicut mercenarij.* Dies autem optata in qua mercedẽ recipit, vbi primo Iob suam intentionem aperuit, nõ enim sic negat aduersitates præsentis, quasi Deus hominum actus non remuneret, vel puniat, sed quia tempus retributionis propriẽ est in alia vita.

LECTIO II.

**L**ignum habet spem, si præcisum fuerit, rursus virescit, & rami eius pullulant. Si senerit in terra, radix eius, & in puluere mortuus fuerit truncus illius ad odorem aquæ germinabit, & faciet comã quasi cum primum plãtatum est. Homo vero cum mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, vbi quæso est? Quomodo si recedat aqua de mari, & fluius vacuifacetus areseat

areseat: sic homo cum dormierit non resurget. Donec atteratur: & celum non euigilabit, nec consurget de somno suo.

¶ Posita sententia sua, hic Iob ad eius manifestationem procedit, & primo ostendit quòd homo secundum ea quæ apparent in hac vita, est peioris conditionis quibusdam etiam infimis creaturis, quæ post interitum reparantur, vt præcipuẽ apparet in lignis. Dupliciter autem vita arboris deficit, sicut & vita hominis, per violentiam, & per naturam. Quantum ergo ad violentum defectum arboris, dicit. *Lignum si præcisum fuerit, habet spem.* Id est, naturalem aptitudinem vt iterum reparetur, *Quia rursus virescit.* Ipsum in seipso si plantetur, *Et rami eius pullulant.* In quo ostenditur perfectam vitam recuperare sicut & prius. Quantum autem ad defectum naturalẽ arboris, subdit. *Si senerit in terra radix eius,* Cum non possit atrahere alimẽtum propter defectum virtutis naturalis, & sic consequenter. *In puluere mortuus fuerit truncus illius,* Id est, per putredinem in puluerem sit redactus secundum aliquam partem. *Ad odorem aquæ germinabit.* Id est veniente pluua, id est, putredine ligni habente vim sensitiuam. *Et faciet comã.* Scilicet frondium, *Quasi cum primo plantatum est.* Hoc autem in homine non inuenitur secundum decursum præsentis vitæ, vnde subdit: *Homo vero cum mortuus fuerit & nudatus atque consumptus, vbi quæso est?* Et ponit tria quæ gradatim homo amittit. Primo enim anima separatur à corpore, & ad hoc pertinet quod dicit, *Cum mortuus fuerit.* Secundo vero tegumẽta & ornatus corporis quæ interdum post mortem homini remanent, sed postea etiam iis nudatur, & ad hoc pertinet quod dicit. *Et nudatus.* Ad vltimum vero etiam ipsa compago corporis soluitur, & ad hoc pertinet quod dicit, *Atque consumptus,* Quæ cum perfecta fuerint, nihil sensibilibiter apparet de homine remanens, vnde apud illos, qui nihil sensibilia & corporalia esse credunt, videtur totaliter ad nihilum redactus, horum igitur dubitationem exprimens dicit, *Vbi quæso est?* Sciendum est autem quòd ea quæ non totaliter pereunt, reparari posse videntur, sicut de ligno præciso senescente est dicendum, sed ea quorum nihil remanet, impossibile videtur iterum repa-





rari, sicut si totaliter aqua maris aut fluminis desiccaretur, homo autem sicut iam dictū est, sic per mortē consumitur, vt nihil eius remaneat, vnde secundū hanc rationem apparet, quod impossibile sit ipsum iterum reparari ad vitam, & hoc est quod subdit, quomodo si recedat aqua de mari & fluiuius vacuefactus arefeat, sic homo cum dormierit, *Id est, cum mortuus fuerit non resurget à morte.* Eiusdem autem impossibilitatis esse videtur, vt incorruptibilia corumpantur, & vt totaliter corrupta iterum reparantur, cœlum autem incorruptibile est, & ideo subdit. *Donec atteratur cœlum non enigilabit. Quali reuiuiscens. Nec consurget de somno suo.* Ad opera vitæ peragenda, quasi dicat sicut impossibile est cœlum atteri, id est, corrumpti, ita impossibile est hominem mortuum resurgere, & hoc est quod dicitur, vt dicendum est, supposito q̄ de homine nil remaneat post mortem, secundum hoc quod dictum est, *Vbi quæso est.* Vel potest hoc referri ad opinionem illorum, qui ponebāt totum vniuersum corporale istud corrumpeudum, & iterum reparandum, in qua quidem reparatione ponebant eodē homines redituros, vt sic sensus durante isto mundo homo à morte non resurget. Fides autem catholica, non ponit substantiā mundi perituram, sed huius mundi statum, qui nunc est secundum illud. Præterit figura huius mundi, huius ergo mundi immutatio secundum figuram, potest hic intelligi per cœli attritionem, resurrectio enim mortuorum communis in fine mundi expectatur secundū illud, Scio quia resurget, &c.

1. Cor. 7.

Ioan. II.

LECTIO III.

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8



*Vis mihi hoc tribuat, vt inferno protegas me, & abscondas me donec pertransseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursus uiuat. Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. Signasti quasi in sacco delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.*

¶ Postquam Iob ostenderit quod ex iis quæ sensibilibiter apparēt, de resurrectione hominis conuinci possint hic suā sententiam circa resurrectionem ponit. Esset autem valde horrendum & miserabile, si homo per mortem sic deficeret, quod nunquam esset reparandus ad vitam, quia vnumquodque naturaliter esse desiderat, vnde Iob suum desiderium ostēdit de resurrectione futura, dicens. *Quis mihi hoc tribuat.* Vt etiam post mortem, *In inferno protegas me.* Id est sub spirituali cura, qua homines protegis me contineas. *Donec pertransseat furor tuus.* Id est, tempore mortis, quia sicut supra dictum est, mors homini accidit per subtractionem diuinæ operationis conseruantis vitam, vnde dixerat, recede paululū ab eo, videtur enim Deus homini esse iratus, quando beneficium vitæ ei subtrahit, & præcipue cum credamus mortem ex peccato primi hominis prouenisse. Quomodo autem se protegi velit, etiam in inferno, exponit subdens. *Et constituas mihi tempus in quo recorderis mei.* Videtur enim Deus hominis esse oblitus, quando ei subtrahit beneficium vitæ, tunc ergo ei recordatur cum ipsum ad vitam reducit, constituere ergo tempus in quo Deus hominis mortui recordetur, nil est aliud quam constituere tempus resurrectionis, & satis conuenienter hic nominat protectionem. Cum enim artifex dissoluto artificio ex eadem materia non intendit iterum ædificium reparare, vt pote domum, vel aliquid huiusmodi de materia dissoluti ædificij nullam curam agere videtur, sed quando ex ea intendit ædificium reparare, diligenter custodit ne pereat, hanc ergo custodiam protectionem vocat. Postquam igitur desiderium suum de resurgendo expressit, quia desideria quandoque sunt etiam impossibilia, consequēter sub questione ponit vtrum hæc quandoque futura sit, quod ipse desiderauit, vnde subdit, *Putas ne mortuus homo rursus uiuat.* Et super hoc quod ipse sentiat, ostendit dicens: *Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.* Vbi considerandū est, quod supra vita hominis super terram militiæ comparauerat & diebus mercenarij, quia tam milites quam mercenarij aliquid post statum præsentem expectant, & ideo sicut supra resurre-



Et non est mirum si facta hominum sic diligenter examinas, ex quo eum ad aliam vitam referuas.

¶ Considerandum est autem quod circa humanos actus diuina prouidentia secundum quod attenditur. Primo quidem secundum hoc quod ea examinat & discuit, quod quidem significatur in hoc quod dicit, *Tu quidem gressus meos dinumerasti*. Dinumeramus enim ea, de quibus diligentiam habemus. Et ne videretur alicui esse magnæ seueritatis, quod Deus hominis fragilis facta tanta diligentia examinaret, innuit consequenter eius pronitatem ad parcendum, cum dicit, *Sed parce peccatis meis*. Quasi dicat licet dinumeres, tamen hanc spem retineo, quod parcas.

¶ Secundo verò secundum hoc quod facta hominum bona vel mala, in sua memoria conseruat ad retribuendum pro eis bona vel mala, vnde subdit, *Signasti quasi in sacculo delicta mea*. Ea enim quæ signâter in sacculo, diligentur conseruamus, & ne ista signatio diuinam misericordiam excluderet, subdit, *Sed curasti iniquitatem meam*. Quasi dicat Sic pro peccatis referuas pœnam, quod tu per pœnitentiam delicta curas.

Etionis statum per diem optatam mercenarij expressit, ita & nunc sub similitudine militis idem ostendit. Et notandum est, quod optatum finem non expectat in aliqua parte temporis huius vitæ, quia cunctos dies huius vitæ statui militiæ deputat, dicens: *Cunctis diebus quibus nunc milito*. Iterum notandum est quod homo expectat aliam vitam huic similem, quia tunc & illa esset militia, sed expectat vitam, in qua non militet sed triumphet & regnet, & ideo dicit: *Expecto donec veniat immutatio mea*. Quasi dicat in hac tota vita milito, mutabilitati, laboribus, & angustiis subiectus, sed expecto immutari in statum alterius vitæ, quæ sit sine labore & angustia, & de hac immutatio-  
ne dicit Apostolus. Omnes quidem resurgemus sed non omnes immutabimur, & ne aliquis credat quod naturali virtute homo in statum alterius vitæ immutaretur, hoc excludit subdens. *Vocabis me, & ego respondebo tibi*. Quasi dicat futura immutatio ex virtute tuæ vocis siue ex tuo imperio procedet secundum illud. Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent, vocare enim ad imperium pertinet, sed respondere ad obedientiam, qua creatura creatori obedit, sed quia mortui ad imperium Dei non resurgent ad vitam, sed in quædam altiore statum mutabuntur, & hoc virtute diuina, propter hoc subdit: *Operi manuum tuarum porriges dexteram*. Quasi dicat homo resurgens non erit opus naturæ, sed opus tuæ virtutis, cui quidem operi adiutricem dexteram tuam porriges, dum per auxilium tuæ gratiæ & gloriam nouitatis exaltabitur, vel quod dicit vocabis me, & ego respondebo tibi. Potest referri ad corporis reparationem, quod autem subdit: *Operi manuum tuarum porriges dexteram*. Ad animâ, quæ naturaliter appetit vniri suo corpori, cui Deus adiutricem dexteram porriget, dum quod sua virtute consequi non potest, virtute diuina consequetur, posita ergo sententia sua de resurrectione mortuorum futura, redit ad id quod supra admiratus fuerat, quod Deus tam sollicitè opera hominum considerat, cum dixit obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti, vnde subdit, *Tu quidem gressus meos dinumerasti*. Quasi dicat

I. Cor. 15.

Ioan. 5.

7

¶ **M**ons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Lapidem excavant aquæ, & alluione paulatim terra consumitur, & homines ergo similiter perdes? Roborasti eum paululum, vt in perpetuum trāsiret. Immutabis faciem eius, & emittes eum. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, nō intelliget. Attrahet caro eius, dum viuet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit.

¶ Postquam Iob suam sententiam de futura resurrectione proposuerat, hic probabilibus rationibus eam innuit. Et prima ratio sumitur ex comparatione hominis ad inferiores creaturas, quæ totaliter consumuntur absque spe reparationis. Omnia enim quæ generantur, corruptioni subiecta sunt, vnde & montes licet videantur firmissimi, tamen ex certis causis post aliqua temporum curricula, dissoluntur, & hoc est, quod dicit: *Mons cadens defluit. Saxa*

8

LECTIO IIII.



¶ **M**ons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Lapidem excavant aquæ, & alluione paulatim terra consumitur, & homines ergo similiter perdes? Roborasti eum paululum, vt in perpetuum trāsiret. Immutabis faciem eius, & emittes eum. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, nō intelliget. Attrahet caro eius, dum viuet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit.

¶ Postquam Iob suam sententiam de futura resurrectione proposuerat, hic probabilibus rationibus eam innuit. Et prima ratio sumitur ex comparatione hominis ad inferiores creaturas, quæ totaliter consumuntur absque spe reparationis. Omnia enim quæ generantur, corruptioni subiecta sunt, vnde & montes licet videantur firmissimi, tamen ex certis causis post aliqua temporum curricula, dissoluntur, & hoc est, quod dicit: *Mons cadens defluit. Saxa*



etiam licet videantur fortissima, tamen vel per violentiam, vel ex aliqua naturali causa exciduntur. & hoc est, quod sequitur: *Et saxum transfertur de loco suo.* Lapides etiam, licet videantur durissimi, tamen aliquis excutatur, & hoc est quod subditur: *Et alluione paulatim terra consumitur.* Inconueniens autem esset, si esset eadem ratio corruptionis hominis, & rerum predictarum, & ideo concludit quasi inconueniens: *Et homines ergo similiter perdes.* Quasi dicat non est conueniens quod similiter corrumpatur homines, sicut alia creaturae corporales, nam predictae creaturae totaliter corrumpuntur, vnde non reparantur eadem numero, homo vero licet corrumpatur secundum corpus, remanet tamen incorruptibilis secundum animam, quae totum genus corporaliu transcendit, vt sic remaneat spes reparatiouis.

¶ Deinde inducit ad idem rationes sumptas ex proprietatibus hominis, in duobus autem excellit homo omnes inferiores creaturas, quorum vnum est virtus operatiua, est enim dominus sui actus per liberum arbitrium, quod nulli alij corporali creaturae competit, & secundum hoc homo est potentior qualibet creatura corporali, vnde & alijs virtutibus propter seipsum. Aliud autem, in quo excellit, est cognitio intellectiua, quae cum sit in mente, aliquod tamen eius indicium apparet in corpore, & praecipue in facie, quam habet homo valde diuersam ab alijs animalibus, ex iis duobus apparet quod homo non sic corrumpitur, sicut alia, vt in perpetuum non sint. Quatum ad primum horum dicit, *Roborasti enim paululum vt in perpetuum transires.* Quasi dicat non est conueniens quod tantum robor hominis praestitutum ad modicum tempus sit, quod postea in perpetuum non esset. Stultum enim videretur, si aliquis faceret fortissimum instrumentum, vt ad modicam horam eo vteretur, & postea ipsum omnino proiiceret. Virtus autem cuiuscumque creaturae corporeae est determinata ad finitos effectus, sed virtus liberi arbitrii se habet ad infinitas actiones, vnde hoc ipsum attestatur virtuti animae ad hoc quod in infinitum duret, quantum ad hoc, scilicet ad intellectum dicit, *Immutabis faciem eius, & emittes eum.* Quasi dicat, non est conueniens, quod tu faciem eius mutaueris, id est

diuersificaueris ab alijs animalibus, & tamen emittas eum a statu vitae in perpetuum non rediturum, sicut alia animalia, per faciem autem intellectiua cognitio accipi solet, propter hoc quod est propriu rationalis creaturae. Intellectualis autem cognitio non potest conuenire nisi substantiae incorruptibili, vt a philosophis probatur. Posset autem aliquis dicere quod licet post mortem ad vitam non redeat, tamen non in perpetuum pertransit, in quantum quodammodo est in suis filiis, quod etiam verba Baldath sonant, cum supra dixit haec est laetitia viae eius, vt rursus de terra alij geminentur, & licet hanc responsionem excludit Iob, subdes: *sue nobiles fuerint filij eius, sive ignobiles, non intelliget,* quasi dicat homo per intellectum capit aeternum bonum, vnde & naturaliter ipsum desiderat. Bonum autem quod est in successione filiorum non potest satiare appetitum intellectualem, si homo totaliter per mortem consumatur, vt in perpetuum non sit: quia appetitus intellectualis non quiescit nisi in bono intellectu, bonum autem quod est in successione filiorum, non intelligit homo, neque dum viuunt, neque post mortem, si totaliter esse desinat per mortem, non ergo ad aeternitatem huius boni tendit appetitus intellectiuis hominis, sed ad bonum vel malum, quod in seipso habet vnde subdit, *at amen caro eius dum viuere dolebit,* & anima ipsius super semetipso lugebit, vbi duplicem dolorem distinguit, vnum quidem carnis in apprehensione sensus, alium autem animae ex apprehensione intellectus vel imaginis qui propriae dicitur tristitia, & hic luctus nominatur.

CAPITVLVM XV.  
LECTIO I.



*Respondens autem Eliphaz, themanites dixit.* 1  
*Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum?* 2  
*loquens, & implebit ardore stomachum suum?* 3  
*Arguis verbum eius qui non est equalis tibi, & loqueris quod tibi non expedit.* 4  
*Quantum in te est* 5  
*enacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo docuit enim inquit as* 6  
*tra os tuum, & imitatus linguam blasphemantium. Condemna-*



7 bit te os tuum & non ego: & labia tua respondebunt tibi. Nun-  
 8 quid primus homo tu natus es, & ante omnes colles formatus?  
 9 Nunquid consiliū Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia?  
 10 Quid nosti, quod ignoremus: quid intelligis, quod nesciamus? Et  
 11 senes & antiqui sunt in nobis multo resitiores quā patres tui.  
 12 Nunquid grande est ut cōsoleatur te Deus? Sed verba tua praua  
 13 hoc prohibent. Quid te eleuat cor tuū, & quasi magna cogitans,  
 14 attonitos habet oculos. Quid timent contra Deū spiritus tuus,  
 ut proferas de ore tuo huiusmodi sermones.

1 ¶ Auditis verbis Iob Eliphaz, non ad profunditatem sen-  
 tentiarum ei responderet, sed nititur ad calumniose repre-  
 hendendū aliqua verba à Iob prolata, secundū superficiem  
 ipsorum verborum ea considerans, & non secundū profun-  
 ditatem intellectus eorum. Et primo quidem reprehendit  
 hoc quod Iob dixerat in p̄cipio suæ loquutionis, & mihi  
 2 est cor sicut & vobis: nec inferior vestri sum in quo quidem  
 de duobus eum notat. Primo quidem de inani gloria quia  
 seipsum commendat: & hoc est quod dicit, *nunquid sapiens*  
*respondebit quasi in ventum loquens*, in ventū enim loqui vi-  
 detur, qui ad gloriam captandam verba componit. Secūdo  
 autem de iracundia propter hoc quod obiurgando loqui  
 inceperat, cū dixerat, ergo vos estis soli homines &c. &  
 3 ideo subdit, & implebit ardore stomachum suum, id est iracun-  
 dia animum suum. Deinde reprehendit eū de hoc quod di-  
 xerat disputare cū Deo cupio, & iterum, duo tantum ne fa-  
 cias mihi, & tunc à facie tua nō abscondar, &c. in quo qui-  
 dem eum notat multipliciter. Primo quidem de superbia,  
 quia contra maiorem contendit: & hoc est quod dicit,  
*arguis eum verbis qui non est equalis tui*. Secundum de stul-  
 titia quia Eliphaz talem disputationem nocivam reputa-  
 bat, vnde subdit, & loqueris quod tibi non expedit, disputan-  
 do scilicet cum Deo, & quare non expedit cum eo dispu-  
 4 tare, ostendit per hoc quod huiusmodi disputatio duo val-  
 de necessaria excludere videtur, quorum primum est timor  
 Dei, qui enim timet aliquem non p̄sumit eum eo conten-  
 dere, vnde etiam & Iob supra dixerat formido tua non me  
 terreat: & ideo Eliphaz hic subdit, *quantum in te est evacua-*  
*sti timorem*, quia scilicet conatus es à te timorem Dei exclu-

dere. Tertium est oratio ad Deum, non enim est eiusdem  
 contendere cum aliquo, & cum rogare, & ideo subdit, &  
*subtulisti*, id est abstulisti: preces coram domino, cōtra id quod  
 supra Eliphaz dixerat, quamobrem ego deprecabor domi-  
 num. Disputauerat autem Iob cum Deo, non ex superbia,  
 sed ex fiducia veritatis: sed Eliphaz temerarie iudicavit hoc  
 ex iniquitate procedere, vnde subdit, *docuit enim iniquitas*  
 5 *tua os tuum*, & hoc ex effectu apparet, quia blasphemias, vnde  
 de sequitur, & imitatis linguam blasphemantium blasphe-  
 mans enim est qui Dei iustitiam negat, sed lingua blas-  
 phemantis mutari videtur, qui cum Deo disputat de e-  
 ius iustitia: disputare enim de aliquo videtur esse dubi-  
 6 tans de illo: dubitans autem est propinquus neganti.  
 Volens ergo Eliphaz contra disputationem loqui: primo  
 dicit quod Iob tam manifeste male loquutus est, quod nō  
 indiget alio reprehensore: sed ipsa verba eius indicant  
 malitiam: & hoc est quod dicit, & cōdemnabit te os tuum &  
 non ego: & labia tua respondebunt tibi, quasi dicat non indi-  
 gent verba tua alio respondente: sed ipsa se interimunt.  
 Ostendit tamen multipliciter disputationē p̄dictā non  
 fuisse conuenientem, primo quidē per comparationē eius  
 ad omnes creaturas, si enim aliqua creatura cum Deo con-  
 tendere posset, hoc p̄cipue competeret primæ & excel-  
 7 lentissimæ creaturæ: q̄ non conueniebat Iob, vnde dicit,  
*nūquid primus homo tu natus es, & ante omnes colles formatus*  
 vt ex hoc scilicet competat tibi pro toto humano genere  
 vel pro tota creatura disputare cum Deo. Secundo per com-  
 parationem ad Deum, ille enim potest cum aliquo de fa-  
 ctis eius disputare conuenienter, qui cognoscit rationē,  
 qua ille cum quo disputat, operatur, quam cognoscere  
 potest dupliciter, vno modo vt ab eo addiscēs, alio modo  
 vt per superiorem sapientiam de factis alterius iudicans,  
 sed neutrum competit Iob in comparatione hominis ad  
 Deum, & hoc est quod dicit, *Nunquid consiliū Dei audisti*.  
 Quantum ad primum. Et inferior te erit sapientia. Quan-  
 tum ad secundum, vt sic cum Deo disputare possis. Ter-  
 tiō per comparationem ad alios homines, quibus non ma-  
 gis sciens apparet, vt ex fiducia maioris scientiæ cum Deo

De blas-  
phemia.



disputare præsumat, vnde dicit, *quid nosti*, scilicet per fidē, vel reuelationem, *quod ignoremus? quid intelligis*, scilicet per fidem & reuelationem naturali cognitione, *quod nesciamus*, sed quia posset se Iob iactare de scientia accepta ab aliis subdit: *senes*, scilicet dignitate scientiæ & vitæ, & *antiqui*, tempore, *sunt in nobis*, multo vetustiores quam patres tui, id est quam magistri tui: a quibus scientiā accepisti, vel ad luxuriā, quam tui progenitores, per maiorem autem vetustatem maiorem sapientiam vult intelligi, quia per experimentum longi temporis aliquis sapientior redditur.

Quarto ex parte ipsius Iob ostendit disputationē eius cū Deo fuisse cōuenientē, & primo quidē, quia fuit nociua explicans quæ supra dixerat, loqueris, quod tibi nō expedit: vnde dicit, *numquid grande est vt consoletur te Deus*, quasi dicat facile est Deo vt te ad statum prosperitatis reducat: quia ipse vulnerat & medetur, vt supra dixerat, sed *verba tua praua hoc prohibent*, quibus iram Dei magis contra te prouocas. Secundo ostendit quōd sunt vana & superba: exponēs quod supra dixerat, *numquid sapiens respondebit*, quasi dicat in ventum loqueris, vnde subdit, *quid te eleuat cor tuum*, scilicet per superbiā: vt intantum de diuina sapientia præsumas, & signum superbiæ ostendit, subdens, *et quod magis cogitans attonitos habeat oculos*. Cū enim aliquis aliqua magna & mirabilia considerat in stuporem adducitur: & ex inde contingit quōd oculos attonitos habet. Tertio ostēdit quōd disputatio eius fuit præsumptuosa & impia, exponens quod supra dixerat, arguis eum verbis, qui non est æqualis tibi, vnde subdit: *Quid tumet contra Deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiusmodi sermones.*

LECTIO II.

1 **Q**uid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cæli non sunt mundi in conspectu eius, quanto magis abominabilis & inutilis homo qui bibit quasi aquam iniquitatem. Ostendem tibi, audi me, quod vidi, narrabo tibi. Sapientes consistuntur, & non abscondunt patres suos. Quibus solis data est terra, & non transibit a-

lienus per os. Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. Non credit quod reuerri possit de tenebris ad lucem, circumspiciens undique gladium. Cum se mouerit ad querendum pacem nouit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terribilis ei tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem qui preparatur ad prælium. Tetendit enim aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius a ruina dependet.

¶ Postquam Eliphaz reprehēderat Iob de hoc quōd Deū ad disputandum prouocauerat, quod videbatur ad præsumptionem sapientiæ pertinere, nunc reprehendit eum de præsumptione iustitiæ. Primo quidem ex fragilitate conditionis humanæ postquam homo difficulter vitet peccatum, vnde dicit. *Quid est homo vt immaculatus sit*, & etiā difficulter operatur bonum vnde subdit, *et vt iustus appareat natus de muliere*, quia vt dicitur, In abundanti iustitia virtus maxima est: quæ non videtur competere ei qui ex infirmare originem habet.

Prou. 15.

¶ Secundo impugnat idem ex comparatione sublimium creaturarum, vnde subdit, *ecce inter sanctos eius*, id est angelos, *nemo immutabilis* scilicet per naturam propriam, sed solum dono diuinæ gratiæ, quin possit in peccatum deflecti, & cæli qui tenent supremum locum puritatis inter corpora, *non sunt mundi in conspectu*, id est per comparationem ad ipsum, quia sunt materiales & corporales & mutabiles.

¶ Tertio impugnat idē ex propria conditione ipsius Iob, quasi a minori concludens: *quanto magis abominabilis*, per peccatum: & *inutilis*, per defectum iustitiæ, *homo qui bibit quasi aquam iniquitatē*. Id est qui pro nihilo & absq; aliqua obseruatione iniquitatem committit. Qui enim bibit vinum cum aliqua obseruatione bibit, ne inebrietur: quod in potu aquæ non obseruatur. In hoc ergo ipsum notat, quod de facili ad iniquitatem declinaret, sicut aliquis de facili & in promptu habet quod aquam bibat. *Ostendam tibi audi me.* ¶ Postquam Eliphaz reprehēderat Iob, quod



Deum ad disputationem prouocauerat, & quod de sua iustitia præsumebat: nunc reprehendit eum de verbis disputando quæ dixerat: præcipuè de illis, arbitraris me inimicum tuum: contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & posuisti in neruo pedem meum. Et primo excitat attentionem dicens, ostendam tibi. scilicet illud quod à Deo quærebas, audi me. attente. Vnde autem ostendere possit, manifestat subdens: quod vidi. scilicet ex proprio intellectu inueniens, narrabo tibi. Et iterum non erubescam dicere quod ab aliis audiui eos in auctoritatem inducens: Quia sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos. A quibus scilicet sapientiam perceperunt, vt supra asserbant: & quare non sint abscondendi ex eorum dignitate ostendit, cum subdit: quibus solis data est terra. Et potest hoc indifferenter & sub eodem sensu referri, vel ad patres sapientum, quos vult intelligi etiam sapientes. Sapientibus enim solis terra data esse dicitur, quia bonorum terrenorum ipsi sunt domini, vt entes eis ad suum bonum. Insipientes autem vtuntur eis ad suum damnum, secundum illud. Creaturæ factæ sunt in muspulam pedibus insipientium. Et iterum ad eorundem dignitatem ostendam, subdit: non transibit alienus per eos. Quia videlicet ij qui sunt à sapientia alieni, consortio sapientum annumerari non possunt. Vel quia sapientes ab extraneis non suppeditantur, per illos enim alienus transire dicitur: qui ab aliquo alieno vincuntur & subiiciuntur. Postquam auditorem attentum reddiderat, iam contra verba Iob disputantis respondere conatur, ex quibus duo intelligit. Primo quidem quod Iob in angustia & timore vivebat, quasi Deo eum persequente, & insidias ei ponente: quia dixerat: arbitraris me inimicum tuum: & obseruasti omnes semitas meas. Secundo quia de sua consumptione credebatur eum dubitare, quia dixerat. Scribis contra me amaritudines, & confumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Primo ergo loquitur contra primum, & secundo contra secundum ibi: Habibitis in ciuitatibus desolata. Ostendit ergo primo ex qua radice prædicta suspicio in corde Iob oriatur: quæ est ex eius impietate & voluntate nocendi, vnde dicit. cunctis diebus suis impius superbit. Id est extol-

S.p. 4.

litur contra Deum & in nocentium hominum. Dies autem suos dicit, non dies vitæ eius, sed dies potestatis vel prosperitatis. Sed quia voluntas nocendi est homini à seipso. Potestas autem à Deo non potest scire, quato tempore ei deuter potestas implendi suam impiam voluntatē. Vnde subditur: & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Et ex ista incertitudine sequitur suspicio & timor: quàm consequenter describit dicens, sonitus terroris semper in auribus illius. Quia scilicet ad quemlibet rumorem timet aliquid contra se parari, quasi de nullo confidens: propter quod subdit. & cum pax sit ille insidias suspicatur. Id est cum nullus contra eum aliquid molitur, ipse tamen de omnibus formidat per suam impiam voluntatē, qua paratus esset omnibus nocere. Cū autē aliquis de aliquibus suis inimicis timet, sperare potest liberationē, & si ad horam succumbat, per adiutorium amicorum. Sed ille qui de nullo confidit, sed de omnibus timet, nō potest sperare quod post oppressionem releuetur, & ideo subdit. Non credit quod reuertī possit de tenebris ad lucem. Id est de statu aduersitatis ad statum prosperitatis. circumspiciens undique gladium. Id est ex omni parte inimicos sibi imminere videns. Et hoc specialiter dicit propter hoc quod Iob dixerat, quasi putredo consumendus sum: & quasi vestimentum quod comeditur à tinea. Per quod intellexit Eliphaz Iob desperare de sua deliberatione. Contingit autem quandoque, quod aliquis tyrannus, etsi ab omnibus extraneis timeat. Habet tamē alios familiares & domesticos, cum quibus secure conuersatur, Sed quando est superabundans malitia eius etiam à domesticis suis timet, cū quibus viuit. Vnde sequitur. Cum se mouerit ad querendum panem non nit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Id est mortis, quasi dicat non solum insidias suspicatur in actibus exterioribus, in quibus necesse habet cum extraneis conuersari. Sed etiam in actibus domesticis, comedendo & bibendo, & ab his domesticis suis mortem sibi parari credens, & cum ipse sic timeat, de omnibus nō quiescit: Sed contra eos quos timet semper aliquid machinatur, & sic crescit ei timoris occasio. Vnde subdit. terrebit eum tribulatio, scilicet ab aliis sibi imminens, & angustia vallabit eum. scilicet per



6 mortis timorem ex omni parte. sicut regē qui preparatur ad  
 7 praeliū. Rex enim qui preparatur ad praeliū, sic angustiatur  
 timore, ne perdat. qui tamen molitur inimicos destruere.  
 Quo autem merito in tantam miseriam timoris ipsius & ty-  
 10 rannus deueniat, ostendit subdens: *Tetendit enim aduersus*  
*Deum manum suam, contra Deum agendo. & contra omni-*  
*potentem roboratus est.* id est potentia sibi data vsus est cōtra  
 Deum: Et quomodo contra Deum egerit ostendit subdēs.  
 Cucurrit aduersus eum erecto collo. id est superbiendo. Per su-  
 11 perbiam enim maximē homo Deo resistit: cui per humili-  
 12 tatem subiici debet secundum illud. Ininitium superbiā ho-  
 minis apostatare à Deo. Et sicut ille qui Deum diligit, in  
 10. via eius currere dicitur, propter promptitudinem volūta-  
 tis ad seruiendum ei: ita & superbus propter presumptionem  
 spiritus contra Deum currere dicitur. Superbia autem  
 ex abundantia temporalium rerum oriri solet, & ideo se-  
 quitur. *& pingui ceruice armatus est.* scilicet contra Deū su-  
 perbiendo. Pinguedo enim ex abundantia humorum crea-  
 tur, vnde abundantiam temporalium significat: sicut humi-  
 litas principium est sapientiā, & ita superbia sapientiā est  
 impedimentum. Vnde sequitur, *opernit faciem eius crassitudo.*  
 Per operimentum enim faciei impedimētum cognitiō-  
 nis designatur: nec solū opulentiā causā in ipso inuenitur:  
 sed etiam ad collaterales eius deriuatur. Vnde sequitur: *&*  
*de lateribus eius à ruina dependet.* Per quē omnia significare  
 intendit quōd Iob ex opulentiā in superbiam incidit: per  
 quam contra Deum. Se erexit, & tyrannidē in homines ex-  
 ercuit: & ideo in hanc suspitionem deuenit, vt Deum si-  
 bi aduersarium & insidiatorem suspicaretur.

LECTIO III.

1 **A**bitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus  
 2 desertis, qua in tumulos sunt redacta. Non disa-  
 bitur, nec perseverabit substantia eius, nec mittet  
 3 in terram radicem suam, nec recedet de tenebris.  
 4 Ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiri-  
 5 tus oris eius. Non recedet frustra errore deceptus: quod aliquo  
 pratio redimendus sit. Antequam dies eius impleantur, peribit:  
 & manus eius arefcent. Lædetur quasi vinea in primo flore bo-

trus eius, & quasi oliua proiciens florem suum. Congregatio 6  
 enim hypocrita sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum, 7  
 qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem, & peperit ini- 8  
 quitatem, & uterus eius preparat dolos.

¶ Postquam ostendit Eliphaz angustias timoris, quas im- 1  
 pius patitur, etiam in statu prosperitatis existens: nunc lo-  
 quitur de amaritudinibus, quibus in aduersitatem deiectus  
 sumitur: propter hoc quod Iob dixerat, Scribis contra me  
 amaritudines, & confumere me vis peccatis adolescentia  
 mea. Inter alias amaritudines primam ponit, quod efficitur  
 fugitiuus, est autem fugitiuorum consuetudo, quod  
 loca occulta & inhabitata querunt, & ideo dicit. *Habita-*  
*bit in ciuitatibus desolatis & in domibus desertis qua in tumu-*  
*los sunt redacta.* Huiusmodi enim loca conseruerunt esse:  
 fugitiuorum receptacula. Secundam quōd suis diuitiis spo- 2  
 liatur. vnde dicit, *non dabitur.* vt scilicet de nouo diuitias  
 acquirat, nec perseverabit substantia eius, vt diuitias prius ac-  
 quisitas retinere possit. Tertiam ponit impossibilitatem  
 recuperandi, dicens: *nec mittet in terram radicem suam.* Ar-  
 bor enim si extirpetur, & iterum plantetur, conualescit:  
 si in terram mittat radicem, sed si in terram radicem mit-  
 3 tere non possit, non potest iterum conualescere. Et quasi  
 hoc exponens subdit, *non recedet de tenebris.* id est de sta-  
 tu aduersitatis. Et rationem redeundi ad lucem assignat,  
 subdens: *Ramos eius arefaciet flamma.* Arbor enim si extir- 3  
 pata fuerit, ramis virentibus adhuc remanet spes repara-  
 tionis: quia possunt inseri vel plantari: sed si rami com-  
 burantur, nulla spes vltra remanet recuperationis. Rami  
 autem hominis sunt filij & alia personæ coniunctæ per  
 quas homo interdum à statu aduersitatis resurgat, sed fi-  
 4 liij Iob occisi erant & eius familia perierat: & ipsemet in-  
 firmitate oppressus erat, quod innuit subdens, & auferetur  
 spiritus oris sui. id est superbia verborū suorū, vt non posset  
 aliquo modo recuperationem sperare, nec etiam à Deo,  
 quem superbia verborum offendit: vnde subdit, *non credat*  
 4 *frustra errore deceptus quod aliquo pratio redimendus sit.* id est  
 quod aliquo auxilio liberandus sit de tribulatione. Quar- 5  
 tam amaritudinem ponit abbreviationem vitæ, vnde sub-



dit. *antequam dies eius impleantur, peribit. id est morietur antequam periciatur tempus ætatis eius. & manus eius arefct. id est eius filij & propinqui deficient, & subdit exemplum dicens: Laedetur quasi vinca botrus eius in primo flore. Quæ quidem lesio ex frigore solet accidere. Vnde significat exteriorem persequutionem. & quasi oliua proiciens florem suum. Quod solet accidere ex aliqua interiori causa. Vnde significat meritum aduersitatis ex parte ipsius qui patitur.*

7 vnde de hoc merito subdit: *Congregatio enim hypocritæ sterilis. id est illa quæ congregantur ab hypocrita infructuosa redduntur. & ignis deuorabit tabernacula eorum qui libenter munera accipiunt. Fit enim interdum ex diuino iudicio, vt ea quæ male acquisita sunt, de facili consumantur, & hoc dicit notans Iob de impietate, & hypocrisi, quasi propter huiusmodi peccata ei aduersitas accidit. Et addit tertium peccatum, scilicet dolositatem. Vnde sequitur, *concepit dolorem. id est præexcogitauit in corde suo, qualiter alij dolores inferret, eius quidem conceptus est nocumentum iniuste illatum. Vnde sequitur. & peperit iniquitatem. adiungit consequenter modum, quo hoc perficiat dicens: & vterus eius preparat dolos. Hypocritarum enim est non manifeste, sed dolose aliis nocumentum inferre. Per vterum autem cor intelligitur, in quo fiunt conceptus spirituales: sicut in vtero conceptus naturales.**

CAPITVLVM XVI.  
LECTIO I.

1 **R**espondens autem Iob dixit: *Audiui frequenter*  
2 *talia: Consolatores onerosi vos omnes estis. Nun-*  
3 *quid habebunt finem verba ventosa? Aut ali-*  
4 *quid tibi molestum est si loquaris? Poteram &*  
5 *ego similia vestri loqui. Atque vtinam esset ani-*  
6 *ma vestra pro anima mea. Consolauer & ego vos sermonibus;*  
7 *& mouerem caput meum super vos. Roborarem vos ore meo: &*  
8 *mouerem labia mea quasi parens vobis. Sed quid agam? Si lo-*  
9 *quutus fuero, non quiescit dolor meus: & si tacuero, non recedet*  
10 *a me. Nunc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum red-*  
*acti sunt omnes artus mei. Ruge meæ testimonium dicunt contra*

*me: & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi.*

11 *Collegit furorẽ suum in me, & commisit mihi infremuit contra me den-*  
12 *tibus suis. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Aperne-*  
13 *rit super me ora sua, & exprobrates percussit me maxilla meam,*  
14 *satiari sunt poenis meis. Conclussit me Deus apud iniquum, & ma-*  
15 *nibus impiorum me tradidit. Ego ille quoddam opuletus repete cõtri-*  
16 *tus sum: tenuit ceruicem meam. Confregit me, & posuit me sibi quasi in*  
17 *signum. Circumdedit me lanceis suis, & couulnerauit lumbos meos. Non*  
18 *pepercit, & effudit in terra viscera mea. Concidit me vulnere sa-*  
19 *per vulnus, irruit in me quasi gigas. Sacculum cõsui super cutem meam,*  
20 *& operui cinere carnem meam. Facies mea intumuit a fletu, & pal-*  
21 *pebre mee caligauerunt. Hæc passus sum absque iniquitate manus*  
22 *meæ, cum haberem mundas ad Deum preces. Terra ne operias san-*  
23 *guinem meum: neque inueniat in te locum latendi clamor meus.*

24 *Ecce enim in celo testis meus, & conscius meus in excelsis.*

25 *¶ Eliphaz in sua respõsione durius contra Iob loquutus fue-*  
26 *rat. vnde Iob in principio sui sermonis, eum arguit de incon-*  
27 *uenienti cõsolatiõne. Primo quidem, quia frequenter eadem repe-*  
28 *tebat, tã ipse quàm amici eius, vnde dicit: Audiui frequenter*  
29 *talia. Quid nostra loquutio circa idem versatur, diuersis enim*  
30 *verbis ad idem intedebat: sed ad arguendum Iob quod pro peccatis*  
31 *suis in aduersitates incideret: & ideo subdit, consolatores onero-*  
32 *si vos estis. Cõsolatoris enim officium est ea dicere, quibus*  
33 *dolor mitigetur. onerosus ergo consolator est, qui ea lo-*  
34 *quitur quæ magis animum exasperat, possent tamẽ hæc excu-*  
35 *samẽ habere: quãdo ad vtilitatẽ aliquã verba exasperantia*  
36 *perferretur, & veritatẽ cõtineret, aut etiã breuiter & pertrã-*  
37 *eundo diceretur. Sed si aliquis verba exasperantia cõtristatũ*  
38 *falso inutiliter & proluxe prosequatur, onerosus cõsolator*  
39 *videtur. Vnde subdit. Nũquid habebunt finem verba ventosa, in*  
40 *hoc enim quod dicit, nũquid habebunt finem. Ostendit quod*  
41 *prolixè immorabatur circa verba exasperantia. in hoc vero*  
42 *quod dicit verba ventosa, ostendit quod inutilia & falsa erant*  
43 *soliditatem non habentia.*

44 *¶ Ostendit autem cõsequenter quod nõ erat paritas ex vtraque*  
45 *parte in hac disputatiõne: quia amici Iob absque molestia loque-*  
46 *batur, vnde dicit: aut aliquid molestũ tibi est si loquaris. Quid*  
47 *ideo ea proluxe loqueris in meam calumnia, quia ex hoc nullo*





modo molestia sentis. Iob autem molestabatur: & ne aliquis crederet quod haec disputatio esset facilis amicis Iob propter eminentem scientiam. Iob autem molesta propter scientiam defectum, hoc excludit, ostendens, quod si aduersitate non deprimeretur, & esset in statu amicorum suorum, similia loqui posset. vnde dicitur poterat & ego similia vobis loqui. s. si aduersitate non grauaret. & huiusmodi rei excipienda sibi facilitate desiderat, dicens: atque utinam esset anima vestra pro anima mea, ut. s. vos aduersitate pateremini quam ego patior. quod quidem dicit non affectu odij, aut liuore vindictae: sed ut a crudelitate qua utebatur suis verbis Iob exasperaret, reuocaretur, dum sentiret sibi esse aspera verba similia si eis dicerentur, vnde subdit:

6 *Consolaber & ego vos sermonibus. s. similibus quibus vos me consolamini & mouere caput meum super vos. in signum copationis: vel in signum reprobationis sicut vos me arguitis. & etiam*

7 *roborarem vos ore meo, ne per impatientiam deficeretis. & mouerem labia. s. ad loquendum quasi parces vobis. i. simulas me ex misericordia quam ad vos habere loqui, sicut vos contra me facitis. Sic igitur leue esset mihi loqui sicut & vobis, si in statu vestro essem, sed nunc impediatur dolore, qui non tollitur,*

8 *neque loquutione nec taciturnitate. vnde subdit. Sed quid agam si loquutus fuero, non quiescet dolor meus, & si tacuero, non recedet a me. Est autem duplex dolor. Vnus quidem interior, qui tristitia nominatur proueniens ex apprehensione alicuius mali inhaerentis. Alius autem est dolor exterior, qui est dolor secundum sensum: puta ex subtractione continui proueniens vel ex aliquo huiusmodi. Primus quidem igitur horum dolorum colloquutione tolli potest: non autem secundus. & ideo consequenter ostendit non tolli de hoc secundum dolorem qui verbis non tollitur, dicens: nunc autem oppressit me dolor meus. i. impediuit me ne facilliter & liberet uti possim ratiocinatione: sicut antea solebam. Nam cum est dolor vehemens in sensu, oportet quod intentio animae euocetur vel impediatur ab intellectu alia consideratione, & quod de dolore corporali intelligat, ostendit subdens: & in nihilum redacti sunt omnes artus mei. Omnia enim membra eius vulnerata erant, sicut supra dictum est, quod satan percussit Iob vlcere, pessimo a planta pedis vsque ad verticem: Et non solum dissipatio-*

nes membrorum dolore sensibilis mihi ingerunt, sed etiam sunt in argumentum contra me. Amici enim Iob videntes eum sic vlceratum, ex hoc argumentabantur quod grauiter peccasset: putantes hoc ei in poenam peccati accidisse, & hoc est quod sequitur. *Ruga mea testimonium dicunt contra me.* Ex infirmitatibus enim corrugatur corpus propter humidam consumptionem, sicut ex senectute. Quomodo autem ruga contra ipsum testimonium perhibeant, ostendit subdens: & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi. Falsum enim dixerat Eliphaz, quod propter peccatum in hanc infirmitatem incurrisset, vel potest dici quod Iob intellexit per spiritum sanctum suam aduersitatem a diabolo procuratam Deo permittente, vnde quicquid passus est, vel in damnis suis & filiorum, vel in proprii corporis vlcere, vel etiam in molestatione uxoris & amicorum, totum hoc diabolo attribuit, quasi instigati. Ipsum ergo vocat falsiloquum contra suam faciem suscitatum, quia intelligebat instigare diabolo amicos suos contradicentes ei. & secundum hunc sensum planius est quod sequitur, *Collegit furorem suum in me.* Videtur enim diabolus totum furorem suum contra Iob collegisse, dum omni modo nocendi ipsum impugnavit & non solum in praeterito me afflixit, sed etiam in futurum mihi comminatur. Et hoc est quod sequitur, *& comminans mihi infremuit contra me dentibus suis.* Et loquitur per similitudinem bestiae quae homini comminando dentes contra ipsum parat. Hoc autem dicit propter hoc, quia Eliphaz vsque ad mortem ei sub persona impij mala imminere praenunciauerat. Intelligebat autem Iob huiusmodi comminationes per os Eliphaz a diabolo esse procuratas: & ideo dicebat quod dentibus contra eum infremuerat. Non solum autem Eliphaz verbis comminationis contra eum vsus fuerat mala praenunciando, sed etiam de factis eius male iudicauerat, eum impium & hypocritam nominans. Et ideo subdit: *Hostis meus terribilibus oculis me intuetus est.* Placidus enim oculis aliquem aliquis intuetur, quando facta eius benigne interpretatur. Sed quando bona interpretatur in malum: tunc terribilibus oculis intuetur. Et ideo subdit: *Aperuerunt super me ora sua.* Scilicet amici mei ab hoste meo instigati: & hoc exponit subdens, *Expro-*



*brantes percusserunt maxillam meam.* Ille enim dicitur in facie alicuius percutere, quando ei improprum in facie dicit: amici autē Iob multa impropria contra eū dixerāt, peccata multa exprobrantes. & quia iusti homines videntes peccata puniri de iustitia latātur secūdū illud. *Latabitur iustū cū viderit vindictā.* Amici Iob se iustos reputātes, Iob autē peccatorē, de pœnis gaudebāt quodāmodo: quasi diuinā iustitiæ cōgratulātes & ideo sequitur. *Satiati sunt pœnis meis,* & ne aliquis crederet quod Iob opinaretur huiusmodi pœnas sibi à Deo inflictas non esse: quia dixerat ab hoste se esse afflictum: ad hoc excludēdum subdit: *Conclufit me Deus apud iniquum.* id est diabolū, concedendo me, scilicet potestati ipsius. & *manibus impiorum me tradidit,* quātū ad eos qui in instinctu diaboli eum vel factis, vel verbis afflixerant, intellexit enim Iob afflictiones suas sibi per diabolū nō quidem per se, sed permittente Deo irrogatas: & huius signum evidens ostēdit quadrupliciter. Primō quidē quia à maxima prosperitate non paulatim decidit, sicut consuetū est in rebus humanis: sed subito totaliter corrui, quod nō videtur posse subito casu accidere, sed ex sola diuinā ordinatione, & hoc est quod dicit; *Ego ille opulentus quondam repente contritus sum.* Et in hoc quod dicit *opulentus.* designatur diuitiarum abundantia. In hoc autem quod dicit *ille,* designatur claritas fame eius, qua ab hominibus demōstrabatur. Secūdum autem signū est quod totaliter corrui. Ad quod sciendū subdit, *tenuse ceruicem meam, confregit me.* Et loquitur ad similitudinē alicuius fortissimi viri: qui alicuius debilis ceruice apprehēsa, eam cōfringeret: & sic totaliter eū de vita auferret. sic enim Iob videbatur totaliter prosperitatis statū amisisse. Tertiū signū est quod non vna aduersitate, sed multis simul cōcurrentibus oppressus fuit, vt supra narratū est: & quātū ad hoc subdit, *posuit me sibi quasi in signum,* quod ponitur diuersis sagittis feriendū. Et ideo subdit, *circūdedit me lanceis suis,* vbi multitudinē tripliciter suarū aduersitatū describit. Primō nāq; ostēdit se exterius vulneratū in rebus possessis: & ad hoc pertinet quod dicit: *circūdedit me lanceis suis,* res enim exteriores circa nos sunt quasi extrinsece. Tunc ergo homo lanceis aduersitatis

14  
15  
16  
17

circundatur quādo in rebus exterioribus damnificatur. Secūdō autē dicit se percussum interioribus, quātū ad personarū afflictionē, & hoc est q̄ subdit, *Cū vulneris lūbos meos.* Qd. non solū in circūitu laceatus sum: sed vulnera peruenērūt vsq; ad interiora, in quibus delectabatur, quā per lūbos signantur, in quibus est delectatio, vel etiā generatiōis origo. Vnde etiā per lūbos filii oppressi possunt assignari. Et insuper ostēdit multiplicitatē percussiois ex acerbitate vulneris, cū subdit: *nō pepercit,* quasi retrahēs manū suam à percussione, ne grauius offenderet, sed grauisimē læsit: & hoc est quod subdit: *effudit in terra viscera mea,* quia scilicet omnes filios suos & filias vna ruina oppressit.

¶ Tertio ostēdit multitudinē percussiois ex iis que in propria persona est passus, vnde subdit, *coincidit me propria.* scilicet persona, *ulcere,* vlcus propriū posuit super vuln' mortis filiorū.

¶ Quartū signū est quod eius tribulatio ex diuina prouidentia processerit, cui resisti nō potuit, nec remediū adhiberi: secūdum illud quod supra dictum est: Deus cuius irā nullus resistere potest. Et hoc est quod subdit: *Irruit in me quasi gigas,* cui propter magnitudinē potestatis homo debilis resistere non potest. Et possunt hæc omnia intelligi vel de Deo, qui cōclufit: vel melius de iniquo, scilicet diabolo apud quem conclufit. Hæc omnia comemorauit Iob de magnitudine suæ aduersitatis: ad ostēdendū quod non de pari poterat cum eis cōtēdere: quia ab huiusmodi aduersitatibus immunes erāt. Verū Eliphaz eū de superbia notauebat, dicēs, quid te eleuat cor tuū. &c. Que tāto fuisset detestabilior, quāto per graues aduersitates emendari nō potuisset: secūdū q̄ contra quosdā dicitur, Dissipati sunt nec cōpūcti. Et ideo cōsequēter descripta sua aduersitate, ostēdit se humiliatū. Primō quidē quātū ad exteriorē habitū, cū dicit: *Saccū consui super cutē meā.* Talis enim habitus est humilitatis signū, vt legitur de ninuitis. Similiter etiā cinis adhibetur, ad recognoscēdū propria fragilitate, vnde Abraham dixit, Loquar ad dominū meū cū sim puluis & cinis. vnde subdit, *operui cinere carnē meā.* Legitur enim supra q̄ in sterquilinio sedebat in signū humilitatis. Secūdo ostēdit suā humilitatē per multitudinē fletū, cuius duo signa ponit.

18  
19  
Psal. 34.  
Iona. 3.  
Gene. 18.



Primo quidē tumorē faciei, cū dicit. *Facies mea intumuit & flet.* Ascendens enim multa lachrymarū materia ad caput facies ploratiū intumescit. Secūdū verō impedimētū vīsus, & hoc est quod subdit. *Palpebrae meae caligauerūt.* sū fletu Ad literā enim propter discursum humorū vīsus oculorū impeditur, ex iis autē quae de grauitate suae aduersitatis p̄misit, & de magnitudine suae humiliatiōis, possēt aliquis suspicari, quod ipse recognoscens grauitatē suorū peccatorū, se poenitendo humiliauerit, reputās se pro suis peccatis afflictum, quod Eliphaz innuere volebat dicens. Ecce inter sanctos nemo immutabilis. &c. & ideo ad hoc remouendū dicit. *Hec passus sum absq; iniquitate manus meae.* Per quod excludit à se peccata operū. subdit autē: *cum haberem mundas ad Deū preces.* vt excludat à se peccatū indeuotio- nis & omīssionis, per quod videtur respōdere ei quod supra dixerat Sophar. Si iniquitatē, quae est in manu tua abstuleris, leuare poteris manū tuam absq; macula. Sed ad excludēdum innocentia Iob, Eliphaz iam bis vsus fuerat argumento supposito ex fragilitate terrenae naturae. Nā supra quādo dixerat. Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles: quanto magis ij qui habitant domos luteas. & postea supra idem repetierat, dicens: Coeli non sunt mundi in conspectu eius, inutilis homo, & ideo ad hoc excludendū subdit. *Terra ne operias sanguinem meum.* Et intelligit per sanguinem suū corporis afflictionē. Hic autem sanguis operiretur, si pro culpa fuisset effusus. Sic enim non haberet gloriam: operiretur autem à terra, si occasione terrenae fragilitatis praesumpto de praecedenti culpa, praesumeretur: Si autem sanguis eius absque culpa fuit effusus, iustam quarelam habuit contra effundentem: sicut dicitur. Ecce vox sanguinis fratris tui, clamat ad me de terra. Hic autem clamor lateret, si iniusta quaestio sua videretur, quasi eius qui pro culpa fuerit punitus. Et ideo subdit, *Neque inueniat in te locum latendi clamor meus.* Vt scilicet ex terrenae conuersationis fragilitate videatur iniuste conqueri, quasi simul culpa punitus. Verū est autem quod difficile est hominem terrena esse in conuersatione absque iniquitate peccati mortalis. Non est enim impossibile Deo adiuuante,

Cap. II.

Cens. 4

22

23

24

qui etiam interioris puritatis est testis, & ideo subdit, *Ecce enim in caelo testis meus.* Quasi dicat ideo terra non potest operire sanguinem. Quia maius est testimonium caeli quam praesumptio de fragilitate terrae, est autem hic testis caeli idoneus, quia etiam conscientia secreta rimatur, vnde subdit: *Et conscius meus in excelsis.* Quasi dicat ideo in in fimo terrae non potest locum latendi clamor meus inuenire, quia conscientia mea nota est in excelsis.

LECTIO II.



*Verboſi amici mei, ad Deum ſtillat oculus meus.* 1  
*Atque vtinam ſic iudicaretur vir cum Deo, quo-* 2  
*modo iudicatur filius hominis cum collega ſuo.* 3  
*Ecce enim breues anni tranſeunt, & ſemitā per* 4  
*quam non reuertar, ambulō.*

¶ Postquam Iob descripsit magnitudinem suae aduersitatis & suam humilitatem & innocentiam, procedit ulterius ad improbandam vanam consolationem, quam amici eius frequenter ei iterabant, scilicet de spe temporalis prosperitatis recuperandae, vnde & Eliphaz supra dixerat, nunquid grāde, est vt cōsoletur te Deus, &c. Vnde huiusmodi consolationis vanitatem ostendere intendens, promittit: *Verboſi amici mei.* Quasi dicat verba inania mihi promittunt, non in temporalibus recuperandis est cōsolatio mea, sed in delectatione adipiscenda, & hoc est, quod subdit, *Ad Deum stillat oculus meus.* Id est, lachrymatur praesertim desiderio, secundum illud. Fuerunt mihi lachrymae meae panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus, & ad expositionem eius quōd dixerat, subdit, *Atque vtinam sic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo.* Iudicatur enim vir cum vnus alteri praesentialiter adest, & inuicem sibi suas rationes praemittit, desiderat ergo Deo praesens existere, & rationes diuinorum operum & iudiciorum cognoscere, in quo felicitas humana consistit, in cuius spe erat eius cōsolatio, non in vanis amicorum verbis, quibus recuperationem temporalis prosperitatis promittebant, & ideo ad ostendendam vanitatem huiusmodi promissionis subiungit: *Ecce enim breues anni tranſeunt.* Quasi dicat homo breui viuūt



tempore, vt supra dictum est, temporis autem vitæ Iob iam transierat magna pars, vnde breues anni restabant, in quibus si esset prosperitas, non magnam consolationem afferret propter temporis breuitatem. Fuerunt autem aliqui, qui credebant hominem post mortem, iterato ad presentis vitæ cursum redire, & sic videri posset quod in spe terrene prosperitatis recuperandæ saltem in illa futura vita posset Iob consolationem habere, & ideo ad hoc excludendum subdit: *Et semitam per quam non reuertar, ambulo.* Homo enim in hac mortali vita per ætatis processum tendit ad mortem: nec in hoc processu iteratio potest esse, vt scilicet iterato homo sit puer, & ætates huius vitæ perambulet.

CAPITVLVM XVII.  
LECTIO I.

1 **S**piritus meus attenuabitur, dies mei breuiabun-  
2 tur, & solum mihi superest sepulchrum. Non pec-  
3 cavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus.  
4 Libera me, & pone me iuxta te, & cuiusuis ma-  
5 nus pugnet contra me. Cor eorum longe fecisti a  
6 disciplina, propterea non exaltabuntur. Prædam pollicetur sociis,  
7 & oculi filiorum eius deficient. Posuit me quasi in proverbium  
8 vulgi, & exemplum sum coram eis. Caligauit ad indignationem  
oculus meus, & membra mea quasi in nihilum redacta sunt. Sit  
pebunt iusti super hoc, & innocens contra hypocritam suscita-  
bitur, & tenebit iustus viam suam, & mundus manibus addet  
fortitudinem.

¶ Oſtenderat superius Iob multiplicitate suæ afflictionis, & mentis humilitatem, innocentiam, & vitæ irreuertibilis breuitatem, ex qua verbositas amicorum eius conuincebatur, & ideo in hoc capitulo intendit inanimare præmissa: & finaliter eorum ignorantiam concludere. Primo autem incipit inanimare, quod dixerat de processu vitæ humanæ, & præmittit causam breuitatis vitæ, cū dicit, *Spiritus meus attenuabitur.* Vita enim corporis est per vitales spiritus, qui à corde ad omnia membra diffunduntur, qui quandiu in corpore durant, corpus viuunt, sed quando virtus caloris naturalis incipit debilitari in corde, huiusmodi spiritus minuitur, quam quidem diminutionem & debilitatē per spi-

ritus attenuatōne designat, & huiusmodi occasiōe cause subiungit effectum, dicens: *Dies mei breuiabuntur.* Debilitas enim vitalis spiritus abbreviat dies in te, & ne aliquis crederet quod attenuatus spiritus iterum roborandus esset secundum speciem huius vitæ mortalis, ad hoc excludendum subdit: *Et solum mihi superest sepulchrum.* Quasi dicat finitis huius breuibus vitæ diebus, nihil de presentis vita mihi relinquitur, nisi sepulchrū, & ea quæ sepulchro conueniunt. Deinde alio modo consolationem eorum vanam ostēdit, & consolabantur enim eum dicentes, huiusmodi aduersitates propter peccata ei prouenisse, de quibus si poeniteret, ad prosperitatē rediret, sed ipse hoc excludens dicit, *Non peccavi.* Quia scilicet non habebat conscientiam remordentem de aliquo graui peccato, propter quod tantas aduersitates incurrisset, vnde & infra dicit, neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Et ideo non est contra id quod dicitur. Si dixerimus quia peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus, & per hoc exprimit, quod supra dixerat de sua innocentia, hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, subdit autem. *Et in amaritudinibus moratur oculus meus.* Pluraliter autem dicit amaritudinibus, propter multiples aduersitates quas supra enūciauit, dicit autem, *Moratur.* Quia quamuis inter amaritudines se humiliauerit saccum consuens super cutem suam, adhuc tamen amaritudines perseverant, attribuit autem amaritudines oculo propter sletum, de quo supra dixerat, facies mea intumuit à sletu, & iterum ad Deum stillat oculus meus, quia sic oculus eius flebat inter amaritudines, quod ad solum Deum inde auxilium intendebat, & ideo hic subditur, & libera me. Intelligebat enim se ab eo solo liberari posse, qui eum apud iniquum concluderat, non autem sic se liberari ab aduersitate petebat, sicut qui post aduersitatem prosperitatem terrenam assequuntur, sed petit vt ad celsitudinem spirituales perducatur, vnde subdit. *Et pone me iuxta te.* Quia enim Deus est ipsa essentia bonitatis, necesse est, vt qui iuxta Deum ponitur, à malo liberetur. Ponitur autem homo iuxta Deum in quantum ei mente appropinquat per cognitionem vel amorem, sed hoc quidem imperfecte con-

Capi. 27.  
1. Ioan. 7.



tingit in statu vite in quo homo impugnationes patitur, & qui est iuxta Deum positus, ab eis non superatur. Perfecte autem homo iuxta Deum mente ponitur, iuxta statum ultimæ felicitatis, in quo impugnationes iam pati non potest, & hoc est quod desiderare se ostendit dicens: *Et cuiusvis manus pugnet contra me.* Quia scilicet quantumcumque aliqui me velint impugnare, si iuxta te perfecte positus fuero, nullius impugnatione me molestabit. Hoc est ergo in quo Iob inter amaritudines consolationem habebat, sperans se iuxta Deum ponendum, ubi impugnationes timere non possent. Hanc autem spiritualem consolationem ipsius Iob amici eius verbosi non intelligebant, & ideo subdit, *Cor eorum longe fecisti à disciplina* & scilicet tua spirituali, per quæ doces spiritualia bona, contemptis temporalibus, sperare, & quia in solis temporalibus & infimis rebus ad spiritualem altitudinem pervenire non possunt, iuxta Deum ponantur, & hoc est, quod subdit, *Propterea non exaltabuntur.*

5 Et ex hoc quod longè facti sunt à disciplina spirituali, procedit quod sola temporalia Eliphaz Iob in consolationem promittebat, & hoc est quod subdit, *Prædam pollicetur sociis.* Id est, temporalium adeptionem, quæ verè inveniri non possunt, nisi alio amittente unde temporalium acquisitio deprædationi assimilatur. Nō est autem hoc univèrsaliter verum, vt post penitentiam homines temporalem prosperitatem recuperent, quia nec boni semper temporali prosperitate florent, unde subdit: *Et oculi filiorum eius deficient.* Filios eius dicit illos, qui eius provisioni credentes, ex bonis quæ agunt, temporalia sperant, sed dum ea non assequuntur, oculi eorum deficient, quasi à spe sua decedentes. Sicut autem bene agentibus temporalia Eliphaz promittebat, ita etiam omnes aduersitates temporales propter peccata eius, qui patitur, assererebat provenire, & quia Iob multas aduersitates passus erat, eum in exemplum apud vulgus ponebat, & hoc est, quod subdit, *Posuit me quasi proverbum vulgi & exemplum sum coram eis.* Quia scilicet ad suam sententiam asserendam, de causa aduersitatum Iob in exemplum ponebat, ac si esset pro peccato punirus. Pertinet autem ad iustorum zelum, vt videntes per

falsam doctrinam rectitudinem diuinorum iudiciorum perverti indignentur, & ideo Iob consequenter magnitudinem sui zeli ostendit, dupliciter. Primo per quandam mentis turbationem, ira enim per vitium oculum cæcat, sed ira per zelum oculum turbat, vt Gregorius dicit, & ideo subdit, *Caligavit ad indignationem oculum meus.* Scilicet rationis, cuius acies est per iram zeli turbata. Secundò per hoc quod ira per zelum etiam in corpore ex dolore quandam commotionem facit, unde dicitur, primo Machabæorum secundo, quod Mathathias videns Iudæum idolis sacrificantem doluit, & contremuerunt renes eius, & ideo hic subditur, *Et membra mea quasi in nihilum sunt redacta.* In quantum scilicet per dolorem corpus hominis tabescere videtur. Posset autem aliquis credere, quod ista oculi caligatio contra iustitiam esset, & indignatio contra innocentiam, & ideo ad hoc excludendum subdit: *Stupebunt iusti super hoc.* Quasi dicat etiam ad iustos pertinet, vt videntes malorum doctrinam obstupescant, & hunc stuporem super caligationem dixit, sequitur autem, *Et innocens contra hypocritam suscitabitur.* Quasi dicat non est contra innocentiam, si aliquis contra hypocritam peruersorem veræ doctrinæ per zelum iustitiæ indignatus concitetur, & quia vt dictum est, ira per zelum animum turbat, sed non cæcat, sic vir iustus stupet vel caligat ex zelo, qui tamen à iustitia non recedit, & hoc est quod subdit, *Et tenebit iustus viam suam.* Quia scilicet non deseret eam propter viam zeli, talis enim ira non præcedit rationem, sed sequitur, & ideo non potest hominem à iustitia separare, utilis tamen est ira per zelum, quia facit hominem cum maiore animi fortitudine insurgere contra mala, & hoc est, quod subdit, *Et mundis manibus addet fortitudinem.* Concitatus scilicet per zelum, unde & dicitur tertio Ethicorum quod ira fortitudinem iuuat.



**I**gitur omnes vos conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum sapientem. Dies mei transferuntur, cogitationes meae dissipatae sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinero, infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum. Patrem dixi, pater meus es mater mea & soror mea vermibus. Vbi est ergo nunc praesolatio mea, & patientiam meam quis considerat? In profundissimum infernum descendunt omnia mea: Putas ne saltem ibi eris requies mihi?

Cap. 15.

Postquam Iob proposuerat ea, ex quibus sententia Eliphaz cofutatur, hic colligit praemissa, & ordinat ea ad propositum ostendendum. Et primo excitat attentionem dicens, *igitur*, scilicet ex quo praedicta sunt vera, vos omnes qui, scilicet contra me conuenistis, & patres vestri, *covertimini*. a vestris erroribus, & venite ad veritatem considerandam, qua perspecta patebit quantum a vera sapientia longe sitis, & hoc est quod subdit, *& non inueniam in vobis vllum sapientem*, & hoc subdit ad reprimeendam iactantiam Eliphaz qui supra dixerat, quid nostri quod ignoremus &c. & iterum sapientes confitentur &c. in hoc autem praecipue eorum insipientiam ostendere intendit, quod ei consolationem temporalis prosperitatis promittebant, contra quod primo proponit tempus vitae suae iam in magna parte elapsum: & hoc est quod subdit, *dies mei transferuntur*. Deinde proponit mala quae patitur, cum subdit, *cogitationes meae dissipatae sunt*, quasi impeditur a quieti contemplatione sapientiae propter acerbitatem temporalis doloris: & hoc est quod subdit, *torquentes cor meum*, quia videlicet eius cogitationes a sana consideratione veritatis erant deductae in amaritudinem qua torquebatur. Hoc autem tormentum cordis, nec nox interrompebat, quae est tempus deputatum humanae quieti vnde subdit, *noctem verterunt in diem*, quia videlicet propter praedictas cogitationes noctem ducebat in somnum, sicut & dicit. Est autem grauius pati somni defectum in nocte, quam in die: quia in die releuatur animus hominis ex hominum societate, & lucis aspectu, & ideo dum nox ei esset in somnis, desiderabat eam cito finiri, & hoc est

quod subdit, *& rursum post tenebras spero lucem*, id est spero quod lux diei post tenebras noctis, rursum adueniat. Sed quia Eliphaz eum inducebat, vt omnia aduersa patienter toleraret, sub expectatione futuri: ideo consequenter ostendit quid sibi in futurum de temporalibus rebus residuum videatur, vnde dicit, *si sustinero*, id est patienter portauero huiusmodi dolores nihil mihi restat nisi habitatio sepulchri, & hoc est quod dicit, *infernus domus mea est*, vocat autem infernum sepulchrum secundum opinionem eorum, contra quos disputabat, qui non credebant animam hominis remanere post mortem, sed solum corpus in sepulchro, quod vocabant infernum, quia intra terram situatur, homo autem in sepulchro iacens, tenebras patitur: tum propter defectum sensus, & tum etiam propter defectum exterioris lucis, sicut autem homo nascens a parentibus originem sumit, ex qua cum eis affinitatem contrahit, ita post mortem in sepulchro iacens, in putredinem & vermes resoluitur, quae ex eius corpore generantur, & ideo subdit, *putredini dixi, pater meus es mater mea, & soror mea vermibus*, quasi dicat cum nullo alio temporalis remanebit mihi affinitas in sepulchro, nisi cum putredine & vermibus. Ex iis ergo quasi ad inconueniens deducens, concludit dicens, *vbi est ergo nunc praesolatio mea*, quasi dicat si propter expectationem temporalis prosperitatis consolaretur, vana esset expectatio mea, & iterum ad maius inconueniens deducit, subdens, *& patientiam meam quis considerat*, quasi dicat, si sustinero per patientiam, nihilominus non restat nisi sepulchrum, & eius tenebrae putredines & vermes, si ergo propter temporalia bona promerenda a Deo patientiam habere rem, sequeretur quod Deus patientiam non consideraret, quod est abnegare prouidentiam. Et ne forte aliquis diceret, quod etiam in sepulchro prosperitas sibi daretur a Deo, ideo hoc quasi irridens subdit: *in profundissimum infernum descendunt omnia mea*, id est quicquid meum est, ad sepulchrum deducetur, quod mihi solum superest, *putas ne saltem ibi eris requies mihi*, id est nunquam ibi etiam debeo expectare prosperitatem terrenam, manifestum est enim hoc ridiculosum esse.



D. THOMAS  
CAPITVLVM XVIII.

LECTIO I.

**R**espondens autem Baldah suites dixit, vsque ad quem finem verba iactabis? *Intellige prius, & sic loquamur. Quare reputati sumus vt iumentata & sorduimus corā te. Quid perdis animā tuā in furore tuo? Nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo? Nonne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius. Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna quae super eū est extinguetur. Arrestabuntur gressus virtutis eius, & praecipitabit eum in consiliū suum. Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent pedes eius.*

**¶** Quia praemissa verba beati Iob Baldah suites comprehendere intellectu non potuit, putauit, vt quae ipse intelligebat etiam a dicente inaniter proferrētur, vnde in principio suae responsionis dicit, vsque ad quem finem verba iactabis, vbi de tribus videtur eum arguere. Primo quidem de inefficacia loquutionis, ac si praemissa verba Iob ad nihil confirmandum efficaciam haberent, quod significatur in hoc quod dicitur vsque ad quem finem. Secundo arguit eum de vana multiplicatione verborum, ac si praemissis verbis Iob pondus sententiarum deesset, quod significatur in hoc quod dicit, verba. Tertio notat de inordinata connexionem verborum, quod significatur in hoc quod dicit, iactabis, ille enim dicitur iactare verba qui ea inordinate spargit, quauis etiam possit hoc tertium ad iactantiam elationis referri. Haec autem tria proueniūt in loquutione alicuius ex defectu intellectus, eū eo autem qui deficit intellectu, inutilis est collatio: & ideo subdit, intellige prius, & sic loquamur, quasi dicat ex hoc quod inefficaciter leuiter & etiam inordinate loquaris, patet quod deficiat intellectu, vnde prius insiste vt intelligas, & postea poterimus conferre adinuicem. Deinde arguit eū

de praesumptione: quia eos non reputauerat sapientes cum dixit, non inueniā in vobis vllum sapiētē, & ideo ad hoc respondens subdit, quare reputati sumus vt iumenta, & sorduimus coram te, homo enim qui sapientia caret, similis iumentis videtur, & sordidus, quia sapientia honor hominis & ornatus consistit. Consequenter reprehendit eum de iracundia quia dixerat, caligauit ad indignationem oculus meus, quia prae intellexerat credens quod esset talis indignatio quae ei lumen sapientiae abstulisset, non attendens id quod postea dixerat, & tenebit iustus viam suam, & ideo subdit, Quid perdis animam tuam in furore tuo, ille enim in furore animam perdit, qui & propter furorem a sapientia & iustitia excedit, quae sunt praecipuae animae bona. Iis praemissis, quibus personam Iob notauit defectu intellectus de praesumptione & de furore, accedit consequenter ad principale propositum, de quo cotrouersia verbebatur scilicet quod aduersitates praesentis vitae erant poenae praedictorum peccatorum, contra quod Iob dixit, non peccaui: & in amaritudinibus moratur oculus meus, sed quia Baldah ad assertionem suae sententiae rationibus vt non poterat, voluit suam sententiam astruere, quasi ex communi opinione firmissimam, ideo comparauit eam rebus quae moueri non possunt scilicet terrae & rupibus, vnde dicit, nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo, quasi dicat haec sententia, quod aduersitates accidunt pro peccatis, firma est, sicut terra & rupes, nunquid ergo poterit remoueri propter tuas disputationes, vt innocens comproberis. Deinde prosequitur diffusius suam sententiam, enarrans per singula mala quae peccatoribus proueniunt, inter quae primo ponit cessationem prosperorum successuum, quod comparat lucis, quia sicut qui ambulat in luce non offendit, vnde videntur in luce ambulare, quia prospere omnia succedunt ad votum.

**¶** De huiusmodi ergo lucis id est prosperitatis amissione, dicit, nonne lux impij extinguetur, id est prosperitas cessabit, sicut autem lux corporalis ex flama ignis procedit, ita etiam claritas prosperitatis ex hominis affectu: dum sibi prouenit quod oporteat, & ideo subdit, nec splendebit flamma ignis eius.

Ioan. xv.



per ignem enim ardor amoris significari solet, secundum illud. Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum. Est autem considerandum quod prosperitas successus humani ex duplici causa procedit: quandoque quidem ex humana providentia, puta cum homo prudenter & caute singula quaeque disponit, & quantum ad hoc de cessatione prosperitatis dicit: *lux obtenebrescet in tabernaculo ipsius*, quia scilicet tam ipse quam sui familiares, prudentia in consiliis careant, quandoque vero prosperitas humani successus ex causa superiori procedit scilicet ex diuina providentia, & quantum ad hoc cessationem prosperitatis describens, dicit: *Lucerna qua super ipsum est extinguetur*, non quidem, ut in se non luceat, sed ut impium non illustret, & bene providentiam hominis dixit lucem, quasi ab alio mutuatam, providentiam Dei lucernam: quasi per se luceat. Praemisit autem de luce humanae providentiae, quia per hoc quod lucem rationis dimittit, videtur mereri, ut luce divinae providentiae non protegatur.

8 ¶ Consequenter post cessationem prosperitatis, subiungit de aduersitate. Circa quam primo ponit impedimenta operationis & conatus. Ex duobus autem homo nittitur ad effectum suae operationis peruenire. Vno modo propter propriam fortitudinem, & contra hoc dicit, *arctabuntur gressus virtutis eius*, quia videlicet conatus fortitudinis eius amplos processus habere non potuit. Alio modo conatur homo ad aliquid obtinendum per sapientiam, & quantum ad hoc dicit, *praecipitabit eum in consilium suum*, dum scilicet id quod excogitauit tanquam utile fiet ei damnosum, horum autem impedimentorum causam ex ipso eius peccato dicit

9 procedere, cum subdit. *Immisit enim in rete pedes suos*. sicut enim ille qui sponte ponit pedem in rete, se preparat captioni, ita ille qui se sponte ingerit ad peccandum, ad hoc se disponit, ut processus eius impediatur, secundum illud. In iniquitate sua capiunt impium, & sicut in rete sunt diuersae maculae, ita etiam in peccato sunt multae diuersitates, quibus homines diuersae illaqueantur, & ideo subdit, *in maculis eius ambulat*, dum scilicet procedit de vno genere peccati in aliud, vel de vno modo peccandi in aliud, quia

Prou. 5.

quia ipse sponte ingerit se periculis, & non desistit, sed semper procedit ulterius: ideo quandoque impedimentum sentiet, unde subdit, *tenebitur planta illius laqueo*, id est processus voluntatis & operationis eius, aliquo contrario impedietur. Huiusmodi autem nocumeta ex triplici causa proueniunt in peccato procedentibus. Primo quidem ex parte ipsius peccantis, qui quanto plus peccat, tanto plus auget sibi desiderium peccandi & quantum ad hoc subdit, *exardescet contra eum sitis*, quia videt quandoque homo peccator, & ex ratione considerat aliquid sibi esse nocium, sed feruens desiderium peccandi compellit eum contra suam sententiam agere.

¶ Secunda causa nocumenti eius quandoque est ex ipsis rebus, in quibus peccat, sicut dicitur. Diuitiae conseruat in malis domini sui. Huiusmodi autem nocumeta proueniunt ex rebus iam adeptis, & quantum ad hoc dicit, *abscondita est in terra pedica eius*, quia videt in ipsis terrenis rebus. Latet autem periculum, unde pedes peccatoris capiantur, quandoque autem huiusmodi nocumenta proueniunt, dum homo est in via acquirendi, & quantum ad hoc dicit, *decipula eius super semitam*, quia videt antequam adipsatur peccator quod querit, in ipsa via latent eius pericula. Tertio causantur huiusmodi nocumenta ex parte aliorum hominum: quorum insidiae, impugnationes formidantur, unde subdit, *undique terrebunt eum formidines*. Quia ut dicitur. Cum sit timida, data est in omnem condemnationem. Cum autem homo ab omnibus sibi cauet, necessesse est quod in multis actibus eius impediatur, unde subdit, *inuoluent pedes eius*, ut scilicet non possit quoque liberè procedere.

10

11

12 Eccle. 5.

13

Sap. 17.

LECTIO II.

**T**enuerunt fame robur eius, & inedia inuadat costas illius. Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachia illius primogenita mors. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum quasi rex interitus. Habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est: aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccantur, sursum autem atterat.

1

2

3

4

5

6





6 tur messis eius. Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis. Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transferet eum. Non erit semen eius neque progenies in populo suo, nec ulla reliquia in regionibus eius. In die eius stuperunt nouissimi, & primos inuadet horror. Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius qui ignorat Deum.

1 ¶ Premiserat Baldad pœnas peccatorum ad exteriores aduersitates pertinentes. Hic autem incipit prosequi pœnas pertinentes ad personas eorum. Est autem considerandum quod ipsa peccata exterioribus aduersitatibus implicat, & ideo aduersitates exteriores prosequitur pronũciando, quasi cum quadam certitudine. Pœnæ autem corporales non videntur directe causari ex ipsis peccatis, nisi forte ex aliquibus, sicut præcipue ex gula & luxuria, quibus aliquis in proprium corpus peccat, & ideo corporales pœnas nõ prosequitur denunciando, sed magis imprecando, præmittit autem pœnas corporales præcedentes mortem, & quia per nutrimentum conseruatur vita, primo imprecatur ei nutrimenti subtractionem, ex qua primitus homo incipit debilitari, & quantum ad hoc dicit, *attenuetur fame robur eius*. Deinde autem deficiente nutrimento, etiam subtrahitur vita; & quantum ad hoc subdit, *& inedia inuadat costas eius*, per quod significatur debilitatio vitalium operationum, quarum principium est cor, qui sub costis continetur. Corporis autem bona quæ per famen attenuari incipiunt, per mortem totaliter consumuntur, bona autem præcipua corporis videntur esse, pulchritudo & fortitudo: & ideo subdit, *deuoret pulchritudinem cutis eius*, quia scilicet pulchritudo in exteriori apparentia consideratur, & consumat brachia illius, in quibus præcipue attenditur fortitudo, primo genita mors, idest tempestiua naturalis ætatis finem præueniens. Mortuus autem homo à domo sua exportatur, & quantum ad hoc subditur, *auellatur de tabernaculo suo fiducia eius*, quia scilicet spem suam non in Deo posuit, sed in opulentia & gloria domus suæ de qua post mortem eiicitur. Eiectus autem de domo sua, sepulchro includitur, ubi totaliter exterminatur à morte & quantum ad hoc subdit, *& calcet super eum quasi rex interitus*, scilicet mors: quasi re-

gis plena potestate eum in puluere conterit. Eo autem egreffo de domo eius mortuo, remanent domestici: cū quibus in vita societatem habuit & quantum ad hoc subdit, *habitant in tabernaculo eius socii illius qui nõ est*, idest mortui qui iam esse definit in rebus humanis. Domestici autem patrono mortuo luctũ agunt, & aliqua signa tristitiæ demonstrant, vel quantum ad nigras & fordidas vestes, vel quantum etiam ad aliquos fetidos odores, & quantum ad hoc dicit, *aspergatur in tabernaculo illius sulphur*, per quod intelligitur omnia quæ possunt esse signa tristitiæ: sicut & boni odores assumuntur in signum lætitiæ. Homine autem mortuo frequenter omnia quæ fuerunt eius deperunt, quod consequenter ostendit. Primo incipit à terrenis redditibus, quorum quædam eo mortuo remanent adhuc seminata: & quantum ad hoc dicit, *Deorsum radices eius siccantur*, vt scilicet si quid seminauit vel plantauit, destruat, vt fructũ nõ ferat. Quædam uero iam perducta sunt ad fructum, & quantum ad hoc subdit, *sursum autem atteratur messis eius*, & potest hoc referri ad quæcunque negotia incohata vel iam penè perfecta.

¶ Deinde procedit ad famam quæ de homine remanet post mortem: ex qua quidem desiderant se in memoria hominũ viros & gloriam habere post mortem, unde quantum ad delectionem peccatoris, de memoriis hominũ subdit, *memoria illius pereat de terra*, quantum autem ad cessationem celebris fame ipsius subdit, *& non celebretur nomen eius in plateis*, quod signatè dicit quod nõ est celebris nomen nisi apud multitudinem, quæ in plateis solet inueniri. Et sic cessante memoria & nominis celebritate, claritas gloriæ eius commutabitur in tenebras perpetuæ obliuionis, & hoc est quod subdit, *expellet eum de luce in tenebras*, idest de gloria mundana in obliuionem. Cessante autem fama eius & corpore consumpto per mortem, iam nihil ipsius remanebit in mudo quod Baldad & socij eius opinabantur, quod anima non remaneret post mortem, & de orbe transferret eum, vt scilicet nihil eius in mudo remaneret, sed quia parentes etiã in filiis viuunt, ideo ad hoc excludendum subdit, *non erit semen eius*, quod filij eius moriantur, neque progenies in populo suo, quia nec nepotes aut pronepotes remanebunt



nec etiam aliqui ad ipsum pertinentes, unde subdit, *nec vlla reliquia in regionibus eius*, idest nec confanguinei nec domesticici per quos de ipso memoria habeatur. Quis autē effectus ex hoc sequatur, in cordibus aliorum ostendit cū subdit, *in die eius*, quæ scilicet est dies perditionis ipsius, *stupabunt nouissimi*, idest minores de populo præ nimia admiratione, non valentes considerare quomodo tanta gloria peccatoris subito in nihilum sit redacta, & quantum ad maiorem subdit. *Et primos inuadit horror*, timentes scilicet ne eis eueniat simile, & videtur hoc induxisse ad respondendum ei quod Iob supra dixerat, siue nobiles fuerint filij eius siue ignobiles, non intelliget, attamen caro eius dum viuere dolebit, ex quo videbatur Iob comminationes amicorum vel promissiones de euentibus futuris contingentijs post mortem confutasse, sed aliud hic Baldad respondet quod huiusmodi infortunia, quæ post mortem accidunt, & si mortuus non cognoscit, infliguntur tamen à Deo huiusmodi pænæ propter correctionem aliorum, & quia præmiserat quasdam pœnas peccatoris ad viam præsentis vitæ pertinentes, quasdam vero ad finē vitæ id est ad mortem, vel ad ea quæ post mortem eueniunt, ideo quasi epilogado subdit, *hec ergo sunt tabernacula iniqui*, idest processus eius in via præsentis vitæ, tabernaculis enim viatores vtuntur, quantum ad vltimum finem, qui est quasi terminus motus, subdit, *iste locus eius qui ignorat Deum*, vel per infidelitatem, vel per inobedientiam.

CAPITVLVM XIX.

LECTIO I.

**R**espondens autem Iob dixit, *Vsquequo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus?*  
*En decies confundistis me, & non erubescitis operimentes me! Nempe & si ignoravi, mecum erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobrijs meis. Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio affluerit me, & flagellis suis me cernerit, Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet, Vociferar-*

Cap. 14.

*bor, & non est qui iudicet. Semitam meam circumscripsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit. Spoliavit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. Destruxit me vndique, & perego, & quasi euulsa arbori abstulit spem meam. Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit, quasi hostem suum. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant, obliui sunt mei. Inquilini domus meæ, & ancilla meæ, sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum vocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum. Halitum meum exhorruit vxor meæ, & orabam filios vteri mei. Stulti quoque despiciebant me, & cum ab eis recessissem, detrhebant mihi. Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maxime diligebam, aduersatus est me. Pelli meæ consumptis carnibus adhesit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, qui a manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini.*

¶ Baldad in præmissis verbis ad duo attendisse videtur. Primo quidem ad confutandum Iob de insipientia, & superbia, & furore, per quod eum affligere intendebat, super alijs amicis suis, & ideo dicit, *Vsquequo affligitis animam meam*. Secundo ad confirmandum suam sententiam quod aduerfitates præsentis vitæ pro peccatis proueniant, quod quidē prolixè persecutus fuerat, enumerando diuersas aduerfitates absque alia probatione inducta, & quantum ad hoc subdit, *atteritis me sermonibus*, idest verbis fatigatis non pro hominibus cōiunctis. Est autem tolerabile si semel aliquis contra amicum suum loquatur, sed si homo multiplicet huiusmodi verba, videtur esse malitiæ cōfirmata, unde subdit *en decies confundistis me*, & ipsi loquēdo & me cum quadam indignatione audiendo. Ante hanc autem responzionem, quinquies Iob inuenitur loquitur, si incipiamus ad hoc quod dixit. *Pereat dies in qua natus sum*: & quinquies ei respondisse amici sui inueniuntur, saltem autem præ confusione,



3 & si nō propter amicitia debuissent afflicti ab afflictione cessare, vnde subdit, *& non erubescitis opprimētes me*, scilicet tam opprobriis quā prolixitate verborum me grauantes. Inter cetera autem opprobria videtur eū Baldad de ignorantia notasse, cum dixit. Intellige prius, & sic loquamur, quæ quidē ignorantia toleranda ab amicis esset, & propter eam excusandus. Non autem erat ei impropereanda, maxime tempore aduersitatis, & ideo subdit. *Nempe si ignorauis mecum erit ignorantia mea*, quasi dicat nihil vos, sed me solum grauat, vnde ad vos non pertinebat inter aduersa mihi ignorantiam impropereare, & ideo subdit, *at vos contra me erigimini*, scilicet scientiam vestram ostendentes, & arguitis me opprobriis meis. id est quæ ad me solum pertinent, & alios non grauant. Quibus præmissis ad confutationem amicorum pertinētibus, accedit ad principale propositum prosequendum, intēdens ostendere falsum esse quod dicebant: quōd præsentēs aduersitates semper propter peccata præterita proueniunt, ex qua suppositione statim à pristino ad inconueniens ducit dicens, *saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio afflixerit me*, quasi dicat si aduersitates non adueniunt nisi pro peccatis, non est æquum Dei iudiciū, quo me non grauiter peccantem, grauiter afflixit, dicit autem, *saltem nunc*, quia hæctenus non ita enumerauit suas aduersitates, sicut nunc. Non solum autem se dicit aduersitatibus afflictum, sed & eis conclusum, vt viam euadendi inuenire non possit, vnde sequitur *& flagellis suis me cinxerit* quia scilicet ipsa flagella remediorum viam subtraxerunt, & hoc tertium primo incipit prosequi. Potest autem in aduersitatibus remedium inueniri. Primo quidem per auxilium humanum, & hoc dupliciter vno modo in ipso facto, puta cum aliquis ab aliquo violēter opprimitur, & ab illo succursum habet, & ad hoc excludendū dicit: *Eccc clamabo vim patiens & nemo exaudiet*, quasi dicat, si clamarem contra eos qui me violenter opprimunt, nullus exaudiret, vt auxilium ferret: alio modo post factum, puta cum aliquis iniuriam passus conqueritur iudici, qui eum sententialiter restituat, & iudicet: & hoc excludens subdit, *Vociferabor, & non est qui in-*

7 dicit. Id est si vociferarer conquerendo, non adesset iudex qui me suo iudicio liberaret. Sed inuenitur in aduersitatibus remedium ab ipso homine, qui aduersitates euadit, & hoc dupliciter: vno modo per potentiam, & hoc excludit dicens: *Semitam meā circumscripsit, & transire non possum*. Quasi dicat tot impedimenta processibus meis apposuit, vt ea remouere non possim. Alio modo per prudentiam, ad hoc excludendum subdit: *& in calle meo tenebras posuit*. Vt scilicet non videam qualiter sit procedendum. 8 ¶ Deinde exclusis remediis subiungit, aduersitates, incipiens ab exterioribus bonis, quæ perdidit: inter quæ primo ponit iacturam honoris, & gloriæ, cum dicit: *spoliavit me gloria mea*. Quia cum prius in honore & reuerentia haberetur, tunc etiam cum iuniores tempore irridebant: vt dicitur infra. Secundo ponit dispendium dignitatis, vnde subdit: *abstulit coronam de capite meo*. Quia qui ante sedebat quasi rex circumstante exercitu: vt infra. nūc sedet in sterquilinio, testa saniem radebat, vt dictū est supra. Tercio ponit damnū exteriorū rerum, cū dicit: *destruxit me vndiq.* Scilicet deuastatis omnibus exterioribus bonis, & aduersitate durante, quia non est spes recuperādi: vnde subdit: *& quasi amissa arbori abstulit spem meam*. Arbor enim quandiu radicibus terræ inhæret, habet spem: si fuerint rami eius vt rursus virescant. Sed si euellātur eius radices de terra, necesse est vt sicceretur & pereat. ita etiam ipse quasi auulsis radicibus nullam habebat spem prosperitatem temporalem recuperādi. Radix autē spei est duplex. Vna quidē ex parte diuini auxilij alia verò ex auxilio humano. Radix autem spei quæ est ex diuino auxilio, videbatur esse auulsa, propter hoc quod Deus ei grauitervidebatur iratus secundum illorū opinionem, qui diuinā punitionē in solis aduersitatibus huius vitæ ponebāt. vnde dicit, *Iratus est contra me furor eius*. Quasi dicat ad designandū vehemētiā iræ. nam furor est ira accensa. Solet autē furor, quo vehementior est, eo citius transire: & sic potest in futurum remanere spes de irato. Sed si ira in odium transeat, iam non videbitur spes vlla restare: & ad hoc signandum subdit. *& sic me habuit quasi hostem suum*. Ab inimico, autem nō speratur remediū, 9

Cap. 30.  
Cap. 29.  
Cap. 2.



11 Diuinae autem irae & odij signū ponit cum subditur, *Simul*  
*reuerunt latrones eius*. Latrones nominat Sabæos & Cal-  
 daeos, & demones qui eius bona vastauerāt, simul quasi ex  
 condicto quos nominat Dei latrones, quasi hoc ex ordina-  
 tione diuina contigerit, sicut & amici Iob dicebant. Prædi-  
 cti autē latrones depradati sunt Iob publicē absq; aliqua  
 reuerētia vel metu, vnde subdit, *fecerunt sibi viam per me*.  
 Q. d. ita me sunt depradati, sicut hostes in via infestauerūt  
 etiā eū vniuersaliter & perseverāter: & quantū ad hoc sub-  
 dit, *obsederunt*. scilicet perseverāter in g'yro, vniuersaliter  
 quātum ad omnia. *tabernaculum meum*. i. bona domus meę.  
 12 ¶ Deinde ostēdit auulsam esse radicem spei, quæ est ex hu-  
 mano auxilio, ostendens quod nihil auxiliij poterat expe-  
 ctare, de quibus magis videbatur. Et enumerat primo illos  
 qui sunt habitacione domus separati, incipiens a fratribus  
 dicens: *fratres meos longē fecit à me*. Vel scilicet auxilium mi-  
 hi ferre, vel non velint vel non possint.  
 ¶ Deinde ponit familiares amicos, cum subdit: *noti mei*  
 13 *quasi alieni, recesserunt à me*. mihi scilicet auxiliū non feren-  
 tes. Quantum ad cōsanguineos vel quacūq; alia vicissitu-  
 dine coniunctos, subdit: *dereliquerunt me propinqui mei: au-*  
*xilium non ferentes*. Quantum verò ad illos, cum quibus  
 aliquando fuerat conuersatus, subdit: *qui me nouerant*.  
 14 Scilicet olim quasi familiarem amicū, nūc in tribulatio-  
 ne, *obliti sunt mei*. scilicet de me non curantes. Post hos ac-  
 cedit ad enumerādū domesticos dicēs: *inquieti domus mee*.  
 qui, s. mihi seruire consueuerūt, *ancilla mee sicut alieni ha-*  
 15 *buerunt me*. de meis. s. afflictionibus non curantes. *quasi*  
*peregrinus sui in oculis eorum*. me. s. penitus contēnētes. De-  
 inde de inobedientia seruorum subdit, *Seruis meum vocaui,*  
*non respondit mihi*. Addit autem & superbum contem-  
 ptū. *ore proprio deprecabar illum*. i. oportebat me ad eū agere  
 16 nō imperio, sed precibus, propter hoc quod me cōtēnebat.  
 ¶ Deinde enumerat personas maximē coniunctas, s. vxorē  
 & filios. solet autē vxoribus maximē delecta bilis fieri  
 præsētia viri, nisi fortē ex aliqua graui corruptione hor-  
 ribilis reddatur: & ad hoc signandū subdit, *halitum meum*  
*exhorruit vxor mea*. s. propter foetorem vlcerū, ex quibus ei

horribilis reddebatur. Filij autē ex solo nutu parētis solēt  
 eius voluntatē implere. ex magno autē contemptu parētis  
 prouenit, quod patrē cui oportet à filio reuerētia exhiberi,  
 oporteat supplicem filiū deprecari: & ad hoc ostēdendum  
 subdit: *orabam filios vteri mei* sed hoc videtur contra id  
 quod dictū est supra. Primò quod filij eius & filij oppressi  
 sunt per domus ruinā: sed potest dici quod aliqui paruuli  
 remanserāt, qui non interfuerāt illi conuiuio. vel fortē ali-  
 qui filij filiorū, qui mortē propriorū parētū peccatis pro-  
 priis imputantes peccatis Iob ipsum contemnebant. Post-  
 17 quā ergo se despectū dixit à domesticis & à forencis, ostē-  
 dit consequēter se despectū esse & à stultis & à sapiētibus.  
 Est autē stultorū propriū, quod eos despiciant, quos in mi-  
 seriis vident: quia sola bona terena honoranda putant. Et  
 ideo dicit, *Stulti quoq; despexerunt me*. scilicet corde præsen-  
 tem. *cum ab eis recessissem, detrahebant mihi*. scilicet ore  
 pronunciantes quæ in præsētia dicere verebantur.  
 ¶ Deinde etiā se à sapiētibus despectū dicit, quos aliquā-  
 18 do familiares habuerat: vnde dicit, *abominati sunt me quon-*  
*dā consiliarij mei*, quos. s. propter eorū sapiētiā ad meum  
 consiliū admittebam. *quem maxime diligebam aduersatus*  
*est me*. & fortē dicit propter aliquē eorū, qui præsentes ader-  
 rant, qui ei graui⁹ aduersabatur. Sic igitur præmissis aduer-  
 16 sitatibus quæ pertinet ad exteriora, subiungit de proprij  
 corporis consumptione, dicēs: *Pelli mee consumptis carnibus*  
*adhaesit os meum*. Quia scilicet propter grauitatem agritu-  
 dinis carnes eius consumptæ erant. Ita quod cutis eius of-  
 fibus adhereret, sed quia labia sunt carnea, quæ dentibus  
 sicut offibus adherent, ideo ad hæc excipienda subdit, *de-*  
*relieta sunt tantummodo labia circa dentes meos*. Per quod  
 videtur occultē innuere quod omnibus alijs officiis mem-  
 brorum cessantibus, solū ei remanserat loquutionis of-  
 ficiū. Enumeratis ergo aduersitatibus suis, eos ad com-  
 20 passionem inuitat, geminans nunc petitionē propter mul-  
 titudinē miseriarum, dicēs: *Miseremini mei, miseremini mei,*  
*salte vos amici mei*, ex quo ab alijs sum derelict⁹. Causa autē  
 miserendi, est miseria quæ tanto grauior est, quanto à forti-  
 ori inducitur: Ideo subdit, *quia manus domini tetigit me*.



Intelligebat enim se à Deo percussum. nō videtur autē dē-  
censv̄t homo afflicto afflictionē addat, & ideo subdit: *Qua-  
re persequimini me sicut Deus*. Q. d. sufficit mihi persecutio  
quæ est à Deo. vestrū autē esset magis cōsolationē adhibe-  
re, qualiter autē eū persequerentur, ostēdit subdens: *Car-  
nibus meis saturamini*. quod proprie ad detractores pertinet  
qui carnibus humanis vesci dicūtur, inquitū iniquitatibus  
aliorum delectātur. Caro enim est infirmior pars animalis.

LECTIO II.

**Q**uis mihi tribuat, vt scribātur sermōes mei? *Quis  
mihi det, vt exarētur in libro stylo ferreo, & plu-  
bi lamina, vel celtē sculpantur in silice? Scio enim  
quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de  
terra surrecturus sum. Et rursus circūdabor pelle  
mea, & in carne mea videbo Deū. Quē visurus sum ego ipse, &  
oculi mei cōspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea  
in sinu meo. Quare ergo nunc dicitis persequamur eū, & radi-  
cem verbi inueniamus contra eum? Fugite ergo à facie gladij  
quoniam vltor iniquitatum gladius est, & sitote esse iudicium.*  
¶ Dixerat superius Iob spem suā esse ablatā, quasi arboris  
auulse, quod quidē dixit referēs ad spem temporalis pro-  
speritatis recuperādæ: ad quam eū amici eius multipliciter  
incitabāt: hæc autē spēs sibi habendā nō esse supra multipli-  
citer ostendit, ad diuersa inconueniētia deducēdo. Nūc au-  
tem manifeste suā intentionē aperit, ostendens se prædicta  
nō dixisse, quasi de Deo desperas, sed quia altiore spem de  
eo gerebat: nō quasi relata ad præsentia bona, sed ad futu-  
ra. Et quia grādia & mira, & certa dicturus erat, præostēdit  
desideriū suū, ad hoc quod sententia, quā dicturus erat, in  
fide peccatorū perpetuetur: transmittimus autē sensus &  
verba nostra in posteros per scripturę officii: & ideo dicit.  
*Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei.* Scilicet quos  
dictur sum de spe, quam in Deo firmaui, ne obliuione de-  
leantur. Solēt autē ea quę atramēto scribūtur, per longin-  
quitate tēporis deleri: & ideo quādo volumus aliqua scri-  
pturā in longinquū seruari, nō solū per modū scripturę eā  
describimus: sed per aliquā impresionē siue in pelle, siue  
in metallo, siue in lapide: & quia illud quod sperabat non

erat in proximo futurum, sed in fine temporum reseruatur  
implendū: & ideo subdit: *Quis mihi det vt exarētur in li-  
bro stylo ferreo.* Quasi in impresione aliqua facta in pelle.  
aut si hoc parū est, impresioe facta fortior in lamina plu-  
bi, vel si & hoc parū videtur celtē sculpantur stylo ferreo in silice.  
Qui sunt autem ij sermones, quos tanta diligentia velit  
conseruari, ostendit subdens. *Scio enim quod redemptor meus  
viuit.* Singulariter hoc per modū causæ assignat. Ea enim  
quæ pro certo non habemus, non curamus mandare me-  
moriz. & ideo singulariter dicit: *Scio enim.* Quia scilicet  
per certitudinem fidei. Est autem hæc spes de gloria resur-  
rectionis futuræ, circa quam primo assignat causam: cum  
dicit: *redemptor meus viuit.* Vbi considerandum quod homo,  
qui immortalis constitutus fuerat à Deo, mortem per pec-  
catum incurrit, secundum illud. Sicut per vnum hominem  
peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatū mors:  
à quo quidem peccato per Christum redimēdum erat ge-  
nus humanum: quod Iob per spiritū fidei præuidebat: re-  
demit autem nos Christus de peccato post mortem pro no-  
bis moriendo: non autem sic mortuus est, quod cum mors  
absorberet, quia etsi mortuus sit secundum humanitatem,  
mori tamen non potuit secundum diuinitatem. Ex vita au-  
tem diuinitatis etiam humanitas est reparata, ad vitam re-  
surgendo secundum illud. Nam & crucifixus est ex infir-  
mitate nostra, sed viuit ex virtute Dei, & vita autē Christi  
resurgentis ad omnes homines defundetur in resurrectione  
communi, vnde & ibidē subdit Apostolus, Nam & nos  
infirmi sumus in illo, sed viuem⁹ in illo, scilicet virtute Dei  
in nobis, vnde & Dominus dixit. Quando mortui audient  
vocem filij Dei, & qui audierint viuēt, sicut enim pater ha-  
bet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam in semetipso  
habere. Est ergo primordialis causa resurrectionis humane  
vita filij Dei, quæ non sumit initium ex Maria, sicut Ebio-  
nitę dixerunt, sed semper fuit secundum Apostolum, Iesus  
Christus heri, & hodie, ipse & in secula, & ideo signan-  
ter dicit. *Redemptor meus viuit.* Ex hac causa futuram re-  
surrectionem pronunciat, tempus ipsius determinans,  
cum subdit: *Et in nouissimo die de terra surrecturus sum.*

Rom. 5.

2. Cor. 13.

Ioan. 5.

Heb. vit.



Ioan. 6.

Sapient. 9.

I. Cor. 15.

4 Vbi considerandum est, quod quidam ponentes motum cœli, & hunc statum mundi in æternum duraturum, posuerunt quod circa reuolutiones ætornorum, redeuntibus stellis, ad situs eorundem homines mortui reparantur ad vitam, cum autem dies ex motu cœli causetur, si motus cœli in æternū durabit, nullus erit nouissimus dies, & ideo ad prædictum errorem tollendum, signanter dicit: *In nouissimo die.* Et concordat sententia Domini qui dicit. Ego resuscitabo eum in nouissimo die. Fuerunt alij, qui dixerunt quod homines resurgent, resumendo non terrena, sed quedam celestia corpora, sed ad hoc excludendum subdit: *Et rursum circumdabor pelle mea.* Quod signanter dicit, quia supra dixerat solam pellem circa ossa remansisse. Ex ipso autem modo loquendi, rationem resurrectionis assignat, ne scilicet anima à proprio indumento semper remaneat denudata. Rursus fuerunt alij qui dixerunt animam, idem corpus quod deposuerat, resumpturam, sed secundum conditionem eandem, vt scilicet indigeat cibis & potibus, & alia opera carnalia huius vitæ exerceat, sed hoc excludit subdens, *Et in carne mea videbo Deum.* Manifestum est enim quod caro hominis secundum statum vitæ præsentis corruptibilis est, corpus autem quod corrumpitur, aggruat animam, vt dicitur. Et ideo nullus in hac mortali carne viuens, potest videre Deum, scilicet caro, quam anima in resurrectione resumet, eadem quidem erit per substantiam, neque corruptionem habebit ex diuino munere secundum illud Apostoli. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & ideo illa caro huius conditionis erit, quod in nullo animam impediatur, quin Deum possit videre, sed erit ei omnino subiecta, quod ignorans Porphyrius dixit, quod anima ad hoc quod fiat beata, omne corpus fugiendum est quasi anima sit Deum visura non homo, & ad hoc excludendum subdit: *Quem visurus sum ego ipse.* Quasi dicat, non solum anima mea Deū videbit, sed ego ipse, qui ex anima & corpore subsisto, & vt ostendat quod illius visionis etiam suo modo erat particeps corpus, subiungit: *Et oculi mei conspiciuntur sunt.* Non quia oculi corporis diuinam essentiam sunt visuri, sed quia oculi corporis videbunt Deum homi-

nem factum, videbunt etiam gloriam Dei in creatura resurgente, secundum Augustinum in fine de ciuitate Dei, & vt idem numero, non solum specie, reparandus homo credatur ad Deum videndum, subiungit: *Et non alius.* Scilicet numero, scilicet ne credatur talem se vitæ reparationem expectare, qualem describit Aristote. in secundo de generatione dicens, quod quorumcunque substantia est corruptibilis reiteratur eadem specie, non eadem numero. Iis ergo præmissis de causa resurrectionis tempore, & modo, & gloria resurgentis & identitate eidem subiugit, *Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Ad ostendendum quod hanc spem non solum habebat in verbis, sed in corde absconditam, non dubiam sed firmissimam, non quasi vilem sed quasi præciosam, quod enim in sinu absconditur, in occulto habetur, & firmiter conseruatur, & charum reputatur. Sic ergo ostensa altitudine spei suæ, quam habebat de Deo, excludit eorum calumnias, quas contra eum quærebant, quod Dei spem & amorem abiecisset, quia in temporalibus spem non habebat, vnde subdit: *Quare ergo nunc dicitis persequamur eum.* Scilicet tanquam de Deo desperantem, vel Deum non timetem, *Et radicem verbi inuenimus contra eum.* Improbando dicta mea, quod prouidentiam Dei negauerim, quam non negabo, sed assero dicens præmia & pœnas à Deo præparari hominibus, etiam post hanc vitam, & ideo subdit: *Fugite ergo à facie gladij.* Id est, diuinæ ultionis in futura vita nobis reseruata, quamuis temporali prosperitate floreatis: *Quoniam ultor iniquitatum gladius est.* Id est ultio quam ipse propriè inducet post mortem: *Et scitote esse iudicium.* Non solum in hac vita, sed post hanc vitam in resurrectione bonorum & malorum.

CAPITVLVM XX.

LECTIO I.



*R*espondens autem Sophar Naamathites dixit: *Idcirco cogitationes meæ varia succedunt sibi, & mēs in diuersa rapitur. Doctrinam quæ me arguis audiā & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi. Hoc*



scio à principio, ex quo est positus homo super terram, quòd laus  
impiorum brevis sit, & gaudium hypocrite ad instar puncti.  
5 Si ascenderit usque ad caelum superbia eius & caput eius nu-  
bes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui eum  
6 viderant dicent, ubi est? Velut somnium auolans non inueni-  
7 tur, transibit sicut visio nocturna. Oculus qui eum viderat non  
8 videbit, neque ultra intuebitur eum locus suus. Filij eius atte-  
9 rentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum. Ossa  
eius implebuntur vitis adolescentie eius, & cum eo in puluere  
10 dormient. Cum enim dulce fuerit in ore eius, malum abscondit  
11 illud sub lingua sua. Parcet illi & non derelinquet illud, & ce-  
labit in gutture suo.  
1 ¶ Sophar audita sententia Iob de spe futurae vitæ acq̄-  
uissè videtur, vnde & post hanc responsionem secundam  
eius, tertio nihil contra dixit, sed tamen adhuc erat aliquid  
in corde eius, quòd à priori sententia eum non permitte-  
bat omnino recedere, putabat enim, quòd etsi in futura vi-  
ta fierent retributiones & punitiones pro meritis, vt Iob  
dixerat, nihilominus tamè adhuc ei videbatur, quòd pro-  
speritates & aduersitates huius vitæ hominibus dispensa-  
rètur à Deo pro merito virtutum vel peccatorum, & ideo  
2 quasi in parte conuictus, & in parte adhuc primam senten-  
tiam tenens dicit. Idcirco, Scilicet propter verba quæ di-  
cis de spe futurae vitæ. Cogitationes meae variæ succedunt sibi.  
Et vt non intelligantur huiusmodi variæ cogitationes ad  
eandem sententiam pertinere, sicut cum aliquis eandem  
conclusionem per varias rationes excogitat, subdit: Et  
mens in diuersa rapitur. Scilicet violentia rationum quæ  
induci possunt pro vtraque sententia, nunc ad vnum,  
nunc ad aliud ducor, & quia non sufficeret ad contrarias  
3 rationes soluendas, videbatur enim ei quòd sententiam  
Iob de spe futurae vitæ repudiare non deberet, & ideo  
subdit, Doctrinam qua me arguis audiam. Credendo scilicet  
quòd dixisti de resurrectione futura, sed tamen ad-  
huc totaliter primam sententiam non dimitto, & hoc est,  
quòd subdit, Et spiritus intelligentie meae respondebit mihi.  
4 Quasi dicat adhuc intellectus meus habet quid pro sen-  
tentia sua respondeat. Hoc autem videbatur ei certissi-

um & experimèto probatum, quòd mali, etsi aliqua pro-  
speritate gaudeant, tamen illa sit brevis, & cito in hac vita  
etiam finiatur, vel per festinam mortem, vel per aliquam  
prosequentem aduersitatem, & hoc est, quòd subdit: Hoc  
scio à principio ex quo est positus homo super terram. Quasi di-  
cat, à principio humani generis, Quòd laus impiorum brevis  
sit. Laudatur enim quòdoque ad modicum, propter aliqua  
bonitatis signa in vita quæ in eis apparent, illa statim ob-  
nubilatur ex iniquis operibus quæ in eis apparent, & ideo  
gaudium quòd habent de fauore, quòd capiunt ex sua si-  
mulatione, in breui pertransit, & hoc est, quòd subdit: Et  
gaudium hypocrite ad instar puncti. Quasi in momento per-  
transibit, quia ex fructibus suis cognoscitur, vt dicitur. Cõ-  
tingit enim quandoque quòd ex illo fauore quem breui  
tempore ex sua simulatione captauit, ad aliquem alium sta-  
tum sublimatus est. Vnde consequenter ostendit, quòd  
nec hoc ei stabile erit dicens: Si ascenderit usque ad caelum  
superbia eius. Id est propter altum statum quem adeptus est,  
in tantam ascendat superbiam, quòd non reuertet se cadu-  
cum quasi terrenum, sed immobilem quasi cœlestem, Et  
eius caput nubes tetigerit. Vt scilicet ultra communem sta-  
tum hominum promoueat, Quasi sterquilinum in fine  
perdetur. Vel propter festinam mortem, ex qua reddetur  
humanum cadauer, vile & abominabile, quasi stercus se-  
cundum illud, Hieremias, 9. Cadet morticinum hominis  
quasi stercus super faciem regionis, vel per hoc quòd e-  
ius malitia detegatur, & ab omnibus reputabitur vilis,  
secundum illud, Ecclesiasti, 9. Omnis mulier quæ est for-  
nicaria, quasi stercus in via conculcabitur. Eius autem 6  
superbia deiecta, stupor in cordibus hominum oriatur  
de tam subita deiectione, & reuerentia quæ habebatur  
ad ipsum cessabit, vnde subditur. Et qui eum viderant,  
dicent, ubi est? Vel admirantes vel contemnes, & vt  
ostendat eius deiectionem irreparabilem esse, subdit:  
Et velut somnium auolans non inuenietur. Sicut enim a-  
uis facilliter auolando auferuntur ab oculis hominum, ita  
etiam somnia de facili auferuntur à cogitatione huma-  
na, & quia eorum nullum manet vestigium vel debile,



neq; ad aliquod testimonium per quod si perdat, possit  
requiri ideo irreparabiliter transit eius cognitio, & simili-  
ter dat intelligere quòd casus impiorum sit irrecuperabilis  
& huiusmodi irrecuperabilitatis causam ostendit multi-  
plicem, primo quidem ex parte ipsius peccatoris qui parit,  
vnde dicit, *Transibit sicut visio nocturna*. Quæ quidem est  
visio phâtasmatum non permanentis, & ideo postquam de-  
fuerit ad eam reditus haberi nō potest, visio autem diurna,  
est alicuius rei permanentis, quam si aliquis videre defuerit,  
ad eam videndam rursus recurrere potest, & similiter quā-  
diu peccator manet, si aduersitas ei adueniat, potest repa-  
ratio sperari, sed quando ipse ex hac vita transferit, nulla  
ulterius reparatio speratur. Secundo autem ex parte alio-  
rum hominum ostendit causam esse irreparabilem, cum sub-  
dit: *Oculus qui eum viderat, non videbit*. Ea enim quæ ab oc-  
ulis recedunt, de facili etiā à memoria transeunt, vnde mor-  
tui qui subtrahuntur humanis aspectibus, de facili obliuio-  
ni traduntur, vt sic nec in memoriis hominum gloriam ha-  
beant, nec amici eius amplius auxiliū præstare curent. Tercio  
ostendit causam irrecuperabilitatis eius, quia non po-  
test redire ad priorem statum, vnde subdit: *Nec ultra in-  
tuebitur eum locus eius*. Non enim potest homo redire post  
mortem ad eundem modum viuendi, & nō solum ipse de-  
iicietur, & in propria persona transiens, & oculis hominū  
subtrahens, proprio loco nunquam restituendus, sed etiam  
filij pro peccato eius punientur, vnde sequitur: *Filij eius at-  
terentur egestate*. Iusto scilicet Dei iudicio, vt quia pro diui-  
tiis filiorum peccauit, in hoc etiam spe sua frustretur, filijs  
eius pauperibus effectis.

¶ Deinde quasi acquiescens iam sententiæ Iob, subiungit  
etiam de pœnis futuræ vitæ dicens, *Et manus illius reddent  
ei dolorem suum*. Id est, pro operibus peccatorum quæ fecit,  
dolorem patietur in pœnis, & quod ista retributio do-  
loris sit intelligenda post mortem, apparet per hoc quod  
subditur, *Ossa eius implebuntur vitis adolescentiæ eius, & cum  
eo in puluere dormient*. Quasi dicat etiam post mortem, quā-  
do carnes eius in puluerem resoluntur, solis ossibus in sep-  
ulchro remanentibus, pœnam patietur pro peccatis, non  
solum

solum quæ in senectute, sed etiam quæ in adolescentiâ com-  
misit, quæ est magis præceptus ad peccandum. Et causam etiā  
quare post mortem puniatur pro peccatis, ostendit: *Cum  
enim dulce fuerit in ore eius malum, absconder illud sub lingua  
sua*. Et loquitur ad similitudinem hominis dulcem cibum  
comedentis, qui non cito illum absorbet, sed diu tenet in  
ore, vt diutius delectetur, vnde hanc similitudinem expo-  
nens subdit: *Parcet illi*. Scilicet malo vel peccato, quod est  
ei dulce, nolens illud destruere, quod quidem destrueretur  
deserēdo, vnde sequitur, *Et non relinquit illud*. Quare au-  
tem non relinquitur, ostēdit subdens: *Et celabit in gutture  
suo*. Id est, nulli manifestabit, & propter hoc nullum ei pec-  
catum occultum dissuadebit, nec aliquod remedium adhi-  
bebit, quod adhibetur peccata sua consentientibus. Hæc est  
ergo causa quare peccata alicuius puniuntur post mortem,  
quia ea in vita relinquere noluit.

## LECTIO II.

**P**anis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum  
intrinsicus. Diuitias, quas deuorauit, euomet, &  
de ventre illius extrahet eas Deus. Caput aspidū  
sugget, & occidet eum in lingua viperæ. Non vi-  
deat riuulos fluminis, torrentes mellis & butyri.  
Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur, iuxta multitudi-  
nem adinventionum suarum sic & sustinebit, quoniam confrin-  
gens nudauit pauperis domū, rapuit & non edificauit eam, nec  
est satiatus venter eius. Et cum habuerit quæ concupierat, pos-  
sidere non poterit. Non remansit de cibo eius, & propterea nihil  
permanebit de bonis eius. Cum satiatus fuerit, arctabitur, estua-  
bit, & omnis dolor irruet super eum. Vtinam impleatur venter  
eius, vt emitat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bel-  
lum suum. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcū eum eductus  
& egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua.  
Vadent & venient super eum horribiles, omnes tenebra abscon-  
ditæ sunt in occultis eius. Deuorabit eum ignis, qui non succendi-  
tar, affligetur relictus in tabernaculo suo. Reuelabunt celi ini-  
quitatem eius, & terra consurget aduersus eum. Apertum erit  
germen, domus illius detrahetur in die furoris Dei. Hæc est pars  
hominis impij à Deo, & hereditas verborum eij à Domino.





- ¶ Quia dixerat quòd ossa impij replenda sunt vicijs adolescentiæ eius, prosequitur latius, & primo ostendit quòd bona quæ in hoc mundo habuit ei vertetur in mala, & vti-  
tur similitudine comedentis, cui cibus quandoque in ma-  
lum conuertitur, & hoc duobus modis, vno modo quado-  
que cibus indigestus interius manet, & conuertitur in hu-  
mores venenosos, & quantum ad hoc dicit: *Panis eius in  
vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.* Quasi dicat si-  
cut quadoque cibus comestus, conuertitur in humores ve-  
nenosos, ita & bona quæ in hoc mundo habuit, persevera-  
ter vsque ad mortem conuertuntur in amaritudinem mor-  
tis. Secundo cibus quandoque comestus, qui digeri nõ po-  
test, per vomitum extra eiicitur, cum abominatione & do-  
lore, ita quadoque etiam contingit, quòd homines pecca-  
tores bona temporalia, quæ in hoc mundo acquirunt, quia  
eis bene non vtuntur quasi indigesta diuino iudicio cum  
dolore amittuntur, vnde subdit: *Diuitias quas deuorauit.* Id  
est rapaciter acquisiuit. *Euomet.* Id est, cum abominatione  
perdet, *Et de ventre eius.* Id est de eius dominio, *Extrahet  
eas Deus.* Quia scilicet diuino iudicio per quandã violen-  
tiam ei auferentur, nec solum bona quæ habuit, ei verten-  
tur in malum, sed etiam ab inimicis mala patietur, & facto  
& verbo, & ideo duo exempla ponit. Primum quidem de  
aspide, quæ mordendo interficit, vnde dicit, *Caput aspidis  
surget.* Scilicet contra eum ad eum mordendum, per quod  
significatur aliquis malefactorum princeps, & etiã diabo-  
lus eum inuadens. Tertium exemplum ponit de vipera, quæ  
lingua sua venena diffundit, vnde sequitur, *Et occidet eum  
lingua vipere.* Per hoc intelligitur quodcunque nocumen-  
tum proueniens ex lingua hominis quasi venenum ex lin-  
gua vipere.
- ¶ Deinde subiungit pœnam ex priuatione bonorum, *Non  
videat riuulos fluminis, torrentes mellis & butyri.* Mel autem  
& butyrum in hoc conueniunt quòd vtrũque suauis est ad  
edendum, sed mel officio apium ex floribus colligitur, bu-  
tyrum autem ministerio hominis & lacte domesticorũ su-  
mitur, vnde per mel potest significari quodcunque bonum  
delectabile proueniens absque industria hominum, per bu-

tyrum autem designatur aliquod bonum delectans ex stu-  
dio humano proueniens. Torrens autem subito & ex inspe-  
rato superueniens, in flumine abundantiam designat pro-  
pter aquarum multitudinem, in riuulis autem distributio  
bonorum designatur, non enim omnes omnia habent ne-  
que temporalia, neque spiritualia bona, sed quidam hæc  
quidam illa. Datur ergo intelligi quòd bonis secundũ So-  
phar sententiam suauitas bonorum proueniat, abundãter  
& ex insperato, tum ex humano ministerio, tum ex prou-  
identia diuina siue humana industria, secundũ tamen quan-  
dam ordinatam distributionem, qua quidem distributione  
priuandum asserit peccatorem. Et quia quandoque ex mul-  
titudine pœnarum homo deficit, vt vltiores pœnas susti-  
nere non possit, subiungit quòd peccator quamuis in hac  
vita multipliciter puniatur, tamen vltieris referuatur ad  
pœnas futuræ vitæ, vnde sequitur: *Luct quæ fecit omnia.*  
Id est, pro singulis peccatis suis pœnã patietur. *Nec tamen  
consumetur.* Scilicet secundum animam quæ futuris pœnis  
referuatur, consequenter ostendit conuenientiam pœna-  
rum ad culpas cum subdit, *Iuxta multitudinem aduentio-  
num suarum.* Id est peccatorum, quæ sollicitè excogitat. *Sic  
& sustinebit.* Scilicet quia pœna per quandam conuenien-  
tiam culpæ respondebit, & post hoc manifestat quantum  
ad culpam rapacitatis, in qua duo per ordinem ponit, quo-  
rum primum est violenta deprædatio, quod significat sub-  
dens. *Quoniam confringens nudabit pauperis domum.* In con-  
fractione quidem violentiam significans in nudatione rap-  
inam. Secundo ponit restitutionis negligentiam, & quan-  
tum ad hoc subdit, *Domum rapuit & non edificauit eam.* Quasi  
dicat ea quæ de domo rapuit, vel quæ in domo confligedo  
destruxit, recompensare neglexit, huic autem culpæ conue-  
nientè pœnam subiungit, dicens: *Nec est satiatus venter eius.*  
Quasi dicat quia nudauit domum pauperis, eum de bonis  
suis satiari non sinens, ideo appetitus eius non est satiatus,  
nec de bonis quæ iure possidet, neq; de iis quæ iniuste ac-  
quisiuit quia sicut dicitur. *Auarus nõ implebitur pecunia,*  
& qui amat diuitias, sanctum non capiet ab eis, & quãtum  
ad hoc subdit, *Et cum habuerit quæ concupierat, possidere nõ*  
*Eccles. 5.*



*poterit.* Quia vel ipse subtrahetur eis vel illa subtrahentur ei, & hoc conueniens est, vt quia ea quæ rapuit, sponte restituere noluit, ea inuitus amittat.

- 9 ¶ Deinde videtur idem in culpa veracitatis, quam ponit subdens, *Non remansit de cibo eius.* Quasi scilicet qui quid habuit in suos vsus, conuertit, nec in aliorum necessitatem referuans, subigit conuenientem pœnam dicens: *Propterea nihil permanebit de bonis eius.* Scilicet ei quia omnia perdet, & hæc est conueniens pœna, quâ tum ad hoc quod de bonis suis aliis voluit referuare, vnde iustum est, vt ei nihil referuetur. Quâ tum vero ad hoc quod superflua in suos vsus consumpsit, subiungit aliâ conuenientem pœnam, dicens. *Cum satiatus fueris, &c.* Id est loquitur ad similitudinẽ hominis qui nimis comedit, cuius viscera arctantur ex nimio cibo compressa, per quod significatur, quod homo, qui superflua sibi acquisiuit, arctationem quandam patietur, non valens omnia acquisita recte disponere, sicut patet de diuite cuius ager vberes fructus protulerit, quod voluit horrea sua destruere, vt faceret ampliora, ex arctatione viscerum sequitur inordinatus calor & anxietas, vnde subdit: *Et estuabit.* Et similiter illi qui multa sibi immoderate congregant, nimia sollicitudine affliguntur, demum ex superfluo cibo ad omnia membra solet dolor peruenire, vnde subdit, *Et omnis dolor irruet super eum.* Similiter etiã iis qui superflua congregauerunt, multiplex dolor exoritur, dum
- 11 in pluribus dispendia patiuntur. Considerans ergo Sophar, quod saturitas impij est ei nociua, quasi ex zelo iustitiæ optat ei saturitatem bonorum temporalium, vt pœnam patiat, vnde sequitur. *Nunc impleatur venter eius.* Scilicet abundantia temporalium bonorum. *Vt emittat in eum.* Scilicet Deus. *iram furoris sui.* Id est, vindictam sine misericordia, & modum iræ ostendit subdens, *Et pluat super eum bellum suum.* Et in hoc quod dicit, *Pluat,* designat malorum abundantiam, & in hoc quod dicit, *Super illum.* Id est, super viros peccatores designat impotentiam resistendi, in hoc autem quod dicit, *Bellum suum.* Ostendit quod mala non inferuntur ei ad correctionem per modum disciplinæ, qua pater castigat filium, sed per modum exterminij, quo hostes
- 12

perduntur, vnde subdit, *Fugiet arma ferrea.* Id est, pœnas præsentis vitæ impatienter eas sustinendo, quæ ad modum gladij ferrei feriunt de propinquo, *Et ruet in arcum arcum.* Id est, in pœnas futuræ vitæ, quæ quasi ferit à remotis ad modum arcus ærei, qui est infrangibilis, vt futurarum pœnarum interinitas designetur. Exponit autem consequenter huius arcus processum dicens, *Eductus & egrediens de vagina sua.* Supple est arcus ille, quandiu enim arcus est in vagina, nõ percutit, & similiter vltio futuræ damnationis, quandiu est in Dei præsentia, quasi in quadam vagina non damnat, sed educitur de hac vagina per malitiam prouocantem Deum, & tunc egreditur per dispositionem diuinam, & eius effectum ostendit subdens, *& fulgurans in amaritudine sua.* Sicut enim fulgur de superius, & subito, & cû violentia & claritate venit, ita illa vltio infertur peccatori à Deo ex improviso, cum tanta violentia quæ resisti non poterit, & cum tanta claritate iustitiæ, quod excusationis locus non erit, & ex hoc peccator replebitur amaritudine.

¶ Deinde pœnas vltionis explicat per partes, & primo quantum ad hoc quod sub potestate dæmonum tradetur, & quantum ad hoc subdit: *Vadent & venient super eum horribiles.* Id est, liberam potestatem accipient super eum dæmones.

¶ Deinde ponit pœnam damni, cum subdit, *Omnes tenebræ absconditæ sunt in oculis eius.* Quia scilicet perfectas tenebras exteriores & interiores patietur, elongatus à claritate Dei, quod quidem in occulto dicit esse, quia sicut sanctorum claritas in hac vita nobis occulta est, ita & tenebrositas impiorum.

¶ Deinde ponit pœnam sensus, cum dicit: *Deuorabit eum.* Non quidem consumendo, sed sua afflictione absorbendo, *ignis,* Scilicet gehennæ. *Qui non succenditur.* Scilicet humano studio, sed diuina virtute secundum illud, *Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.* In iis autem pœnis nullum auxilium sibi aderit, vnde subdit, *Affligetur relictus in tabernaculo suo.* Ex hoc quod relinquatur sine auxilio in loco pœnarum sibi deputato. Positis ergo pœnis, quas in seipso patietur, subiungit pœnas, quæ pertinent

13



D. THOMAS

ad ipsum, secundum quod post mortē remanet in hac vita; & primo quidem quantum ad hoc quod remanet in memoriis hominum, dicens: *Reuelabunt cæli iniquitatem eius.* Id est, cœlesti virtute fiet quod iniquitas eius reuelēt post mortem, quæ latebat in vita. *Et terra cōsurget aduersus eum.* Quia manifesta eius iniquitate, homines terreni etiam cōtra mortuum turbabuntur, qui forte viuum reuerēbantur.

16 ¶ Deinde ponit pœnam eius quantum ad hoc quod remanet in filiis, cum dicit, *Apertum erit germen domus illius.* Id est filij eius expositi erunt tribulationibus, & hoc germen. *Detrahetur.* Scilicet de hac vita. *In die furoris Domini.* Id est, in die vindictæ diuinæ, quamuis possit hoc ad finale iudicium referri, in quo sancti reuelabūt iniquitatem peccatoris, & totus mundus pugnabit contra insensatos. *Et germina.* Id est, opera peccati, manifestabuntur, & tandem impius detrahetur in infernum.

17 ¶ Deinde epilogando subdit, *Hæc est pars impij à Deo.* Id est, quam sibi acquisiuit prauis verbis, & operibus, *Et hæreditus verborum eius à Domino.* Id est, quam sibi acquisiuit prauis sermonibus. Considerandum quod inter præmissa præsentibus pœnis futuras commiscuit.

CAPITVLVM XXI.

LECTIO I.

1 **R**espondens autem Iob dixit: *Audite quæso sermones meos, & agite penitentiam. Sustinete me, vt ego loquar, & post mea, si videbitur, verba ridete.*  
2  
3 *Nunquid cōtra hominem disputatio mea est, vt merito non debeam contristari. Attendite me, & obstupescite, & supponite digitum ori vestro. Et ego quando recordatus fuero, pertimesco, & concutit carnem meam tremor. Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortati que diuitiis? Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in conspectu eorum. Domus eorum secure sunt & pacata, & non est virga Dei super illos. Bos eorum cœcepit, & non abortiuit, vacca peperit, & non est priuata fetu suo. Egre diuntur quasi gregeſ paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitum organi.*

*Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* 12  
*Qui dixerunt Deo, recede à nobis, & scientiam viarum tuarum* 13  
*nolumus. Quis est omnipotens, vt seruiamus ei? Et quid nobis* 14  
*prodest si orauerimus illū? Veruntamen, quia non sunt in manu* 15  
*eorum bona sua consilium impiorum longe sit à me. Quotiens* 16  
*lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inundatio, &* 17  
*dolores diuidet furoris sui. Erunt sicut pallea ante faciem ven-* 18  
*ti, & sicut fauilla quam turbo dispergit, Deus seruabit filijs il-* 19  
*lius dolorem patris, & cum reddiderit tunc sciet. Videbunt ocu-* 20  
*li eius interfectionē suam, & de furore omnipotentis bibet. Quid* 21  
*enim ad eum pertinet de domo sua post se. Et si numerus mensium* 22  
*eius dimidietur.*

¶ Quia Sophar in præmissis verbis, quātum ad aliquid iam sententiæ Iob consenserat, vt poneret peccata puniri post mortem: quamuis adhuc in hoc suam sententiam retineret, quod etiam in vita ista peccata temporaliter puniuntur, erectus fuit Iob in spem conuertendi eos totaliter ad verā sententiam, & ideo primo humiliter inducit eos ad attentionem, cum dicit, *audite quæso sermones meos,* & quia hætenus cum quadam irrisione eius verba audierant, subdit: *agite penitentiam,* scilicet de hoc quod verba mea irrisistis, vel quia veritati contradixistis. Et quia omnes bis loquuti estis, *sustinete me vt ego loquar,* respondebo ad ea quæ vltimo proposita sunt, & ne antequam audirent, iudicium condemnationis proferat, subdit, *& post mea si videbitur verba ridete,* quasi dicat, si iudicatis meam hanc sententiam derisibilem esse, prius tamen meam responsionem audiatis, quæ si vobis non satisfaciatur, postea poteritis iustius ridere. Et ne videantur eius verba despicienda fore, ostendit quod de magnis loquutus est, scilicet de diuinis iudiciis, non de humanis: vnde subdit, *nunquid contra hominem disputatio mea est,* vt merito non debeam contristari, quasi dicat, si ad hoc tenderet meæ disputationis intentio, vt inquirerem an aliquis homo iuste vel iniuste me afflixerit, qualitercumque accidisset merito tristitia carerem, si dispositio mea tendit ad inquirendum, quomodo hoc iusto Dei iudicio acciderit, & quia de magna re est ista disputatio, audienda est at-

tente, vnde dicit, *attendite me*, est autem audienda non leuiter & cum irrisione, sed magis grauius & cum stupore: vnde subdit, *& obstupescite*, est autem audienda silenter & sine mulstinatione, vnde subdit, *& supponite digitū ori vestro*, & ne videatur hoc iactanter dicere, quasi ad deferendū honorem suæ auctoritati ostendit se etiam in altitudine huius quæstionis stupere, vnde subdit, *& ego quando recordatus fuero pertimesco*, ne scilicet in tanta quæstione in aliquo à veritate deficiā, irreuerenter de diuinis iudiciis loquamur, timor autem iste non silit in mente, sed peruenit vsque ad carnem, vnde subdit, *& concutit carnem meam tremor*, ex vehementi enim passione etiā caro mutatur, quibus præmissis sufficientibus ad attentionē excitandā procedit ad quæstionem. Et quia Sophar dixerat, quod prosperitates malorum siquæ sint, breui finiuntur, & bona in malum eis vertuntur, ideo hæc statim Iob improbat dicens, *quare ergo impij viuunt*, scilicet diu quasi dicat si impius velut ius volās, & velut visio nocturna cito trāsit, vnde est quod multi impij habent vitæ diurnitatem.

¶ Itē si hypocrite gaudiū est ad instar puncti, & eius ascēsus cito deiicietur, *quare subleuati sunt*, id est in honoribus promoti.

¶ Item si diuitias, quas deuorauit, euomit, *quare sunt confortati suis diuitiis*, id est quare eorū diuitiæ sunt eis cōfirmatæ.

7 Contra hoc etiam quod dixerat, filij eius atterentur egestate: dicit, *semen eorum permanet coram eis*, id est filij eius videntibus perseuerent, & idem subiungit de alijs personis coniunctis dicens, *propinquorum turba & nepotum in conspectu eorum*, per quod duplicem prosperitatem designat, quia nec eorum propinqui subtrahuntur per mortem, quod significat in hoc quod dicit, *coram eis & in conspectu eorum*.

8 ¶ Deinde prosequitur per partes præmissam prosperitatē impiorum, primo quidem quantū ad ipsos præmittens immunitatem à malo, cū dicit, *domus eorum*, id est familię eorū cū necessarijs rebus securæ sunt scilicet ab insultu hostiū, *& pacatæ*, id est carentes interna dissensione, & etiā immunēs sunt à diuino flagello: & quantum ad hoc subdit, *& nō est virga Dei super illos*, quia scilicet pro peccatis suis non

corriguntur in hac vita, & subiūgit de multiplicatione bonorū: quia scilicet bona eorū nō sunt sterilia nec fructu suo priuātur: & hoc manifestat in spem boū qui apud antiquos acceptissimi erant propter agriculturam, vnde dicit, *bos eorum & vacca concepit*, secundum quod tollitur sterilitas, est autem conceptio primū in fructificatione animalū. Tertium est formatio fetus cōcepti in vētre, productio ad perfectum, quod impeditur per abortum, & quantū ad hoc dicit, *& nō abortiuit*. Tertium autem est partus, & quantum ad hoc dicit, *vacca peperit*, idē significans nomine bouis & vaccæ, & vitur utroque vel propter ornatum sermonis, vel necessitatem metri. Quartū autem est educatio prolis, & quantum ad hoc subdit, *& nō est priuata fetus suo*, morte scilicet præoccupante.

¶ Consequenter autem subdit de prosperitate, quantū ad filios, circa quod primo ponit prolis multitudinem, cū dicit, *egrediuntur*, scilicet in plateis ambulantes non præuenti morte, *quasi greges paruuli eorum*, scilicet in multitudine & mutua cōcordia. Secundo ponit eorū incolumitatem, cū subdit, *& infantes eorum exultant iusibus*, quasi non gemunt infirmitatibus. Tertio ponit eorum disciplinam, qua apud antiquos liberti instruebantur in musicis, vnde dicit, *tenent tympanum & cytharam*, & gaudēt ad sonitum organi, quasi instructi: ad quod & ipsi conuenienter musica vtuntur & alios audiendo prudēter iudicant. Sed ne aliquis dicat quod hæc eorum prosperitas modicū durat ad instar puncti: contra hoc subdit, *ducunt in bonis dies suos*, quasi dicat omnes dies vitę suę in prosperitate peragunt, necesse est autē ex cōmuni cōditione quod finaliter sentiant mortem: sed tamen hanc patiuntur absque præcedēti angustia, vnde subdit, *& in puncto ad inferna descendēt*, id est in mortē. Omnes enim antiqui ante redemptoris aduentū, de quo supra loquutus fuerat: ad inferna descendebant, sed quidam aduersatiibus presi, in via, nō subito, sed per multas amaritudines ad inferna descendebant, sicut Iacob dixit. Descēdam ad filium meum lugēs in infernum, sed illi qui prosperitate vigent, vsque ad mortem, quasi in puncto vsque ad inferna descendunt, propter multa mala quæ faciunt, inuenerunt à Deo



13 prosperitatem terrenam, eum amando vel cognoscendo: vel ei quibus unque operibus seruiendo: vel saltem bona temporalia ab ipso petendo, sed hoc excludit subdens, *qui dixerunt Deo*, scilicet ex corde proposito quasi ex certa malitia peccantes, *recede a nobis*, quod pertinet ad defectum amoris scientiam viarum tuarum nolumus, que pertinet ad defectum cognitionis per ignorantiam affectatam. Via autem domini dicuntur precepta & iudicia eius, quibus ab ipso disponimur: *quis est omnipotens, ut seruiamus ei*, quod pertinet ad defectum bonorum operum, prouenientem ex Dei cōtēptu, & *quid nobis prodest si adorauerimus eum*, quod pertinet ad contemptum petitionis propter defectum spei. Sic ergo euidentissime confutauit eorum sententiā, ostendens quod prosperitas temporalis non semper est premiū virtutis, nec aduersitas temporalis, est pœna peccati: quia impij frequenter prosperantur in hac vita, nihil boni merentes à Deo. Et cum hi nullas graues aduersitates patiūtur: posset aliquis obijcere, si malis prospera eueniunt, & aduersitatibus carent, ergo nulla est ratio à malitia declinādi, vnde dicitur. Eadem cunctis eueniunt vnde & corda filiorū hominum implentur malitia, sed huic obiectioni respōdet dicens, *veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua, cōsiliū impiorum longe sit à me*. Circa quod sciēdum est, quod in manu hominis idest in potestate i, sius, sunt quedam bona scilicet volūtaria virtutum opera, quorum est dominus per liberum arbitrium, gratia Dei iuuante, & ideo huiusmodi bona semper possunt retinere virtuosi quādiu volūt: & propter hoc consiliū, quo Deum & iustitiam contēnunt vt prospere viuant, quia per hoc non possunt assequi quod intendunt, sed quandoque aduersitatibus premuntur. Est autem considerandum vterius quod aduersitas impij grauior est quā iusti: qui si aduersitatem patitur temporalem, remanet ei fulcimentum virtutis, & cōsolatio in deo: vnde nō totaliter dissipatur, sed malis amissis tēporalibus bonis, quæ sola sibi quaesierunt, nullum remanet fulcimentum: vnde subditur, *quotiens lucerna, idest prosperitas impiorum extinguetur, idest finitur, & superueniet eis, diuino iudicio, inundatio, idest grauis tēpestas aduersitatis: & quo-*

Eccle. 90

18 tiens Deus dimidit, idest sub certa mēsurā distribuit, dolores, idest afflictiones aliquas, furoris sui, idest ex eius furore prouenientes, erunt, impij scilicet, sicut palea ante faciem venti, quæ scilicet propter leuitatem resistere non possunt vento, & sicut fanilla, quæ scilicet remanet ligno cōbusto, quam turbo dispergit, quia scilicet non habet humorē, vt simul teneat, ita etiam impij adueniente aduersitate resistere non possunt: quia carent fulcimēto diuinæ spei, & per diuersas cogitationes dispergūtur carentes humore virtutis. Et post hoc subdit de aduersitate quantū ad filios cum dicit, *Deus seruabit filiis illius dolorem patris*, scilicet quia peccata patris pertingunt vsque ad filios imitatorum paternæ malitiæ: nec differtur hoc vsque post mortem patris, sed viuente & cognoscente patre, hoc erit: vnde subdit, & *cum reddiderit, scilicet Deus pœnā filiis, tunc sciet*, scilicet pater, vnde subdit, *videbunt oculi eius interfectionem suam, idest filiorum suorū: vel quacūque aduersitate: & in hoc ipso, de furore omnipotentis bibet*, quia hoc ipsum pertinet ad pœnā patris, quod filij eo viuente puniuntur: non autem si punirentur post eius mortem: vnde subdit, *quid enim ad eum pertinet de domo sua post se*, idest non affligeretur à futuris infortuniis posterorum: & maxime cum peccator post mortem hoc ignorat, sicut supra, dictum est, siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget: aut quid pertinet ad eam, si numerus mensium eius dimidietur? non potest de hoc dolere in vita, quia hæc ignorabat futura.

Cap. 14.

LECTIO II.

**N**unquid Deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos iudicat? Iste moritur robustus, & sanus dines & felix, & viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine animæ suæ absque vllis opibus, tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos. Certe noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas. Dicitis enim. Vbi est domus principis, & vbi tabernacula impiorum. Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelligere cognoscetis? *Quia in diem perditio-*



8 nis seruetur malus, & ad diem furoris ducetur. Quis arguet coram eo vias eius, & qua fecit, quis reddet illi? Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit. Dulcis fuit gladius cocytii: & post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles. Quomodo igitur consolamini me frustra, cum responso vestra repugnare ostensa sit veritate?

1 ¶ Quia supra Iob proposuerat, quod impiis in hac vita quandoq; prospera, quandoq; aduersa adueniunt, quod facit homines dubitare, ideo ad huiusmodi dubitationis solutionem accedens, præmittit quod hoc non prouenit ex defectu diuinæ scientiæ: quasi cum lateat malitia eorū, quibus prospera reddit: & ideo dicit, *Nūquid Deū docebit quisquam scientiā.* Quasi dicat nec indiget vt ab aliquo instruat de meritis hominum: vt sciat quibus prospera, & quibus aduersa reddat. quod autem subdit, *qui excelsos iudicat.* potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt sit sensus quod Deus nō indiget instructione alicuius ad hoc quod possit excelsos iudicare, id est, eorum qui prosperantur in hoc mundo, sicut rebus humanis indigent iudices instituti per testes de meritis iudicātorum. Alio modo potest intelligi, vt inducatur quasi probatio procedens. quod enim Deus omnia sciat, & hoc quod ab aliis instrui non indigeat, patet per hoc quod ipse habet iudicium super quemcunque excelsam. nullus autem iudicat que ignorat: vnde non potest esse quod alicuius quantumcunq; excelsa scientia lateat ipsum. Præmissa igitur sufficientia diuinæ scientiæ, subdit dubitationis materiam, quæ potest accidere super diuersa humanarum rerum dispositione: in qua quidam prosperantur vsque ad mortem, quidam verò in miseria moriuntur. Consistit autē temporalis prosperitas, primò quidem in potestate: & quantum ad hoc subdit, *iste moritur robustus.* Secundo in corporis sanitate, & quantum ad hoc subdit, *& sanus.* Tertio in exteriorum rerum opulencia, & quantum ad hoc subdit, *diues.* Quarto in consiliorū & operum prospero successu, & quantum ad hoc subdit, *felix.* Dicitur enim felix apud quosdam, cui omnia succedunt ad votum. vt autem non solū diuitias sufficientes, sed etiam superabundantes significet, subdit: *viscera eius plena sunt*

adept. Adeps enim propter superabundantiam nutrimenti generatur, & vt rursus ostendat eius potentiam multiplicibus auxiliis suffultam, subdit: *& medullis ossa illius irrigantur.* Per ossa enim fortitudo designatur: quorum robor nutrimento medullarum sustentatur. Subiungit autem de aliorum aduersitate dicens, *Alius vero moritur in amaritudine anime sue.* Quod scilicet pertinet ad interiores dolores, quos homines concipiunt: vel de corporalibus nocementis, vel etiam infortunatis euentibus. Addit autē, *absque vllis opibus.* Ad designandum exteriorum rerum defectum. Sed tamen cum sic diuersificentur in vita, cum æqualitate meritorum non potest dici, quod saltem in iis quæ sunt post mortem diuersa, ad corpus pertinentia eorum fors committetur. Aequaliter enim eorū corpora disponuntur post mortem. vnde subdit, *& vermes operient eos.* Id est æqualiter in terra sepelientur. & vermes operient eos. Id est æqualiter eorum corpora putrescent. Vnde patet quod non potest assignari ratio differentiæ quæ est inter homines secundum prosperitatē & aduersitatem, in iis quæ sunt æqualia meriti vel demeriti ex diuersa corporum dispositione post mortem. Erat autem opinio amicorū Iob, quod ratio prædictæ diuersitatis esset ex diuersitate meritorum: quod est contra id quod experimēto apparet de hoc quod impiorum quidam prosperantur, quidam aduersa patiuntur, vnde cum subdit: *Certe noui cogitationes vestras.* Quasi scilicet Iob temerariè condemnabat, & sententias. Scilicet exterioribus verbis prolatas, *contra me iniquas.* Quia scilicet iniquæ impietatis me arguitis & aduersis quæ patior: vnde subdit, *Dicitis enim, vbi est domus principis, & vbi tabernacula impiorum.* Quasi dicat tu simul cum familia tua ex altitudine tati principatus cecidisti: sicut solent deficere tabernacula impiorum. Sic igitur per ea quæ supra dixerat ostensa iniquitate sui & ipsorum: accedit ad determinandum veritatem, & præmittit hoc quod dicturus est, non esse nouum: sed apud multos diuulgatum. subdit enim, *Interrogate quemlibet de viatoribus.* Quasi dicat non oportet me cū magno studio testimonium quærere: quia haberi poterit à quibuscunque transeuntibus per viam, vel viatores dicit



111  
 eos, qui hac vita vtuntur, non vt termino, sed vt via. & hac eade illu intelligere cognosceis. Quæ. s. diciturus sum vobis: vt de inexcusabilis estis qui a veritate receditis: quã omnes cõmuniter tenet. Quã quidẽ veritatẽ exponit, subdẽs: quia in diẽ perditionis seruatnr malus. Qd. quod in hac vita non punitio in aliud tẽpus, quãdo grauius punitur. Vnde subdit: Ad diem furoris ducitur. Quia enim furor est ira accensa: nomine furoris acrior vindicta significatur: quare autem ad diem perditionis furoris seruetur, ostendit subdẽs: *Quis arguet coram eo viam eius, & quã fecit, quis reddet illi? Vbi* duas rationes assignare videtur: quarum prima est, quia in tantum est sapiẽtiã imperceptibilis, vt nec per pœnas erudiretur, vt suam cognosceret culpã: sed inter flagella murmuraret, quasi punitus iniuste: & hoc est quod dicit, *Quis arguet coram eo.* Id est vt ipse recognoscat viam eius, scilicet iniquã. Alia ratio est, quia pœnã huius vitã nõ sunt sufficientes ad tantarum culparum punitionem: quia si acerbã sunt, cito interimunt: & hoc est quod dicit, *& quã fecit, quis reddet illi.* scilicet in hac vita: Et ideo quasi concludit, quod dies perditionis & furoris, non est in hac vita, sed per mortem. Subdit enim ipse ad sepulchrum deiicietur. Id est mortuus secundum animam viuet: & hoc est quod subdit, *& in congerie mortuorum vigilabit.* Quia scilicet licet videatur dormire per corporis mortem: vigilabit tamen per animã vitam. Et ne videatur post mortem transire ad gaudium, subdit: *Dulcis fuit glareis cocytus.* Quia enim testimonium viatorum inuocauerit, veritatem de pœnis malorum post mortẽ proponit sub fabula, quã vulgariter ferebatur: quia scilicet in inferno inter alios esset quidã fluuij nomine cocytus, qui interpretatur luctus, quo animã malorũ perducuntur: & sicut alij fluuij trahunt glareas: ita ille fluuius quodammodo inuoluebat animas impiorum. Dicitur ergo impiis dulcis fuisse glareis cocyti: quia eius conuersatio acceptabilis fuit malis: & ideo inter malos qui sunt in luctu locum habebit: effectum autem huius fluuij quantũ ad homines subdit, *& post se omnem hominem trahit.* Quasi scilicet omnes homines cum quodam luctu moriũtur: Quod

enim est post mortem eius quasi postremum huius fluuij. Cuius autem terminus est, quod in hac vita agitur: & ideo subdit, *& ante se innumerabiles.* Quia scilicet etiam plurimos in hac vita præoccupat luctus. Sic igitur Iob per ordinem suam sententiam explicauit. Primo quidem supra ostendens spem iustorum tendere in remunerationem futurã vitã. Hic autem exprimit pœnã referuari malis post mortem: & ideo ex vtraque parte confutata aduersariorũ sententia subdit, *Quomodo ergo consolamini me frustra.* Scilicet promittendo temporalem prosperitatem, cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati. In hoc quod dicitis hominibus deputari præmiũ & pœnas in hac vita, quia supra multipliciter est improbatum.

CAPITVLVM XXII. LECTIO I.

**R**espondens autem Eliphaz, themathites, dixit: 1.  
 Nunquid Deo potest comparari homo, etiam cum 2.  
 perfecta fuerit scientia. Quid prodest Deo, si in- 3.  
 sius fuerit: aut quid ei confers si immaculata fue- 4.  
 rit vita tua? Nunquid timens arguet te: & ve- 5.  
 niet tecum in iudicium, & non propter malitiam tuam pluri- 6.  
 mam, & infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enim pignus fra- 7.  
 trum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus. A quam 8.  
 lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem. In fortitudine 9.  
 brachij tui possidebas terram, & potentissimus obtinebas eam: 10.  
 riuas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comministi. 11  
 Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido sub-  
 hita. Et putabas te tenebras non visurum, & impetu aquarum  
 inundantium nõ oppressum iri. An cogitas quod Deus excelsior  
 celo sit, & super stellarum verticem sublimetur, & dicit: Quid  
 enim nouit Deus: & quasi per caliginem iudicat nubes latibulum  
 eius: nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat.  
 ¶ Finitis sermonibus beati Iob, Eliphaz eius verba, nõ ea  
 intentione qua dicebatur accepit. Primo naq., quod Iob di-  
 xerat ad ostendendũ altitudinem materie. Nunquid contra  
 hominem disputatio mea, Eliphaz sic accepit dictum,



ac si contentiosè cum Deo disputare intenderet. vnde eum præsumptionis arguit ex duplici consideratione. Primò nanque aliquis prouocatur ad disputandum, vel contendendum cum aliquo, quasi videat eum comparabilem sibi in scientia veritatis, vt ex mutua colloquutione aliquod occultum indagetur. Est autem valde præsumtuosum, quod homo suam scientiam diuinam audeat comparare: vnde dicit, *Nunquid Deo comparari potest homo etiam cum perfecta fuerit scientia.* Quasi dicat non eo quod Dei scientia sit infinita. Secundò prouocatur aliquis ad disputandum vel ratiocinandum cum aliquo, propter aliqua quæ ab eo accipit, vt fiat collatio datorum & acceptorum. Est autem præsumtuosum, quod homo putet bona quæ facit esse Deo vtilia. vnde dicit. *Dixi domino Deus meus es, quoniam bonorum meorum nõ eges.* vnde subdit *Quid prodest Deo si iustus fueris.* Scilicet recta opera faciendo. *Aut quid ei confers si immaculata fuerit vita tua.* scilicet à peccatis abstinendo. Tertiò prouocatur aliquis ad hoc quod iudicio cõtendat cum aliquo propter timorem superioris potestatis est in iudicium vocantis: quod nefas est de Deo cogitare. vnde subdit *Nunquid timens.* scilicet aliquem iudicem. *arguet te.* scilicet accusando. *& veniet tecum ad iudicium.* quasi de pari citatus. Deinde quia Job dixerat iniquas esse eorum animas qui dicebant domum eius perisse, sicut tabernacula impiorum. Intendit ostendere suam sententiam rectam esse cum subdit. *& non propter malitiam tuam plurimam & iussit as iniquitates tuas.* Quasi dicat Deus te arguit poenas infligendo: non propter peccata. Vnde malitia potest referri ad peccata, quibus alios læsit. Iniquitas autem ad peccata, quibus iustitiæ opera prætermisit. Vnde malitiam dicit plurimam: sed iniquitates infinitas, quia in pluribus peccat homo omitiendo quàm committendo. vnde subiungit. Primò de nocuētis proximo illatis, quæ quandoque per calumniam inferuntur sub prætextu iustitiæ. vnde subdit, *Abstulit enim pignus fratrum tuorum sine causa.* Scilicet necessaria quia de fratribus tuis sine pignore confidere poteris. Quandoque autem inferuntur nocumenta sine aliquo calore

Psal. 15.

quo calore iustitiæ: & quantū ad hoc subdit, *& nudos spoliasti vestibus.* Quod potest intelligi dupliciter. Vno modo quia spoliando nudos, reliquisti nihil eis reseruans. Alio modo quia cum essent nudi, id est, non sufficienter, vestiti illud modicū quod habebant eis subtraxisti. Subiungit autem de amissione bonorum operum dicēs, *Aquam lasso non dedisti.* Qui scilicet, ea indigebat propter sitim ex labore vigortam. Quasi dicat laborantibus & afflictis opem & solatium non tulisti. *& esurienti subtraxisti panem.* Quasi dicat indigenti nõ subuenisti. Et hæc quidem dicta sunt quantum ad peccata quæ commisit, sicut priuata persona. Subiungit autem de peccatis pertinentibus ad principatū ipsius: inter quæ primo ponit quod principatum non per iustitiam, sed per violentiam obtinuit. vnde dicit, *In fortitudine brachij tui possidebas terram.* Id est per potentiam tuam dominium terræ acquisuisti. Secundò ponit quod subdito suos non gubernabat per iustitiam, sed per potentiam secundum illud. Sit fortitudo vestra lex iustitiæ. vnde subdit. *& potentissimus obtinebas eam.* Quia scilicet per excellentiam potestatis, subditis vtebaris ad nutum. Tertiò ponit iniqua iudicia, quia scilicet in infimis personis iustitiam non reddebat. Vnde subdit, *viduas dimisisti vacuas.* scilicet dum non fecisti eis iustitiam de aduersariis. secundum illud. Causa viduæ non ingreditur ad eos. Et iterum quod amplius est infimas personas opprimebat. vnde subdit. *& lacertos pupillorum comminuisti.* Quasi dicat siquid iurium in eis erat annullasti. Contra illud quod dicitur. Iudicate pupillo & humili. Et pro iis culpis subdit sibi poenas prouenisse. vnde subdit: *propterea circumdatus es laqueis.* Id est aduersitatibus vndiq; te opprimentibus: vt euasione locus non pateat, postquam in eis incidisti. neq; etiam ante potueras, quia subito tibi superuenerant. Vnde subdit. *& turbat te fortitudo subitanea.* Quia scilicet mala ei subito superuenerunt: ex quibus poterat etiam alia timere. Causam autem quare subito ei superuenerunt, ostendit subdens: *& putabas te tenebras non visurum.* Id est non perueniturū ad has turbationes, in quibus nescis quid facias, quod refertur ad laqueos.

Psal. 81.

Q





¶ Deinde quantum ad fortitudinem turbantem, subdit: *Et impetu aquarum inundantium non oppressum*. Quasi dicitur putabas quod nunquam ad hoc peruenires: quod opprimereris violentia & multitudine aduersitatum te superuenientium. secundum illud. cum dixerint: Pax & securitas, repentinus eis superueniet interitus. Quod autem pro peccatis non putet aliquis se poenas passurum, ad hoc pertinet quod non credit Deum de rebus humanis prouidentiam habere. Ad quod forte uoluit retorquere quod ad defectum scientiæ diuinæ prauè interpretatus est. Et ideo uidetur ei consequenter imponere, quod Iob Dei prouidentiam neget.

¶ Est autem considerandum quod aliqui negant Deum habere cognitionem & prouidentiam rerum humanarum propter altitudinē scientiæ subiectæ: cui proportionari dicunt suam scientiam, ita ut nihil sciat nisi seipsum, putantes quod scientia eius uilesceret, si se ad inferiora extendere. unde subdit, *An cogitas quod Deus excelsior celo sit*. Id est tota uniuersitate creaturarum, & super stellarum uerticem sublimetur. Id est super altissimam creaturam: Et huius cogitationis conclusionem subdit, *Et dixit quid enim nouit Deus*. Scilicet de istis inferioribus rebus. Non tamen huiusmodi homines rerum cognitionem Deo totaliter subtrahunt: sed dicunt quod eas cognoscit in uniuersali, cognoscendo naturam entis, vel uniuersales causas. unde subdit, *Et quasi per caliginem indicat*. Cognoscere enim aliquid solum in uniuersali, est cognoscere in perfectione. Et ideo huiusmodi cognitionem uocat, quasi caliginosam: sicut contingit de eo quod à remotis uidetur quasi caliginosè: quia percipitur esse homo, sed non quis homo sit: & adhibet similitudinem de iis quæ apud homines contingunt. Apud quos qui tamē in aliquo latet: sicut non uidetur ab iis qui extra locum sunt, ita nec eos uidet. unde dicit: *Nubes latibulum eius: nec nostra considerat*. Quasi dicat sicut ipse latet nos quasi nubibus occultatus: in quantum ea quæ supra nubes sunt plene cognoscere non ualemus. Ita e contrario, nec ipse ea quæ ad nos pertinent: quasi sub nubibus ex quibus ipse non uidet: sicut ex persona quorundam dicitur,

Exech. 9.

Dereliquit dominus terram, dominus non uidet. Putabat enim quod quia ea quæ in terris sunt, multis defectibus & inordinationibus subiacent, diuina prouidentia non regitur: sed solum cœlestia: quorum ordo indeficiens perseverat. Unde sequitur, *Et circa cardines cali perambulabat*. Dicitur autem cardo in quo inuoluitur ostium. Unde per hoc designat per Dei prouidentiam cœlum moueri, ex cuius motu, sicut ex quodam ostio prouidentia diuina usque ad hæc inferiora descendat. Sicut enim dicunt quod Deus cognoscit humana, sed in uniuersali. Ita dicunt quod gubernat humana, sed per uniuersales causas, quas per se gubernat: & forte ad hoc referre uoluit, quod supra dixerat Iob, qui celsos iudicat.

## LECTIO II.

**N**uquid semitam seculorum custodire cupis, quam calcauerunt uiri iniqui, qui sublati sunt ante tempus suum, & flumini subuertit fundamentum eorum. Qui dicebant Deo, recede à nobis: & quasi nihil possit facere omnipotens, existimabant eum. cum ille impleisset domos eorum bonis. Quorum sententia procul sit à me. Videbunt iusti & letabuntur, & innocens subsanabit eos. Nonne successa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorabit ignis. Acquiesce igitur ei, & habeto pacem: & per hæc habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo. Si reuersus fueris ad omnipotentem edificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos. Eritque omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabit tibi. Tunc super omnipotentem delictis afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam. Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. Decernes rem, & ueniet tibi, & in uis tuis splendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria, & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur. Saluabitur innocens saluabitur autem, in munditi a manuum suarum.

¶ Quia Eliphaz in uerbis præmissis imposuisse uidetur Iob, quod non crederet Deum habere prouidentiam de rebus humanis, Nunc consequenter uidetur ei imponere huius infide-

Q ij



litatis effectum. Solent enim illi qui Deum res humanas curare non credunt, contempto Dei amore in omnibus sequi propriam voluntatem. vnde dicit, *Nunquid semitam seculorum custodire cupis*. id est processum eorum qui nil credunt, nisi ista temporalia quae videntur: & ex hoc procedunt ad iniustitiae opera. vnde subdit: *Quam calcauerunt viri iniqui*. Illi autem calcare aliquam viam dicuntur, qui frequenter & sine aliqua dubitatione ex proposito viam terunt. Sic illi, qui non credunt diuinam providentiam frequenter & securè, & ex proposito, iniustitiae opera agunt. quod non contingit illis qui diuinam providentiam credunt, quamuis quandoque ex infirmitate ad iniustitiam declinent: & ne hoc impune fecisse videantur, subdit: *qui sublati sunt in tempus suum*. Id est qui mortui sunt, nondum completo naturali spatio vitae. Et causam assignat subdens: *Fluvius subvertit fundamentum eorum*. Est autem vniuscuiusque hominis fundamentum id, cui principaliter spes eius innitur: tales autem non in Deo spem suam ponunt, sed in solis temporalibus rebus, quae corrumpuntur ipso cursu mutabilitatis rerum, quem fluvium nominat. Quae autem sit praedicta semita, exponit subdens: *qui dicebant Deo recede a nobis*. Scilicet contemnentem ipsum & spiritualia bona eius, quantum ad effectum, sed quantum ad intellectum incredulitatem eorum describit subdens: *quasi nihil possit facere omnipotens existimabant eum*. Quia scilicet si ad eum non pertinet cura rerum humanarum, nec bene vel male homini facere potest: quod contrariatur omnipotentis rationi: & ad exaggerandum culpam, subiicit de eorum ingratitudine dicens: *Cum ille impleisset domos eorum bonis*. Scilicet temporalibus quae a Deo dantur hominibus. Et ad eorum assertio nem improbandam subdit, *quorum sententia sit procul a me*, & ne videretur quod simul cum impiis & iusti subverterentur, hoc excludit subdens: *Videbunt in isti & letabuntur*. Per quod dat intelligi quod ipsi non subvertentur, sed in laetitia erunt: ne videretur quod ex hoc ipso a iustitia deficerent: quod de subuersione aliorum gauderent, subdit: *innocens subsanabit eos*. Quasi dicat salua innocentia eos poterunt subsanare, de hoc quod contra suam opi-

nionem subvertuntur. In hoc enim iusti congaudent diuinæ iustitiae. Et videtur hoc proprie respondere ad id quod Iob dixerat, post mea, si videbitur, verba ridete: quasi conquerens se derideri ab eis. Et ne aliquis dubitaret fundamentum impiorum a fluvio esse submersum: hoc quasi manifestum sub interrogatione proponit, dicens: *Nonne succissa est erectio eorum*. Videbantur enim per prosperitatem terrenam, vel per propriam elationem ad modum arboris erigi in sublime, sed sicut arboris erectio per succisionem subito impeditur, ita etiam eorum eleuatio per subtractionem cessat. Contingit autem quandoque quod arbor succissa in altius quidem crescere non potest: sed tamen adhuc eius remanet longitudo, si tamen ignis apponitur nullum vestigium praeterita altitudinis restat. Ita etiam si mortuo vel deiecto homine peccatore, per ignem aduersitatis etiam filij eius pereant, & diuitie diripiatur, nil residuum videbitur de altitudine praeterita remanere. vnde sequitur, *reliquias eorum deuorauit ignis*. i. arbor tribulationis secundum illud. Exortus est sol cum ardore, & arefecit caenum. Dicuntur autem reliquiae hominis vel filij vel quaecunque aliae res eius post eum remanentes: Quia igitur huiusmodi subuersionem impiis accidere dixerat, ex hoc quod contra Deum nitentur: vt similia Iob evitare posset, subdit: *Acquiesce ergo ei, & habeto pacem*. Quasi dicat propter hoc perturbatus es: quia contra eum contendere voluisti, & per hoc, scilicet per pacem, qua ei reconcilaberis, habebis fructus optimos. Quasi dicat quod optimum esse potest, quasi fructum huius pacis prosequeris. Qualiter autem ei acquiescere debeat, ostendit subdens: *Suscipe ex ore illius legem*. Quasi dicat non existimes quod res humanae diuinae providentiae non regantur, quinimmo secundum legem regiminis eius, tuam vitam disponas. Quia quidam legem diuini regiminis profitentur: sed tamen eam opere non sequuntur, ideo subdit: *pone sermones eius in corde tuo*. Vt scilicet mandata eius noueris; & ea seruare disponas. Qualiter autem per hoc fructus optimos habiturus sit, ostendit subdens: *si reuersus fueris ad omnipotentem*. Scilicet vt eius omnipotentiam credas, & ei te subiicias: *Aedificaberis*, quasi

Iacobi. 1.



domus tuæ prosperitas quæ destructa est reparabitur. Quomodo autem ad Deum perfecte reuertitur, ostendit subdens: *Et longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.* Et est subintelligendum: vt scilicet litera sic legatur. Si longè facias iniquitatem à tabernaculo tuo. *dabit.* Scilicet Deus, *pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos.* Vt hoc quod dicit, *Longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.* Sit expositiuum eius quod dixerat. *Si reuersus fueris ad omnipotentem.* Et non dicit, Si longè feceris iniquitatem à te. *Sed à tabernaculo tuo.* Volens innuere quod aduersitas ei acciderat, non solum pro peccato personæ, sed etiam pro peccato suæ familiæ: quod sic dicit, *Dabit pro terra silicem.* Refertur ad hoc quod dixit. *Aedificaberis.* Vt scilicet detur intelligi quod restauratio sit futura, sed ad aliquid maius: vt scilicet, pro amissis maiora reddat. Silix enim prætiofior est quàm gleba terre, & aurum quàm silix.

9 Quæ sint autem ista bona, quæ eius restituenda promittit, enumerat consequenter. Primò ponens securitatem ex Dei protectione, cum subdit: *Eritque omnipotens contra hostes tuos.* Ne scilicet iterato possint surripere, quæ tibi restituentur à Deo. Secundò ponit diuitiarum abundantiam, cum dicit: *Et argentum coaceruabitur tibi.* Nomine enim argenti omnes diuitiæ significantur: quia ex argento pecunia fieri solet. Et ne videatur solum corporalia bona promittere, subiungit de spiritualibus bonis, inter quæ primum ponit, vt homo Deum diligat & delectetur in eo. Vnde sequitur: *Tunc super omnipotentem delitiis afflues.* id est. Quando pacem cum eo habebis in eum delectaberis: & quia vnusquisque libenter respicit id in quo delectatur, subdit: *Et eleuabis ad Deum faciem tuam.*

11 Id est mentem tuam, vt ipsum frequenter contempleris, id est fiduciam accipiens recurrenti ad ipsum. Vnde subdit, *Rogabis eum.* Et hoc non sine fructu. sequitur enim, *exaudiet te.* Solèt autem exauditi à Deo vota implere, quæ postulando promiserunt. Vnde subdit, *Et vota tua reddes.* Quasi in signum exauditionis.

12 Deinde promittit prosperum propositi successum, cum dicit, *decernes rem.* id est ordinabis per tuam prouidentiam,

qualiter aliquid sit futurum, *Et veniet tibi.* Id est, dispositio tua non frustrabitur, & ne dubites quid sit decernendum, hoc etiam tibi manifestabitur, vnde subdit, *Et in viis eius splendebit lumen.* Id est clare apparebit tibi per quas vias procedere debeas, rationem autem harum promissionum ostendit, subdens: *Qui enim humiliatus fuerit.* Scilicet Deo se subiiciendo per affectum, erit in gloria. Quam scilicet consequetur à Deo, *Et qui inclinauerit oculos suos.* Ne scilicet aliquid per intellectum superbum contra Deum sentiat. *Ipsè saluabitur.* A malis scilicet liberatus, & in bonis stabilitus.

14 Non solum autem requiritur ad salutem interior humilitas affectus & intellectus, sed etiam exterior puritas operum, vnde subdit, *Saluabitur innocens.* Et quo merito saluetur, ostendit subdens, *Saluabitur autem in mūditiā manuum suarum.* Innocentia operum suorum. Et est considerandum, quòd hoc Eliphaz non solum promittit Iob, si cōuertatur, bona temporalia, quæ possunt esse bonis & malis communia, sicut supra fecerat, sed etiam bona spiritualia, quæ sunt propria bonorum, sed tamen solum in hac vita.

CAPITVLVM XXIII.

LECTIO I.

**R**espondens autem Iob ait. Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & manus plage meae grauata est super gemitum meum. Quis mihi tribuat, vt cognoscam & inueniam illum, & veniam usque ad solium eius. Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus, vt scia verba que mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi. Nolo multa fortitudine conēdat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat. Proponat equitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum. Si ad orientem iero, non apparet, si ad occidentem, non intelligam eum. Si ad sinistram, quid agam? Non apprehendam eum. Si me vertam ad dexteram, non videbo illum. Ipsè vero scit viam meam, & probabit me quasi aurum quod per ignem trāsit. Vestigia eius sequutus est pes meus, viā eius custodini, non declinaui ex ea. A mādatis laborum eius non recepsi,



11 *sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse enim solus est, & nemo a-*  
12 *uerrere potest cogitationem eius, & anima eius quodcumque vo-*  
13 *luit, hoc fecit. Cunque expleuerit in me voluntatem suam, & alia*  
14 *multa similia praefato sunt ei. Et idcirco a facie eius turbatus sum,*  
15 *& consideras eum timore sollicitor. Deus molluit cor meum, &*  
*omnipotens conturbauit me. Non enim perq̄ propter imminen-*  
*tes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.*

¶ Eliphaz in verbis praemisissis, duo contra Iob proposuisse videtur. Primo quidem, quod propter malitiam suam primam fuerit punitus, secundum quod de Dei providentia dubitauerit, vel etiam negauerit. Solent autem homines, cum eis falso aliqua crimina imponuntur, ex hoc contristari, unde quia Iob hoc in se non recognoscebat dicit: *Nunc quoque in amaritudine est sermo meus.* Quasi dicat, sicut supra me opprobriis vestris, ita etiam. Cum autem alicui afflictio de nouo afflictio additur, priores afflictiones ad memoriam reuocantur, ex quibus praesens gemitus aggrauatur, unde subdit, *& manus.* Id est potestas. *Plage meae.* Id est aduersitatis quam olim sum passus. *Aggrauata est super gemitum meum.* Id est, facit praesentem gemitum grauiorem. Incipit autem primo respondere ad hoc quod dixerat, propter malitiam suam eum punitum. Recognoscebat autem se Iob punitum diuino iudicio, unde dixerat, conclusit me Deus apud iniquum. Unde inquirere causam, quare punitus sit, est inquirere rationem diuini iudicij, quam quidem nullus cognoscere potest, nisi ipse Deus. Ex quo patet praesumptuose Eliphaz asseruisse eum propter malitiam fuisse punitum. Unde super hoc non vult eum Eliphaz contendere, sed disputationem suam vertit ad Dominum, qui solus sui iudicij rationem nouit. Reputaret autem se diuino iudicio praegratum, si propter malitiam plurimam esset punitus. Solent autem qui ab aliquo iudice sunt grauati, primo quidem ad iudicem accedere, quod facere non possunt nisi locum eius inueniant, quod etiam non possunt, nisi prius eum cognoscant. Nullus enim potest quaerere id quod omnino ignorat, unde dicit: *Quis mihi tribuat vt cognoscam & inueniam illum, & veniam vsque ad solium eius.* Sciebat enim quod Deus eius cognitionem excederet, & ideo non po-

terat perfecte de se inuenire viam, per quam vsque ad solium eius perueniret, id est, vsque ad plenam cognitionem iudiciorum ipsius. Solet autem grauatus a iudice, cum ad eum peruenit, causae suae iustitiam demonstrare, unde subdit, *Ponam coram eo iudicium.* Quasi dicat, proponam ei qualiter debeat esse iustum iudicium causae meae. *Et os meum replebo increpationibus.* Id est, quaestionibus, non quidem vt credam diuinum iudicium esse iniustum, sed per modum quaerentis, sicut solent disputantes contra dicta aliorum obicere, vt plenius veritatem intelligant, unde subdit: *Vt sciam verba quae mihi respondeat.* Quod pertinet ad veritatem responionis cognoscendam. *Et intelligam quid loquatur mihi.* Quod pertinet ad percipiendam verborum intelligentiam. Non enim potest homo scire, an verum sit quod ei dicitur, nisi intelligat quid ei dicatur. Frequenter autem supra, quasi ad diuinum iudicium sustinendum, proposuerant diuinam fortitudinem & magnitudinem, sicut Sophar. Supra, ii. Excelsior caelo est, & quid facies, & caetera. Quae ibi sequuntur, & ideo hanc responionem excludit subdens. *Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suae me mole premat.* Quasi dicat, non sufficit mihi vestra responio, vt solum contra me allegetur Dei potentia & magnitudo, quia sicut ipse est fortissimus & maximus, ita est etiam iustissimus & aequitatis amator, unde subditur, *Proponat aequitatem contra me.* Id est, assignetur ratio ad aequitatem pertinens, & ita apparebit, quod non propter malitiam sim punitus, unde subdit, *Et perueniet ad victoriam iudicium meum.* Quo scilicet contra nos contendo, asserens me non pro peccatis punitum, & ne quis credat ex eo quod dicit, quis mihi tribuat, vt cognoscam & inueniam illum & veniat vsque ad solium eius, quod crederet eum corporali loco concludi, aut per creaturas sufficenter posse cognosci, subiungit. *Ad orientem iero non apparet.* Vbi considerandum est, quod secundum Aristotelem, in caelo distinguuntur sex positionis differentiae, scilicet sursum & deorsum, dextrorsum & sinistrorsum, ante & retro. Principium enim motus totius firmamenti manifeste apparet in oriente. Est autem in



quolibet animali principium motus à dextro. Si ergo imaginemur motum firmamenti, sicut motus vnus animalis oportebit ponere dextrum cœli in oriente, sinistrum vero in occidente, sursum in meridie, deorsum vero in septentrione, anterius vero in superiori hemisphærio, posterius vero in posteriori hemisphærio, id est, velut si imaginemur vnum hominem, qui sua dextera moueret cœlum ab oriente versus superius hemisphæriū. Consequens esset quod caput teneretur versus meridiem, & postea versus septentrionem, & pars anterior hominis esset versus superius hemisphærium, posterius vero hominis, id est, deorsum versus inferius. Quidam tamen non respicientes ad dispositionem humani corporis, sed magis ad ordinem motus cœli posuerunt superius cœli esse partem orientalem, eo quod ibi incipit motus. Dextrum autem cœli in parte meridionali, versus quam partem quo ad nos procedunt motus planetarum, vnde per oppositum inferius cœli intelligitur occidens. Sinistrum autem intelligitur pars septentrionalis, & hoc modo videntur hic procedere verba Iob, nam dextrum & sinistrum diuidit contra meridiem & septentrionem, potest ergo simpliciter intelligi, quod in nulla parte cœli Deus localiter concluditur, vt sit sensus. *Si ad orientem iero non apparet. Quasi ibi vicinior existens, ac si ibi localiter existeret. Si ad occidentem non intelligam illum. Quasi propinquiorem & ibi conclusum. Si ad sinistrum.* Id est, versus septentrionalem partem. *Quid agam non apprehendam eum.* Quia scilicet non est ibi corporaliter sitatus. *Si me vertam ad dextram.* Id est, versus partem meridionalem, non videbo illum quasi existentem vel possunt hæc verba induci non ad excludendum à Deo localem situm, sed ad ostendendum quod non potest sufficienter per inferiores effectus inueniri. Inter omnes autem effectus in rebus corporalibus apparentes, vniuersalior est & maior motus firmamenti, & quamuis manifeste appareat huius motus principium in oriente, tamen huius principium non sufficienter, demonstrat infinitatem diuinæ virtutis, vnde dicit, *Si ad orientem iero.* Scilicet progressu meæ considerationis, quasi conside-

rans principium motus firmamenti, non apparet, scilicet sufficienter per hanc considerationem. Sensus autem effectus diuinæ virtutis in rebus corporalibus est motus planetarum, qui est ex aduerso motus firmamenti. Vnde principium est in occidente, ex quo etiam non sufficienter potest considerari virtus diuina, vnde subdit: *Si ad occidentem.* Scilicet iero considerans principium motus planetarum, non intelligam illum, & valde signanter loquitur, hic enim motus magis intelligitur ex diuersitate situs planetarum, quam appareat oculis, ex parte autem septentrionali non videtur esse principium nobis nisi tenebrarum, quia versus illam partem sol nunquam accedit. Tenebræ autem impediunt actionem, secundum illud. Ioannis. 9. Venit nox quando homo nemo potest operari, vnde subdit, *Si ad sinistram.* Scilicet per considerationem. *Perrexero quid agam.* Id est, non inuenio ibi nisi defectum actionis, vnde nullum vestigium dabitur ad eum cognoscendum, vnde subdit: *Non apprehendam eum.* Etiam qualitercunque. Ex parte vero meridionali est nobis principium luminis propter corpora luminaria ex illa parte nobis apparentia, vnde subdit: *Si me vertam.* Id est, per considerationem, *Ad dextram.* Id est, ad partem meridionalem cœli, *Non videbo illum.* Quasi dicat inueniam ibi lumen corporale, per quod tamen ipse videri non potest, & quamuis tamen ipse sic me latitet, eum tamen non latet quæ circa me aguntur, vnde subdit. *Ipse vero scit viam meam.* Id est, totum processum vitæ meæ, quod videtur Iob dicere contra id quod Eliphaz supra induxerat ex persona impiorum, quasi imponendo illud Iob, nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & quia posset aliquis dicere, si scit viam tuam, ergo propter peccata tua te puniuit, ipse respondet. *Et probabit me, quasi aurum quod per ignem trāsit.* Vbi primo manifeste exponit causam suæ aduersitatis, quæ fuit ei inducta, vt ex ea approbatus hominibus appareret, sicut aurum approbatur, quod potest ignem sustinere. Et sicut aurum non fit verum aurum, ex igne, sed eius veritas hominibus manifestatur, ita Iob per aduersitatem probatus est, non vt eius virtus appareret coram Deo,



sed vt hominibus manifestaretur, dicit autem, *probabit de se iuro*, quasi exhibens se per patientiam & ad futuram examinationem. Quod autem non sit punitus pro peccato præcedenti, probat per rectitudinem vitæ suæ, vbi considerandum est quod vnumquodque ostenditur rectum per hoc quod se regulæ conformatur. Est autem duplex regula humanæ vitæ.

¶ Prima quidem est lex naturalis à Deo mentibus hominum impressa, per quam naturaliter homo intelligit, quod est bonum ex similitudine diuinæ bonitatis. In quo primo attendendum est, quod homo secundum suum posse imitetur in suis affectionibus & operibus diuinæ bonitatis operationem secundum illud. Estote perfecti sicut & pater vester celestis perfectus est. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi, vnde dicit, vestigia eius idest aliqua licet ex parua parte similitudinē bonitatis diuinę operantis sequutus est scilicet per imitationem, *pes meus*, idest affectus meus, quo ad operandum procedimus. Secundo requiritur quod aliquis tota mente sollicitudinem adhibeat ad dominum imitandum, vnde subdit, *viam eius custodini*, quasi sollicitus ne ab ea recedam. Tertio requiritur quod homo in ea perseueret, & totaliter in ea maneat, nō ex parte, vnde subdit, *& non declinaui ex ea*, idest ex nulla parte recessi. Secunda autem regula humanæ vitæ est lex exterior diuinitus tradita, contra quam homo peccat dupliciter, vno quidem modo per contemptum, & contra hoc dicit, *à mandatis labiorum eius non recessi*. Fuerunt enim noe aliqua præcepta diuinitus data, & forte aliquibus aliis sanctis viris, in quorum labiis Deus loquebatur.

¶ Secundo aliquis peccat contra legem Dei per ignorantiam, vel obliuionem, & contra hoc subdit: *& in sinu meo*, idest in occulto cordis, *abscondi verba eius*, secundum illud. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et ne aliquis diceret hanc probationem, quam induxit ex rectitudine suæ vitæ non esse conuenientem, ostendit consequenter quod de diuinis iudiciis certissima & demonstratiua probatio induci non potest propter incomprehensibilitatem diuinæ bonitatis, subdit, *ipse enim solus est*, quasi

Matt. 5.

Eph. 5.

10

Psal. 18.

11

non habet aliquam creaturam similem vel æqualem: quæ eum comprehendere possit, & per consequens nec eius voluntatem, vnde subdit. *& nemo auertere potest*, per certitudinem cognoscere, *cogitationes eius*, idest dispositiones iudiciorum ipsius, & sicut non potest comprehendere eius dispositio, ita neque ei potest ab vlla creatura resisti, vnde sequitur, *& anima eius*, idest voluntas eius, *quodcumque voluit hoc fecit*, quasi nullo resistere valente. Contingit autem quandoque maxime in aliquo sapiente, qui voluntatem suam moderatur secundum suam virtutem, vltra quàm facere, non potest, sed hoc ideo excludit, cum subdit, *cum expleuerit in me voluntatem suam, & alia multa similia prelo sunt ei*, quasi dicat quod mihi vltra aduersitatem non inducat non est quia vltra non possit, sed quia vltra nō vult, *& idcirco*, quia scilicet scio quod vltra facere potest & non possum auertere, vtrum vltra facere velit, *turbatus sum*, idest turbatione timoris, vnde subdit, *& considerans eum*, idest potentiam eius, *timore sollicitor* ne scilicet adhuc me probaturus sit aduersitate grauiori. Causam autem huius sollicitudinis formidolose assignat, per hoc quod est expertus in se diuinam percussorem, vnde subdit, *Deus mollinit cor meum*, quasi liquefacies ipsum firmitate securitatis sublata, *& omnipotens conturbauit me*, idest per omnipotentiam suam turbationem tristitiæ de præsentibus malis, & timoris de futuris induxit. Quare autem timer in futurum cum non sit sibi conscius de culpa ostendit, subdens: *non enim perij*, idest aduersitatem passus sum, *propter imminere tenebras*, idest errores vel peccata, quæ quidem imminere dicuntur, quando in mente hominis confirmantur, puta cū quis ex malitia peccat. Contingit autem quandoque quia malitia in homine non firmatur, sed ex aliqua subita passione, puta cōcupiscentiæ, vel iræ ad peccandū impellitur: & hoc à se excludit subdens, *nec faciem meam operuit caligo*, quasi non caligat oculis rationis quando propter passionem in dicium eius in opere particulari decipitur.

12

13

14

15



1 **A** Omnipotentē non sunt abscondita tempora, quōs  
autem nouerunt eum, ignorant dies illius. Alij  
2 terminos transfulerunt diripuerunt greges, & pa  
uerunt eos. Asinum pupillorum abegerunt, &  
3 abstulerunt pro pignore bouem uiduē. Subuer  
4 terunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos ter  
5 ra. Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum vi  
6 gilantesque ad prædam preparant panem liberis. Agrum  
non suum demerunt: & vineam eius, quam vi oppresserunt,  
7 vindemiant. Nudos dimittunt homines, indumenta tollen  
tes: quibus non est operimentum in frigore, quos Imbres mon  
8 tium rigant, & non habentes velamen amplexantur lapi  
des. Vin fecerunt depredantes pupillos, & vulgum paupe  
9 rem spoliauerunt. Nudis & incendentibus absque vestitu: & e  
10 surientibus tulerunt spicas. Inter acernos eorum meridiati sunt,  
qui calcatis torcularibus sitiunt. De ciuitatibus fecerunt vi  
11 ros gemere, & anima vulneratorum clamauit: & Deus in  
ultum abire non patitur. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Nescie  
12 runt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Mane pri  
mo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem, per  
13 noctem vero erit quasi fur. Oculis adulteri obseruat caligini  
nem, dicens: non me videbit, oculus: & operiet vultum suum.  
14 Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, &  
15 ignorauerunt lucem. Si subito apparuerit aurora, arbitran  
16 tur umbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulat.  
17 Leuis est super faciem aqua: Maledicta sit pars eius in terra: nec  
18 ambulet per viam vinearum. Ad nimium calorem transibit  
19 ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius. Oblui  
20 scatur eius misericordia. Dulcedo illius vermes. Non sit in re  
cordatione, sed conteratur sicut lignum infructuosum. Pa  
21 uit enim sterilem & quæ non parit, & viduæ bene non fecit.  
22 Detraxit fortes in fortitudine sua, & cum steterit, non cre  
23 det vitæ suæ. Dedit ei Deus locum penitentiae, & ille abutitur  
24 eo in superbia. Oculi autem eius sunt in viis illius. Elenati sunt ad  
25 modicum, & non subsistent & humiliabuntur, sicut omnia, &  
26 aufertur, & sicut summitates spicarum conterentur. Quod si  
non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante  
Deum verba mea.

¶ In præcedenti capitulo Iob se non esse propter mali  
tiam punitum, dixit, vt Eliphaz asseruerat. Nunc autem  
vult manifestare quod non existimat Deum nõ habere cura  
ram rerum humanarum, sicut Eliphaz ei imponebat. Est  
autem considerandum, quod aliqui ponebant Deum huma  
narum rerum notitiam, & curam non habere, propter  
differentiam eius à nobis, credebant enim quod sicut pro  
pter huiusmodi distantiam nos eum cognoscere non vale  
mus, ita nec ipse nos, sed hoc ipse primo excludit dicens,  
ab omnipotentē non sunt abscondita tempora, quasi dicat quã  
uis omnipotēs sit extra temporum mutabilitatē, ipse tamen  
temporum cursum cognoscit. Isti vero qui sunt in tempo  
re, ita eum cognoscunt, quod tamen modis æternitatis eius  
comprehendere non valent, vnde subdit, qui autem noue  
runt eum, id est homines temporales eius notitiam qualem  
cunque habentes, vel naturali cognitione, vel per fidem, vel  
aliqua maiori sapientiæ illustratione, ignorant dies illius,  
id est comprehendere non valent modum æternitatis eius,  
quã dixerat temporalium cursum Deo ignotum non esse,  
consequenter ostēdit qualiter temporalia iudicat, præmit  
tens diuersas hominum culpas: quorum quidam fraudu  
2 lenter aliis inferunt nocumenta, vnde dicit, alijs, scilicet in  
ter homines, terminos transfulerunt, furtiue scilicet mutant  
possessionum confinia, & similia fecerunt in animalibus  
quæ gregatim pascuntur, vnde subdit, diripuerunt, scilicet  
furtiue, greges, scilicet alienos, & pauerunt eos, vt sic videā  
tur esse eorum, & eorum culpam aggrauat vel exaggerat  
ex conditione, quibus inferunt nocumenta. Confluxerunt  
3 enim homines misereri pupillorum propter defectum gra  
tis & carentiam sustentationis parentum, & contra hoc di  
cit, asinum pupillorum abegerunt, id est aberrare fecerunt: vt  
eum raperent, non miserantes pupillum. Similiter etiam  
viduarum consueuerunt homines misereri propter fragi  
litate[m] sexus: & quid destitute sunt virorum solatio: sed  
contra hoc subdit, & abstulerunt pro pignore bouem viduæ,  
quasi sub quodam colore iustitiæ eam grauantem. Con  
sueuerunt etiam homines misereri pauperum, qui diuitia  
4 rum sustentatione carent, & contra hoc subdit, subuertere



vult pauperum viam, idest abstulerunt eis facultatem sibi necessaria procurandi eos multipliciter molestando. Solent etiam homines desistere à noemento eorum, qui aliis nocere non cōsueuerit, sed inter alios suauiter conuersantur, & contra hoc subdit, *et oppresserunt pariter mansuetos terra*, qui scilicet nec prouocari, nec prouocare alios nouerunt. Sunt autem quidam qui non fraudulenter, vt predicti, sed per manifestam violentiam aliis nocent: qui ad mala faciēda prorumpunt, quasi nulla disciplina legis contineantur, de quibus subdit, *alii quasi onagri in deserto*, idest asini syluestres, qui hominum seruituti non sub sunt, egrediuntur ad opus suū, idest ad latrocinium, cui quasi proprie operi sollicitate intendunt, vnde subdit, *vigilantesque ad prædam*, scilicet deripiendam, præparant panem liberis, scilicet, suis ex preda direpta.

6 ¶ Deinde genus prædæ determinat subdēs, *agrum non suum demerunt*, scilicet per violentiam messes alienas colligētes, *et vineam eius quam vi oppresserunt, vindemiant*, quia scilicet prius aliquem opprimunt ad hoc quod eius bona liberius rapiant. Nec solum exteriora bona per violentiā abstrahunt, sed etiam ea quæ iam sunt ad vsum corporis fouendi assumpta, vnde subdit, *nudos dimittent homines*, idest nihil eis relinquunt indumenta tollentes, & vt magis exaggeret huiusmodi rapinæ culpam, subiungit afflictiones, quas ex nuditate patiuntur, vnde dicit, *quibus non est operimentum in frigore*, esset enim aliquantulum tolerabile, si aliū de possent nuditati subuenire, nec solum indumenta sunt necessaria ad calefaciendum contra frigus, sed etiam ad tegumentum contra pluuiam, vnde oportet à latronibus denudatos non solum frigore affligi, sed etiam pluuiā perferendi, & hoc est quod subdit, *quos imbres montium rigant*, solent enim homines ad loca montana quasi viciniora confugere pro timore latronum vel hostiū, vbi propter aeris frigiditatem, & frequentiores & grauiores sunt pluuiæ maxime nudis hominibus. Est autem qualecunque nuditatis remedium, si ille qui vestimentorum operimentum non habet, saltem operimento domus non careat, sed contra hoc subdit, *non habentes velamen*, scilicet vestimenti nec domus,

domus, *amplexantur lapides*, idest abscondunt se in cauernis lapidum, quæ inueniuntur in locis montanis. Vterius autem exaggerat eorum culpam, ex conditione miserabilium personarum, quas grauant, vnde subdit, *vim fecerunt depradantes pupillos*, qui scilicet magis erant sustentandi, & vulgum pauperem spoliauerunt, cui scilicet magis erat subueniendum. Esset autem vtrumque tolerabile, si saltem habentibus sufficientiam subtrahere vellēt, & ideo ad maiorem aggregationem iniquitatum eorū subdit, *nudi*, idest non habentibus vestimenta, *et incedentibus absque vestitu*, idest præ nimia necessitate: etiam ad publicum sine vestibus nudis procedentibus, quod pertinet ad magnā inopiam vestitus, & vt ostēdat etiam in victu eos inopiam pati, subdit: *et esuriensibus*, iis autem nihil magis auferre possunt: id modicum quod habent eis surripere non verētur, vnde subdit, *tulerunt spicas*, quasi dicat non tulerunt eis messem, quam non habent: sed aliquas paucas spicas, quas sibi collegerant: & si forte in aliquo abundare videntur: illud subtrahunt, non pensantes quantam penuriam in aliis patiuntur, vnde subdit: *inter acervos frugum*, scilicet eorum, *meridiati sunt*, idest in meridie quieuerunt: quasi lasciuientes de bonis eorum, qui calcatis torcularibus stertunt, idest qui statim post vindemiam modicum habent de vino, nec solum homines spoliant in rebus exterioribus, sed etiam lædunt in personis, vnde subdit, *de ciuitatibus fecerunt viros genere*, quasi scilicet quibusdam læsis: multi ex ciuibus conturbantur, & ipsi qui læsi sunt, conqueruntur, vnde subdit, *et anima vulneratorum clamabunt et Deus*, à quo scilicet non sunt abscondita, quæ in tempore aguntur, *inultum abire non patitur*, quod scilicet non esset, si de rebus humanis prouidentiam non haberet. Causam autem quare Deus hoc inultum abire non patitur, ostēdit per hoc quod non per ignorantiam, sed per malitiā peccant: ex qua sapientiam odiunt ipsorum peccata argumentem, vnde subdit *ipsi fuerunt rebelles lumini*, scilicet ex proposito agentes: contra id quod eis lumen rationis dicitur, sicut autem sapientia præoccupat eos, qui eam concupiscunt, ita fugit ab eis qui eī renituntur, vnde subdit, *nescierunt vias eius*, idest habent-





tes sensum per malitiam deprauatum, non potuerunt sapientiae processum cognoscere, *vel nescierunt*, id est non approbauerunt, nec experiri voluerunt sapientiae mandata: & in poenitentiam eorum demonstrat subdens, *nec reuersi sunt per semitas illius*, illi quidem per semitam sapientiae reuertuntur, qui etsi sapientiae peccando rebellent, tamen poenitendo ad sapientiam reuertuntur. In signum autem quod spirituali lumini sapientiae repugnent, inducit quod & lumen exterius detestantur tenebras amantes, secundum quod dicitur. Omnis qui male agit, odit lucem, vnde & hoc subditur, *mane primo*, adhuc scilicet existentibus tenebris, *confergit homicida & interficit egenum & pauperem*, quia scilicet illa hora nondum communiter homines vadunt per viam, scilicet aliqui pauperes necessitate ducti, praecipiant tempus operis, quibus latrones insidiantur in via. Ad hoc autem quod de domibus aliquid furtiue surripiant, profundioribus indiget tenebris, vnde subdit, *per noctem erit quasi fur*, scilicet spolians domos, quia ei primo mane facere tutum non esset: quia tunc homines euigilare incipiunt. Idem autem in adultero ostendit subdens, *oculus adulteri*, quasi scilicet insidiatur alieno toro, *observat caliginem*, vt scilicet deprehendi non possit, vnde subdit dicens, *non videbit me oculus*, id est in hoc proposito observat caliginem: ne autem cuiusquam oculo videatur, & quia non sufficiat ei occultatio non sit adhuc alias occultandi artes assumit, vnde subdit, *operiet vultum suum*, qualicumque, scilicet mutatione habitus: & sicut ad incipiendum opus observat caliginem, ita & etiam opus exequitur in tenebris, vnde subdit, *perfodiunt in tenebris domos*, scilicet qualicumque fraude vel violentia obstacula auferentes, *sicut in die condixerant sibi*, scilicet adulteria, & *ignorauerunt lucem*, id est abiecerunt in tota execratione nefarii operis, *si subito*, quasi ex impremeditato: quia tempus eis breue videtur, dum carnali delectationi vacant, *apparuerit aurora*, quae est diurnae lucis principium, *arbitratur umbram mortis*, id est existimant eam odiosam sicut umbram mortis dum se vident suas lasciuas, vltius non posse protrahere. Solent autem homines dupliciter a suis operibus impediri, vno modo quando non prospiciunt rei euentum

Ioan. 3

13

14

15

16

alio modo quando habent in suo proposito debile fulcimentum, sed adulteri qui ex concupiscentia ducuntur e contrario. Primo quidem in considerate se periculum ingerunt quibus ignorat quid sequatur, & ad hoc significandum dicit, *sic in tenebris*, id est in dubiis & obsecuris, *quasi in luce*, id est in manifestis, *ambulant*, id est procedunt. Secundo ex re modica & fragili magnam fiduciam capiunt, vnde subdit, *leuis est*, scilicet adulter, *super faciem aquae*, quasi dicat a Deo leuiter mouetur vt videatur ei quod per aliqua mollia, sicut est aqua, possit pertransire ad suum propositum persequendum, vel ad literam quod dicit, *sic in tenebris quasi in luce ambulans*, potest referri ad hoc quod vterque, scilicet adulter & adultera sua opera in tenebris agere amant, quod vero subdit, *leuis erit super faciem aquae*, refertur spiritualiter ad adulterum: cui propter impetum concupiscentiae videtur quod etiam super aquam & super quamcunque difficultatem vel aduersitatem leuiter transire possit, ad hoc quod perueniat ad fruitionem rei concupitae. Enarratis ergo diuersis generibus peccatorum, subiungit de poena. Et primo quidem quantum ad poenam praesentis vitae, cum subdit, *maledicta sit pars eius in terra*, id est vnicuique pars esse videtur, quod quasi potissimum bonum desiderat. Peccator autem in rebus terrenis, quasi in sua parte vltimum finem constituit, secundum illud. Haec est pars nostra & haec est sors quae maledicta est, quia bona huius mundi, quibus male vititur, ei vertuntur in malum: & hoc manifestat subdens, *nec ambulat per viam vinearum*, solent enim viae vinearum umbrosae esse, vt per consequens temperatae, vineae etiam cõtemperatõ locum requirunt, nam in locis nimis frigidis destruuntur per glaciem, & in locis nimis calidis aduruntur per calorem. Impiõ ergo per viam vinearum non ambulat, quia rebus huius mundi moderate non vititur, sed quandoque declinat ad vnum extremum, quandoque ad aliud, & quantum ad hoc subdit, *ad nimis calorem trãseat ab aquis niuiõ*, quasi a cõtrario vitio in cõtrarium trãseat: quod in medio virtutis non manet & ista poena cõsequitur oes malos, quia inordinatus animõ sibi ipsi est poena. Deinde ponit poenam quae erit post mortem, cum subdit, *usque ad inferos peccatis illius*, q. d. non solum in terra pars eius

17

18

Sup. 2.

19

Aug. 1. confess.



20

maledicatur, dum inordinate utitur rebus mundi: sed etiam per hoc in inferno pœnas patietur, ad quas pœnas. referrí potest quod dixerat ab aquis niuium. &c. quia in inferno nulla erit temperies. Et ne crederet aliquis pœnas illas per Dei misericordiam finendas, subdit, *obliviscatur eius*, scilicet peccatoris in inferno damnati. *misericordia*, scilicet Dei, vt nunquam exinde liberetur. Qualis autem fit illa pœna, ostendit subdens, *dulcedo illius vermís*, idest delectatio peccati conuertetur in vermẽ, idest conscientie remorsum, de qua dicitur. Vermis eorum non morietur, vnde & huius

Esa. 66.

21

pœnæ interminabilitatem subdit, *nô sit in recordatione*, idest ita totaliter relinquatur à Deo sine remedio liberationis, ac si eius esset oblitus: & ponit similitudinem cum subdit, *Sed conteratur quasi lignum infructuosum*, arbor enim quæ nõ facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur, vt dicitur. Lignum autem fructuosum præciditur, vt purgetur, secundum illud. Omnem palmitem qui non fert fructum, purgabit eum, vt fructuum plus afferat. Impij ergo puniuntur ad exterminium, iusti autem ad profectum. Quare autem infructuoso ligno cõparatur, manifestat ex duobus.

Matt. 3.

Ioan. 15.

22

Primo quidem quia bona sua in res inutiles consumpsit, vnde dicit, *pauit enim sterilem & quæ non parit*, & loquitur de illo qui bona sua in res inutiles cõsumpsit, ad similitudinem eius qui vxorem sterilem inutiliter nutrit. Secundo quia indigentibus non subuenit, quod ei esse poterat fructuosum, vnde subdit, *vidua bene non fecit*, per viduam homines indigentes significat nec solú fuit infructuosus, sed etiam fuit nociuus, sicut lignum proferens fructus venenosos, vnde subdit, *detraxit fortes in fortitudine sua*, idest potestate sua vsus est, non ad subueniendum oppressis, sed magis ad opprimendum fortes, quod aliis nocet: etiam in suum nocumetum redundat quasi scilicet in se securam vitam agere non potest, potest etiam lædi ab eis quos læserat, vnde subdit, *cum steterit*, idest cum nihil aduersum passus fuerit, non credet vitæ suæ, idest non erit de vita sua securus, secundum illud quod Eliphaz supra dixerat. Sontus terroris semper in auribus eius & cum pax sit, ille semper iudicatur. Causa autem quare absque misere-

23

cordia sit puniendus, assignat ex hoc quia misericordia noluit vt dum potuit, vnde subdit: *dedit ei dominus locum penitentia*, scilicet differens pœnã, & hæc est ratio quare permissus est in prosperitate aliquis diu viuere, sed hoc quod Deus exhibuit ei in bonum, ipse peruertit in malum, vnde subditur: *ille abutitur eo in superbiam*, non attribuens diuinæ misericordie, quod post peccatû non statim punitur, sed ex hoc sumit peccati audaciam vsque ad Dei cõteptû: & quãuis peccator tenebras querat ad peccandû, nõ tamen potest facere quin videatur vnde subdit, *oculis enim*, scilicet Dei, *sunt in vis eius*, idest considerant processus eius quãuis in tenebris ambulæt, & inde est, quod *elevati sunt ad modicum*, idest ad aliquam terrenam sublimitatem & caducam, Deo date eis locum penitentia & non subsistent, scilicet finaliter, quia abutuntur Dei misericordia in superbiam, & adhibet huius rei similitudinem. Omnia enim quæ in tempore generantur, determinato tempore crescunt & post incipiunt denotari: & tandem totaliter destruuntur, & ita contingit de impiis, vnde subdit, *humiliabuntur sicut omnia*, quæ scilicet in tempore crescunt, & auferentur, scilicet totaliter quando ad summum peruenierit, & adhibet similitudinem subdens, *sicut summities spicarum cõverentur*, non enim conteruntur fruges, quãdiu sunt in herba & crescunt: sed quãdo iam ad perfectam maturitatem peruenierunt, & sic impugnantur statim puniuntur à Deo. Sed quãdo ad summum peruenierit secundum mensuram Deo prauisam. Hoc autem induxit ad ostendendû hoc, quod impij statim nõ puniuntur sed prosperam vitam agunt, non ex defectu diuinæ prouidentia, sed ex hoc quod differit Deus pœnã in cõgruû tempus, & sic patet falsum esse quod Eliphaz ei caluiniose impostuerat de negatione prouidentie diuinæ, vnde subdit, *quod si non est ita*, sicut prædixi de punitione malorum, sicut vos arbitramini, credentes semper homines in hac vita puniri pro peccatis, quis me potest arguere esse mentitum, quia scilicet diuinam prouidentiam denegat, & ponere ante Deum verba mea, idest verba mea in accusationem vertere coram Deo, ac si sint contra eius prouidentiam dicta.

Caput. 15.

24

per iudicatur. Causa autem quare absque misericordia sit puniendus, assignat ex hoc quia misericordia noluit vt dum potuit, vnde subdit: *dedit ei dominus locum penitentia*, scilicet differens pœnã, & hæc est ratio quare permissus est in prosperitate aliquis diu viuere, sed hoc quod Deus exhibuit ei in bonum, ipse peruertit in malum, vnde subditur: *ille abutitur eo in superbiam*, non attribuens diuinæ misericordie, quod post peccatû non statim punitur, sed ex hoc sumit peccati audaciam vsque ad Dei cõteptû: & quãuis peccator tenebras querat ad peccandû, nõ tamen potest facere quin videatur vnde subdit, *oculis enim*, scilicet Dei, *sunt in vis eius*, idest considerant processus eius quãuis in tenebris ambulæt, & inde est, quod *elevati sunt ad modicum*, idest ad aliquam terrenam sublimitatem & caducam, Deo date eis locum penitentia & non subsistent, scilicet finaliter, quia abutuntur Dei misericordia in superbiam, & adhibet huius rei similitudinem. Omnia enim quæ in tempore generantur, determinato tempore crescunt & post incipiunt denotari: & tandem totaliter destruuntur, & ita contingit de impiis, vnde subdit, *humiliabuntur sicut omnia*, quæ scilicet in tempore crescunt, & auferentur, scilicet totaliter quando ad summum peruenierit, & adhibet similitudinem subdens, *sicut summities spicarum cõverentur*, non enim conteruntur fruges, quãdiu sunt in herba & crescunt: sed quãdo iam ad perfectam maturitatem peruenierunt, & sic impugnantur statim puniuntur à Deo. Sed quãdo ad summum peruenierit secundum mensuram Deo prauisam. Hoc autem induxit ad ostendendû hoc, quod impij statim nõ puniuntur sed prosperam vitam agunt, non ex defectu diuinæ prouidentia, sed ex hoc quod differit Deus pœnã in cõgruû tempus, & sic patet falsum esse quod Eliphaz ei caluiniose impostuerat de negatione prouidentie diuinæ, vnde subdit, *quod si non est ita*, sicut prædixi de punitione malorum, sicut vos arbitramini, credentes semper homines in hac vita puniri pro peccatis, quis me potest arguere esse mentitum, quia scilicet diuinam prouidentiam denegat, & ponere ante Deum verba mea, idest verba mea in accusationem vertere coram Deo, ac si sint contra eius prouidentiam dicta.

ficordia sit puniendus, assignat ex hoc quia misericordia noluit vt dum potuit, vnde subdit: *dedit ei dominus locum penitentia*, scilicet differens pœnã, & hæc est ratio quare permissus est in prosperitate aliquis diu viuere, sed hoc quod Deus exhibuit ei in bonum, ipse peruertit in malum, vnde subditur: *ille abutitur eo in superbiam*, non attribuens diuinæ misericordie, quod post peccatû non statim punitur, sed ex hoc sumit peccati audaciam vsque ad Dei cõteptû: & quãuis peccator tenebras querat ad peccandû, nõ tamen potest facere quin videatur vnde subdit, *oculis enim*, scilicet Dei, *sunt in vis eius*, idest considerant processus eius quãuis in tenebris ambulæt, & inde est, quod *elevati sunt ad modicum*, idest ad aliquam terrenam sublimitatem & caducam, Deo date eis locum penitentia & non subsistent, scilicet finaliter, quia abutuntur Dei misericordia in superbiam, & adhibet huius rei similitudinem. Omnia enim quæ in tempore generantur, determinato tempore crescunt & post incipiunt denotari: & tandem totaliter destruuntur, & ita contingit de impiis, vnde subdit, *humiliabuntur sicut omnia*, quæ scilicet in tempore crescunt, & auferentur, scilicet totaliter quando ad summum peruenierit, & adhibet similitudinem subdens, *sicut summities spicarum cõverentur*, non enim conteruntur fruges, quãdiu sunt in herba & crescunt: sed quãdo iam ad perfectam maturitatem peruenierunt, & sic impugnantur statim puniuntur à Deo. Sed quãdo ad summum peruenierit secundum mensuram Deo prauisam. Hoc autem induxit ad ostendendû hoc, quod impij statim nõ puniuntur sed prosperam vitam agunt, non ex defectu diuinæ prouidentia, sed ex hoc quod differit Deus pœnã in cõgruû tempus, & sic patet falsum esse quod Eliphaz ei caluiniose impostuerat de negatione prouidentie diuinæ, vnde subdit, *quod si non est ita*, sicut prædixi de punitione malorum, sicut vos arbitramini, credentes semper homines in hac vita puniri pro peccatis, quis me potest arguere esse mentitum, quia scilicet diuinam prouidentiam denegat, & ponere ante Deum verba mea, idest verba mea in accusationem vertere coram Deo, ac si sint contra eius prouidentiam dicta.

25

CAPITVLVM XXXV. Iob. 15. 1. Iob. 15. 1. LECTIO I.



**R**espons autē Baldad Suithes, dixit, Potestas & ter-  
ror apud eū est qui facit concordiam in sublimibus  
suis. Nūquid est numerus militū eius? Et super quē  
nō surget lumen illius? Nunquid iustificari potest ho-  
mo cōparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce  
luna etiā non splendet, & stelle non sunt mūde in conspectu eius:  
quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis.  
¶ Iob in sua responsione duas calūnias, quas ei Eliphaz in-  
iecerat, in præcedenti sua responsione, iam repulit, ostendēs  
se neque, pro peccatis punitum, neque diuinæ prouidentie  
negatorē. Ostēderat autē valde expresse quōd diuinæ pro-  
uidentiæ nō impugnabat, si impij in hoc mūdo prosperaren-  
tur quia referuatur eorū pena in aliud tempus, & ideo con-  
tra vterius resistere non potuerunt: sed aliū scilicet quōd  
nō fuerit pro peccatis punitus, non tam euidenter ostēde-  
rat quin potius debilitatem suę ostensionis significauit, cū  
dixit nemo aduertere potest cogitationes eius, & ideo cō-  
tra hoc vterius Baldad resistere nititur, redarguēs Iob quōd  
se asseribat nō pro peccatis suis punitum: & quasi im-  
memor verborū Iob quibus dixerat, non sibi sufficere si cōtra  
eū ex Dei fortitudine cōtendatur, à diuina potestate dispu-  
tationis suæ sumit exordii & proponit magnitudinē diui-  
næ potestatis dupliciter: primo quidē quātum ad hoc quōd  
potentiam exercet in superiores creaturas, in summa pacē  
eas conseruans, vnde dicit, potestas & terror, id est ex qua ti-  
meri debet, apud Deum est, scilicet Deum, qui facit concor-  
diam in sublimibus suis, in inferiorib⁹ enim creaturis discor-  
dia multiplex inuenitur, tam in creaturis rationalibus, vt  
pater per contrarios motus humanarum volūtatum, quā  
in creaturis corporalibus, vt ex earum contrarietate ap-  
paret per quam generationi & corruptioni subduntur,  
sed in superioribus corporalibus nulla contrarietas repe-  
ritur, vnde & incorruptibilia sunt: sic & superiores intel-  
lectuales, substantiæ etiam summa concordia superiorum  
creaturarum ex potestate diuina procedit, quæ superiores  
creaturas in perfecta suæ vnitatis participatione constituit  
quasi sibi propinquiores: & ideo signāter dicit, in sublimio-  
ribus creaturis, in quib⁹ operatur per ministeriū superiorū

creaturarum: Quorum multitudo homini est ignorata, vn-  
de subdit, Nūquid est numerus militum eius. Milites quidem  
Dei vocat omnes cœlestes virtutes, quæ diuinū nutum se-  
quuntur: sicut milites obediunt duci. Harum autem cœle-  
stium virtutum numerus ignotus est homini, & simile est quod  
habetur. Qui educit in numero militiam eorum. Et ne ali-  
quis crederet quod cœlestes virtutes non se haberēt sicut  
milites parētes alieno imperio: sed sicut duces & principes  
ex vno arbitrio cuncta agentes, sicut existimauerūt multo-  
rum deorum cultores: subiungit, & super quem non surgit  
lumen eius. Quasi dicat omnes cœlestes virtutes per illumi-  
nationem diuinam dirigūtur, sicut homines, per hoc quod  
super eos surgit lux solis. Proposita ergo potestate diuina  
accedit ad propositum dicens, Nunquid iustificari potest  
homo comparatus Deo. Quasi dicat ex quo tam magnus est,  
& in iustitia præcellens, vt etiam in sublimibus concor-  
diam faciat, quæ est iustitiæ effectus secundum illud.  
Opus iustitiæ pax. omnis iustitiā hominis diuinæ iustitiæ  
cōparata, quasi nihil reputabitur: nec solū Deo homo cō-  
paratus non potest iustus videri, sed quod plus est, ei com-  
paratus, apparet iniustus: sicut in comparatione ad res pul-  
cherrimas: quæ quamuis pulchritudinē habēt, videtur im-  
mūde: vnde subdit, aut apparet mūdus natus de muliere, quod  
signāter dicit quia ex hoc ipso quod homo de muliere per  
concupiscentiā carnis nascitur, maculā contrahit. Hoc autē  
quod dixerat cōsequēter per simile cōfirmat cū subdit: ec-  
ce etiā luna nō splendet, & stelle nō sunt mūde in cōspectu eius.  
Vbi cōsiderandū est quod de sole mentionē nō facit: quia  
nō apparet sensibiliter quod ad præsentiam maioris luminis  
lumen eius obtenebretur, sed luna & stellæ etiā ad præsen-  
tiā corporalis solis, offuscantur. Vnde multo magis earum  
claritas, quasi obscuritas quæ dā est immēsitati diuini lumi-  
nis cōparata: Et ex hoc cōcludit propositū subdēs: Quanto  
magis homo putredo, & filius hominis vermis. nō potest repu-  
tari splendēs splendore iustitiæ si diuinæ iustitiæ cōparetur.  
neq; mūdus, per innocentiam si comparetur puritati diuinę.  
Singulariter autem hominē putredini comparat quasi ex  
materia existēte putrefactioni vicina: & filiū hominis ver-

Esa. 32.



mi: quia vermis ex putredine generatur. Hoc autem inducit ad ostendendum quod homo non potest quantancumque iustitiam & innocentiam suam proponere, quasi nihil reputata in comparatione ad Deum cum agitur de diuino iudicio.

CAPITVLVM XXVI.  
LECTIO I.

1 **R**espondens autem Iob, dixit: Cuius adiutor es, nunquid imbecillus? Et sustentas brachium eius qui non est fortis? Cui dedisti consilium? Forsitan illi qui non habet sapientiam, & prudentiam tuam ostendisti plurimam. Quae docere voluisti? Nonne eius qui fecit spiramentum? Ecce gigantes genuit sub aquis, & qui habitant cum eis. Nudus est infernus coram illo, & nullus est operimentum perditioni. Qui exiit aquilonem super vacuum, & appetit terram super nihilum. Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum. Quis tenet vultum solis sui, & expandit super illud nebulam suam. Terminum circumdedit aquis, usque dum finiatur lux & tenebrae. Columnae caeli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. In fortitudine illius repente maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbum. Spiritus eius ornamit caelos, & obstetricante manu eiuseductus est coluber tortuosus. Ecce haec ex parte dicta sunt verbarum eius: Et cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

¶ Baldad in verbis praemissis Iob convincere voluit ex consideratione diuinae potestatis omnibus tremendam respectu cuius nullus potest iustitiam aut innocentiam praetendere, ut seasserat absque peccato punitum. vnde Iob triplicem responsionem subiungit, quarum prima specialiter est contra Baldad, qui Iob terere conatus fuerat ex consideratione diuinae potestatis. Solent autem homines non ratione contra aliquem condemnatum vententes, sed iudicis potentia & sapientia allegantes, hoc facere in iudicis fauore. Adhibetur autem fauor alicui personae dupliciter. Vno modo propter defectum potentiae illius cui fauetur. Alio modo propter defectum sapientiae. Quatum ergo ad primum dicit, Cuius adiutor es, nunquid imbecillus? Quod haec quae loquutus es non secundum viam rationis, sed quasi in Dei fauore. Nunquid adhuc dixisti ut ferres auxilium quasi

infirmo. Adiuuare autem videtur aliquem, qui eius operationem defendit: vnde subdit, *Et sustentas brachium eius qui non est fortis.* Q. d. nunquid vis tu iis verbis defendere operationem quam punitus sum ab eo, ac si non esset fortis ad defendendum. Deinde quantum ad fauorem qui alicui adhibetur propter defectum sapientiae. Considerandum est quod hic fauor est duplex. Vnus quidem ex hoc quod consilium datur alicui circa res agendas: & quantum ad hoc dicit, *cui dedisti consilium.* Videtur aliquis alicui consilium dare quando eius causam sine ratione defendit: non autem consilio Deus indiget qui est in sapientia perfectus: vnde subdit, *Forsitan illi qui non habet sapientiam.* Q. d. nunquid dubitas Deum sapientiam non habere, ut tam stulte pro eo loquaris. Qui autem sapienti consilium dat, videtur hoc facere ad sapientiam ostendam, vnde subdit, *Et prudentiam tuam ostendisti plurimam.* Q. d. nunquid per hoc voluisti tuae prudentiae abundantiam ostentare. Alius autem modus fauoris contra defectum sapientiae est, ut quis instruat ignorantem circa scibilia: & quantum ad hoc subdit, *quae docere voluisti.* Visus es enim Deum docere, in quantum eius potentiam contra me allegasti: sed ipse doceri non indiget, qui est totius humanae scientiae causa: vnde subdit, *Nonne eius qui fecit spiramentum.* i. qui creauit humanam animam per quam homo & intelligit & spirat. Vna enim & eadem anima est, quae per intellectum scientiam percipit, & per alias vires corpus viuificat.

¶ Deinde ne videatur in aliquo potentiae Dei derogare, commendat ipsam multo diffusius quam Baldad, enumerans multos effectus diuinae potentiae: & incipit ab iis quae potenter fecit in genere humano circa diluuium. Legitur enim quod gigantes erant super terram in diebus illis. Et postea subditur. Cumque vidisset Deus terram esse corruptam: omnis quippe caro corruerat viam suam super terram. Dixit ad Noe: finis vniuersae carnis venit super me. Et postea subdit. Ecce ego adducam aquas diluuii super terram, & interficiam omnem carnem. Hunc ergo effectum diuinae potentiae ostendit subdens. *Ecce gigantes.* scilicet antiqui. *gemunt.* sin. pennis inferni. *sub aquis.* id est qui fuerunt submersi aquis diluuii. Et quia non soli ipsi perierunt, sed multi alij cum eis, & tunc etiam postea subiungit, *et qui habitant*

Cene. 6.



6 *cum eis. scilicet similiter gemunt. scilicet à virtute potestatis ipsius. Et ne aliquis crederet quod diuina prouidètia se extenderet solù ad iudicandos homines in hac vita, non autè post mortè, sicut amici Iob sentire videbantur: ad hoc excludendum subdit. Nudus est infernus corà illo. Q. d. ea quæ in inferno agùtur còspicua sunt oculis eius, & secùdù eius iudiciù agùtur. vnde ad huiusmodi expòsitionè subdit: & nullù est operimètu perditio. i. iis qui sunt perditii in inferno*

7 *vt possint ab oculis Dei occultari, sicut occultàtur à nobis. ¶ Deinde enumerat effectus diuinæ prouidètiæ in rebus naturalibus, & incipit ab extremis, scilicet à cælo & terra, in quorum utroq; aliquid apparet ex diuina potentia insitutum, quod humanas vires excedit. Secundù autem id quod sensualiter apparet: videtur cælù extèsum esse super terrà: sunt autè sub cælo sicut tabernaculi pauimentù. quicumq; autè tabernaculù erigit aliquid supponit, quo tabernaculù sustentatur: sed hoc in cælo non apparet. Non enim videtur aliquid cælù sustentans nisi virtus diuina. vnde dicit, Qui extèdit aquilonem super vacuum. Per aquilonè intelligit superiù hemispherium, quo ad nos: nobis enim aquilonaris polus supra orièntè eleuatur. Australis verò sub orizòte deprimitur: vnde dicit, aquilonè extendit super vacuum. Quod de superiori hemispherio cæli nihil nobis apparet nisi spatiù aère plenù: quod vulgares homines reputant vacuù, loquitur enim secùdù existimationè vulgariù hominù prout est mos in sacra scriptura: sic etiam qui pauimentù facit super aliquid ipsum firmat: terra autè quæ est quasi cæli fundamentù, nõ apparet super aliquid firmata, quod eam possit sustentare: sed sola Dei potètia sustinetur: vnde subdit, & appendit terram super nihilum. Hæc autè non ita dicuntur, quasi cælum sit ponderosum, vt indigeat sustentamèto ne cadat aut terra possit descèdere, nisi vsque ad centrum: sed ipsas naturales virtutes, quibus in suis locis corpora naturaliter contineantur, ex diuina potestate processisse significat: sicut enim motus violentus est à potestate humana, ita inclinatio naturalis est ex virtute diuina, quæ est nature principium.*

8 ¶ Deinde enumerat effectus diuinæ potètiæ in spatio me-

dio, quod est inter cælù & terram. Et primo in aère in quo hoc admirabile videtur quod aqua in aère suspendatur vaporaliter eleuata, & non tota simul cadit sed guttatim vt apparet in pluuiis, vnde dicit, qui ligat aquas in nubibus suis. Id est eius virtute causatis, vt non erumpat, scilicet aqua pluuiarù, pariter deorsum. Sed guttatim secundù, quod expedit ad temperiem terræ: quasi diuina virtute illud quod remanet in nubibus esset ligatum, vt non à principio cadat. Fit enim diuina virtute vt vapores nõ simul condensentur, vt oporteat simul eos in aqua còuersos pariter cadere pluuiis ex nubibus deorsum cadentibus. Remanèt quædam vaporum reliquiæ, ex quibus nebule generantur, per quas nobis tegitur cælum, quod est quasi solium Dei secundum Iul. Cælum mihi sedes est, & quantum ad hoc subdit. Qui tenet vultum solij sui. Id est qui tenet quasi occultam faciem cæli: quod est solium eius: & hoc per nebulas quibus prohibetur cælum videre: Vnde subdit, & expandit super illud nebulam suam. Id est eius virtutè productam.

Esai. 66.

¶ Deinde ostendit effectum diuinæ potètiæ in aquis, cum subdit, terminum circumdedit aquis. Aqua enim secundù elementorum naturalem ordinem vndiq; terram operire deberèt: sed quod aliqua pars terræ remaneat discooperta ab aquis, hoc factum est diuina virtute, quæ vsque ad certum terminù terram fecit operiri ab aquis: & hoc præcipuè videtur ad oceanù pertinere, quod vndique terram circumdat, & propter hoc subdit: vsque dum fiantur lux & tenebre. Sumitur enim lux diei & tenebra noctis sole accedente vel recedente ab hemispherio superiori, quod supponitur nostræ habitabili, quæ quasi vndique oceano concluditur. Vel potest intelligi quod terminus aquarum intrãmutabilis permanebit, manente hoc statu mudi, in quo est successio lucis & tenebrarum. Sic ergo enumeratis effectibus diuinæ potètiæ in corporalibus creaturis: ostendit eius effectum in creaturis spiritualibus, quas vocat columnas cæli: quia: scilicet eorum officio administratur motus cælorum: Vnde dicit. Columnæ cæli. Scilicet angeli contremiscunt. Et pauent ad nutum eius. Id est obediunt ei ad nutum, Et loquitur ad similitudinem alicuius ad nutum



obedientis domino propter timorem & tremorem ipsius, ut amor referatur ad animam, tremor ad corpus. Non est autem putandum quod inferatur Angelis timor pœnalis, sed eorum reuerentia ad Deum hic timor nominatur, & sic pauor refertur ad effectum, tremor autē ad exteriorem effectum, & quia in Angelis aliqui sunt qui à debita Dei reuerentia discesserunt, de quibus, Supra, capitu. 4. Dictum est, In Angelis suis reperit prauitatem, ideo consequenter de distinctione bonorum & malorum Angelorum, subiūgit. Creditur autem simul cum distinctione creaturæ corporalis & creaturæ spiritalis distinctionem fuisse, & ideo ad insinuandam distinctionem creaturæ spiritalis præmittit de creatura corporali dicens, *In fortitudine illius repente maria congregata sunt.* Secundum illud. Congregentur aquæ quæ sunt super terram in locum vnum & appareat arida, & sicut creaturæ corporales sunt distinctæ diuina virtute, ita etiam creaturæ spiritalis, vnde subdit. *Et prudentis eius percussit superbam.* Per virtutem prouidentie ipsius diabolus superbiens de sua gloria priuatus est, & sic eo percusso bonis angelis sunt spiritalia dona augmentata, vnde subdit: *Spiritus eius ornamēt calos.* Cœlestes spiritus ornamentis, scilicet spiritalium donorum, nō erat conueniens ut percussus per priuationem gloriæ cum ornatis per spiritum sanctum remaneret, vnde subdit: *Et obstetricate manu eius educus est.* Id est, à societate bonorum angelorum; *Coluber tortuosus.* Id est, diabolus qui colubro comparatur propter malignitatis venentū, & tortuosus dicitur propter caliditatem, signanter autem dicit eum educum obstetricate manu Dei, sicut enim obstetrix sic educit infantem, quandoque mortuum, ut mater non lædatur, ita Deus sic educit diabolum de medio Angelorum, ut bonorum Angelorum societates in nullo detrimentum sit passa. Et ne aliquis crederet hos effectus, licet sint magni, diuinā potentiam adæquare, subdit: *Ecce hæc ex parte sunt diuina viarum eius.* Id est, opera eius quibus & nos in Dei cognitionem ascendimus, & Deus nobis se quodammodo committit, & ne videantur hæc, & si non totam diuinam potentiam adæquare, tamē ex magna parte ad eius æqualitatem accedere sub-

Genes. I.

II

12

13

14

iungit: *Et cum vix paruam stillam sermonibus eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri?* Quasi dicat, omnium quæ nunc dicta sunt, de effectibus diuinæ potentie minor est comparatio ad diuinam potentiam, quàm vnus parui sermonis, quasi silenter stillantis ad maximam tonitruum sonum.

CAPITVLVM XXVII.

LECTIO I.



**A**ddidit quoque Iob assumens parabolam suam, & dixit: *Viuit Deus qui abstulit iudicium meum, & omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam, quia donec superest halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis. Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendaciū. Absit à me, ut iustos vos esse iudicem. Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iustificationem meam quam cepi tenere, non deseram. Neque enim reprehendit me cor meum, in omni vita mea. Sicut impius inimicus meus, & aduersarius meus quasi iniquus. Que est enim spes hypocrite, si auare rapiat, & non liberet Deus animam eius? Nunquid Deus audiet clamorem eius, cum venerit super eum angustia. Aut poterit in omnipotente delectari, & invocare Deum omni tempore? Docebo vos per manum Dei quæ omnipotens habeat, nec abscondam. Ecce vos omnes nostis, & quid sine causa vana loquimini? Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hereditas violentorum quæ ab omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non sat arabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, & sepelientur in interitū, & vidua illius non plorabit. Si comportauerit quasi terra argentum, & sicut lutum preparauerit vestimenta, preparabit quidem, sed iustus stietur illis, & argentum innocens diuidet. Aedificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit umbraculū. Dives cum dormierit, nihil secum afferet. aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimit eum vestigiis. Tolle eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo. Et mittet super eum, & non parcat, de*

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22



23 *manu eius fugiens fugiet. Stringet super eum manus suas, & sibilabit super illum intrens locum eius.*

1 ¶ In præmissis verbis, Iob confutauerat dicta Baldad qui cōtra eum diuinam potestatem allegauerat, quasi Iob eius magnitudinem ignoraret. Finita autem sua responsione intelligitur expectasse, vt tertius amicorum, scilicet Sophar more solito suo ordine responderet, sed quia ille quasi conuictus, tunc tacuit, Iob iterato sermonem assumit, & per aliam rationem ostendit non esse contra diuinam prouidentiam, si mali in hoc mundo prosperantur, & boni aduersitates patiuntur, vnde dicitur. *Addidit quoque Iob. Postquæ scilicet ei nullus respondebat. Assumens parabolam suam.* Quia scilicet per similitudines loquebatur ad modum parabolæ inducentis antequam propositum ostendat se in amicorum scientiam nunquam transiturum esse denunciari, & ad huius firmitatem iuramentum præmittit, vnde subdit: *Et ait viuit Deus qui abstulit iudicium meum.* Supposita scilicet vestra sententia, qua asseritis ad iustitiam diuini iudicij pertinere, vt aduersitates præsentis, non nisi peccatoribus inducat, & ideo ad exponendum in quo iudicium suū dixerit, subdit: *Et omni potens qui ad amaritudinem adduxit animam meam.* Id est, qui absque culpa præcedente mihi aduersitates exteriores induxit, ex quibus amaritudinem in anima patior, nec tamen ab eius reuerentia & amore discedo, patet ex hoc quod per ipsum iuro, inducit autē prædictum iuramentum ad hoc quod subditur, *Quia donec superest halitus in me.* Id est, donec habebō vitam, quæ per respirationem conseruatur, & vt ostēdat se vitæ beneficium à Deo recognoscere, subdit, *Et spiritus Dei in naribus meis.* Respiratione enim præcipue fit per nares, nā respiratio, quæ fit per os, non est adeo congrua, vt Aristoteles dicit in lib. de historiis animalium, respiratio ergo hominis, quæ principaliter in naribus posita est, hic spiritus Dei, dicitur, quia hoc habet homo vt videndo possit respirare, & huic beneficio ipse non vult esse ingratus, peccando, vnde subdit: *Non loquentur labia mea iniquitatem.* Vt scilicet dicam, omnes qui aduersitatem patiuntur esse iniquos. *Si lingua mea meditabitur mendacium.* Vt scilicet dicam hoc pertinere ad

diuinam iustitiam, vt iustorum merita præsentis prosperitate remuneret, & iniquos peccata temporali aduersitate, condemnet, & quia amici Iob ista asserbant, subiungit: *Abstine à me vt iustos vos esse iudicem.* Non enim poterat iustos eos iudicare, nisi eorum iniustam sententiā approbaret per quod à sua iustitia recederet, vnde subdit: *Donec deficiam.* Scilicet per mortem: *Non recedam.* Id est, propono non recedere, ab innocentia mea. Aqua scilicet recederem, si sanctos aduersitatem in hoc mundo patientes vobiscum impios iudicarem, & sicut ab innocentia ad nocēdum transferri nō propono, ita nec iustitiæ viam deserere, vnde subdit: *Iustificauionem meam.* Quæ scilicet pertinet ad iustitiæ executionem, quam cepi tenere. Scilicet non approbādo hominem pro prosperitate quam habet, nec condemnādo pro aduersitate quam patitur in hac vita, *non deseram.* Scilicet declinando in vestram sententiam. Solent autem qui semel peccauerunt proniores esse ad iterato peccandū, qui vero peccatorum sunt in experti, difficilius ad peccata prolabuntur, vnde subdit, *Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.* Quasi dicat ideo confido quod non recedam ab innocentia, nec iustitiam deseram, quia hoc per experientia didici. Non enim habeo conscientiam remordentem de aliquo graui quod cōmiserim in tota vita mea, vel aliter potest cōtinuari, quia enim dixerat se non recessurū ab innocentia sua, nec à iustificatione quam tenere cœperat. Posset aliquis dicere, quod ipse ante hoc neque innocentia neque iustitiam habuerat, sed ipse hoc excludit dicens: *Neque enim reprehendit me cor meum.* Et c. Vt declinarem ab innocentia, & desererem iustitiam & impietatem sustinerem, vnde subdit: *Sicut impius inimicus meus.* In quantum scilicet contra veritatem diuini iudicij loquitur: *Aduersarius meus quasi iniquus.* In quantum scilicet iniquam sententiam profert mihi aduersando, dum dicit me impium esse quia grauius sum afflictus.

¶ Iis igitur præmissis pertinentibus ad amicorum suorum confutationem, & suæ sententiæ firmitatē, accedit ad principale propositum, vt scilicet ostēdat non esse contrarium diuinæ prouidentia, si mali in hoc mundo temporaliter



prosperentur, & iusti temporaliter affligantur, & supra quidem hoc manifestauerat ex futuris premiis & flagellis quae referuntur bonis & malis post hanc vitam, nunc autem hic ostendit ex debilitate bonorum temporalium, quae mali possident in hac vita, & magnitudinem bonorum spiritualium, quae bonis conceduntur. Afferit ergo primo inuile esse peccatoribus, si in hac vita bona temporalia consequantur absque animae bonis, vnde dicit, quae est enim spes hypocritae si auarè rapiat. Id est, si iniuste diuitias congreget. *Et non liberet Deus animam eius.* Scilicet à peccato per gratiae dona, id est, quid boni potest ex hoc, & loquitur de hypocrita, scilicet simulatore loco omnium peccatorum, quia simulata aequitas est duplex iniquitas, & hypocritae tanquam falsarii virtutis videntur maxime esse abominabiles apud Dominum sicut infra, 36. dicitur. Simulatores & callidi prouocant iram Dei.

De hypocrisis.

10

¶ Ostendit autem consequenter eos duplici spe priuari, quarum vna est quam habent iusti de Deo, quod in tempore necessitatis eorum orationem exaudiat, sed hoc ab impiis excludit, dicens: *Numquid Deus audiet clamorem eius, cum venerit super illum angustia.* Quasi dicat non, & ratio huius assignatur. Ex ore sapientiae dicentis. Vocauit & renuistis, & post pauca subdit, tunc scilicet quando veniet super eos angustia inuocabunt me, & non exaudiam, & dicitur. Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius fiet execrabilis. Secundo autem spes iustorum est, quod non deficit eis temporalis consolatio in tempore tribulationis, fruuntur delectatione diuina, & delectantur in laude ipsius, sed hoc ab impiis excludit, subdens: *Aut poterit in omnipotente delectari.* Quem scilicet diligere in operibus comprobatur, *Et inuocare Deum omni tempore.* Ex magna enim delectatione Dei prouenit, quod semper sit in aliquorum ore laus Dei, & quia ostendat parum valere bona temporalia, quae impij possident, sine spe iustorum, quam sancti habent, ostendit consequenter temporalia bona, quae interdum impij possident, fragilia esse, & ad assertionem eorum, quae dicitur est, duo praemittit. Primo quidem quod ea quae dicitur est, sapientiae diuinae conueniunt, vnde dicit, *Do-*  
*cebo*

De duplici spe iustorum.

11

12

*tebo vos per manum Dei.* Id est, per virtutem ipsius, *Quae omnipotens habeat.* Scilicet in sua sapientia quasi certum. *Nec abscondam.* Quae scilicet Deo instructuente me didici. Secundo ostendit quod ea quae dicitur est, tam sunt manifesta, vt etiam ipsi ea ignorare non possint, vnde subdit: *Ecce vos omnes noscitis.* Scilicet vera esse quae dicitur est, & inde mirum est quod tam irrationabiliter contra veritatem manifestam loquimini, & hoc est, quod subdit: *Et quid sine causa vana loquimini.* Id est, ea quae rationis fulcimentum non habent. Solent enim homines hebetes, cum cognoscant praemissa, non auertere quid ex eis sequatur. Est autem considerandum quod cum Deus sit creator omnium & gubernator, omnes ab eo suscipiunt aliquid quasi hereditatem suam à patre, mali autem homines suam partem & suam hereditatem à Deo accipiunt bona temporalia huius mundi, vnde ex eorum persona dicitur, haec pars vestra & haec est fors, e conuerso autem boni percipiunt quasi suam partem & hereditatem spiritualia bona, secundum illud. *Funes ceciderunt mihi in praeclearis, etenim hereditas mea praecleara est mihi, describens ergo quam fragilis sit & caeduca pars impiorum, quam in rebus temporalibus accipiunt, dicit: Haec est pars impij apud Deum.* Id est, tale est quod eis in sortem venit, dum bonis spiritualia & eis temporalia distribuuntur. *Et hereditas violentorum.* Id est, iniuste acquirunt temporalia bona. *Quam ab omnipotente suscipiant.* Eo scilicet permittente & facultatem praebente, sicut supra, 22. dictum est, siue ille impleuisset domos eorum bonis, ostendit hanc partem siue hereditatem esse caeducam primo quidem, quantum ad hoc quod frequenter circa impiorum prolem accidit, quae tamen inter temporalia bona potissimum reputatur, contingit autem quandoque quod impiorum filij, qui in hoc mundo prosperati sunt, occiduntur, vnde dicit: *Si multiplicati fuerint filij eius. Quod scilicet ad magnam prosperitatem computabatur. In gladio erunt.* Id est, occiduntur, & quamuis raro contingat quod diuitum filij ad magnam paupertatem deueniant, tamen hoc circa nepotes & posteros frequenter contingit, vnde subdit: *Et nepotes eius non saturabuntur pane.* Scilicet

13

14

Psal. 15.

15





16 propter inopiam, quantum autem ad alios familiares eius subdit, *Qui reliqui fuerint ex eo. Scilicet domestici & amici. Sepelientur in interitis.* Id est, absque solemnitate quasi occisi, unde & quantum ad uxores subdit: *Et vidue illius non plorabunt.* Quod scilicet fieri solet in solennibus sepulchris. Sicut ergo fragilis est & caduca eorum scelicitas, quantum ad filios & amicos, ita etiam quantum ad diuitias possessas, inter quas quedam sunt diuitiarum artificiales, scilicet pecunia, quæ est adinuenta quasi mensura commutationis rerum, ut philosophus dicit, & quantum ad hoc subdit: *Si comportauerit quasi terram argentum.* Id est, si tantam copiam pecuniæ acquirat quanta habetur terræ. Aliæ vero sunt diuitiarum naturales, quæ scilicet homini naturali necessitate subueniunt sicut panis & vinum, & vestimenta, & alia huiusmodi, & quantum ad hoc subdit: *Et sicut lutum præparauerit vestimenta.* Ut scilicet tantam eorum copiam habeat, ut quantum & luti. *Preparauit quidem.* Id est, habuit sollicitudinem in præparando, alius tamen habebit fructum, & quandoque bonus qui circa hoc non sollicitatur, unde subdit: *Sed iustus vestiatur illis.* Scilicet vestimentis ad suam necessitatem, *Et argentum innocens diuidet.* Id est, distribuet, & dabit pauperibus, non reseruabit coaceruatū, quod contra innocentiam esset, pertinet & ad prosperitatem terrenam spaciositas domorum, sed etiam hoc ostendit esse caducum propter duo, primo quidem quia quandoque sibi domum ædificat per violentiam in loco alieno, à qua depellitur, unde subdit: *Ædificauit sicut tinea domum suam.* Quæ scilicet corrodedo vestem alienam præparat sibi locum à quo excussa veste deiicitur. Alio modo, quia & si in solo proprio domū ædificet, non tamen est sibi datum, ut diu illius possessionis curam & dominium habeat, sed ad modicum tempus, unde subdit, *Sicut custos.* Scilicet vineæ. *Fecit umbraculum.* Quod scilicet deiicitur finito tempore custodiæ eius. Quomodo autem acquisita bona amittat, ostendit subdens: *Diues cum dormierit.* Id est, cum mortuus fuerit. *Nihil ex iis quæ possidet, secum afferet.* Scilicet in alia via. *Aperiet oculos suos, scilicet in resurrectione, & nihil inueniet.* Quasi scilicet non reuertetur ad temporalia bona possidenda, quan-

doq; & in hac vita subito ea perdit admodum quo pluuia subito homini superuenit, unde subdit: *Apprehendet eum quasi aqua.* Scilicet pluuialis, inopia, id est, subito superueniet ei, & quamuis pluuia in die aliquoties prouideri possit, in nocte tamen omnino præoccupat hominē, unde subdit: *Nocte opprimit eum tempestas.* Scilicet aduersitatis, id est omnino ex improviso. Vltimo autem ostendit fragilitatem mundanæ prosperitatis, quantum ad ipsam personam hominis quæ quandoque perit per aliquam febrem vel per aliquam persecutionem, & quantum ad hoc subdit: *Tollet eum ventus vrens.* Id est, occidet eum, & auferet. Scilicet à societate viuētium, & hoc fiet subito, & ex improviso, unde sequitur: *Velut turbo rapiet eum de loco suo.* Id est, violenter & absque mora, quandoq; vero non ab interiori infirmitate, sed ab exteriori persecutione occiditur, unde subdit, *Et mittet.* Scilicet Deus. *Super eum.* Aliquam persecutionem qui potentior eo sit cui non possit resistere, & non parceret. Ipse scilicet persequitor, unde ipse impius, *de manu eius.* Id est, de potestate eius. *Fugiens fugiet.* Vel per mortē, vel postquam occiderit non habet amplius quid faciat, eo autem mortuo amicis eius remanet stupor & luctus, unde subdit: *Stringet super illum manus suas.* Quasi præ stupore. *Et sibilabit super illum.* Quasi compatiens ei. *Intuens locū eius.* Id est, considerans eius pristinam dignitatem.

CAPITVLVM XXVIII.

LECTIO I.

**H**abet argentum venarum suarum principia, & I  
auro locus est in quo constat. Ferrum de terra 2  
collitur, & lapis solutus calore in æs vertitur.  
Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem 3  
ipse cōsiderat. Lapidem quoque caliginis, & umbram 4  
mortis, diuidit torrens à populo peregrinante eos, quos oblitus est pes regis hominis & inuios. Terra de qua oriebatur 5  
panis, in loco suo igni subuersa est. Locus saphiri lapides eius, & 6  
gleba illius aurum. Semitam ignorauit auris, nec intuitus est 7  
eam oculus vulturis. Non calcauerunt eam filii inistorum, 8

S ij



nec pertransiit per eam leana. Ad silicem extendit manus suam, subuertit à radicibus montes. In petris riuos excidit, & omne pretiosum vidit oculus eius. Profunda quoque fluminum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem.

¶ Supra Iob ostēderat quam fragilis & caduca sit pars impiorum, quam à Deo recipiunt, nunc autem ostendere intendit e contrario dignitatem spiritualis boni, quod homines iusti à Deo percipiunt etiam in hoc mundo, quod quidem spirituale bonum sub sapientia comprehendit, & ideo intendit præferre sapiētiam omnibus corporalibus rebus, & quantum ad originem, & quantum ad prætiositatem, & incipit primo ostendere quod omnia quæ in rebus corporalibus prætiosa videntur, habent in certis locis originem, & incipit à metallis quæ apud homines prætiosa habentur. Est autem considerandum quod metalla generantur ex vaporibus humidis resolutis à terra, per virtutē solis, & aliarum stellarum & in terra retentorum, vnde & metalla ductibilia & liquabilia sunt, sicut e contrario lapides & alia huiusmodi, quæ non molliuntur neque funduntur, generantur ex sicca halatione intra terram retenta. Diuersificantur autem metallorum species, secundum maiorem vel minorem puritatem vaporis resoluti, & secundum differentiam caloris digerentis, inter quæ aurum videtur purissimum, & post hoc argentum, & sub hoc æs, infimum autem ferrum, & secundum maiorem vel minorem puritatem, metalla vt plurimum habent diuersas origines, quia ergo aurum est purissimum, inuenitur vt plurimum generatum in sua puritate inter arenas fluminum propter multitudinem euaporationis & caliditatem arenæ. Argentum autem inuenitur vt plurimum, in quibusdam venis terræ, vel etiam lapidum. Aes autem inuenitur vt incorporatum lapidibus. Ferrum autem quasi in terra fœculenta nondum perfectam digestionem habente, vt sit peruentum vsque ad generationem lapidis. Enumerans ergo diuersa metallorum loca dicit. *Habet argentum venarum suarum principia.* Scilicet in aliquibus determinatis locis, ex quibus tales vapores resoluuntur, qui sint apti ad generationem argenti, & sic dum miscentur terræ vel lapidi prædicti vapo-

res, efficiuntur ibi venæ argenteæ, quantum autem ad aurum subdit, *Et auro locus est in quo constatur.* Quia scilicet ex multis arenis colliguntur quædam granula auri, quæ in vnum ligantur, quod quidem non fit in omni loco, sed in aliquo loco determinato, in quo concurrat debita proportio virtutis actiue ad materiam proportionatam tali speciei. Deinde quantum ad ferrum subdit: *Ferrum de terra tollitur.* Scilicet quia in terra quasi indigesta inuenitur. Deinde quantum ad æs dicit: *Et lapis.* Cui scilicet vapor proportionatur naturæ eius permiscetur. *Solutus calore.* Scilicet ignis vehementis. *In æs vertitur.* Dum scilicet id quod est ibi de natura æris per calorem ignis eliquatur.

¶ Deinde prosequitur de aliis rebus quæ habent determinatum tempus & locum ex dispositione diuina, vnde diuinæ cognitioni subiacent pleraque ipsorum quæ ab hominibus sunt occulta, occultatur autem à nobis & sol & alia multa per tenebras noctis, sed hoc fit per dispositionem diuinam, vnde dicit: *Tempus posuit tenebris.* Occultatur etiam quædam quæ Deo sunt nota, nobis autem occulta, vnde subdit, *Et vniuersorum finem ipse considerat.* Id est, terminum resolutionis rerum, inueniuntur etiam quædam ab hominibus occulta propter locum inuisum, sicut quandoque sunt quidam montes inaccessibiles, in quibus sunt quædam inuisa hominibus, & quantum ad hoc subdit, *Lapidem quoque caliginis.* Id est, aliquam rupem aliquius excelsi montis, quæ quasi semper caligine nebularum obtegitur. *Et vmbra mortis.* Id est, aliquem locum vmbrosam inter conualles montium, ad quem vitalis calor solis nunquam pertingit. *Diuidit torrens à populo peregrinante.* Solent enim in radicibus quorundam montium defluere innumerabiles torrentes, ita quod ex vna parte torrentis est via per quam peregrini transeunt, & ad aliam partem ripæ non patet accessus, contingit autem quandoque quod in huiusmodi accessibilibus locis aliqui rari homines habitant, ad quos etiam pauperes, qui omnia circueunt, accedere non possunt propter accessus difficultatem, vnde subdit. *Et torrens diuidit à populo peregrinante eos.* Scilicet homines quos in locis inaccessibilibus habitant.

tes: *oblitus est pes egentis hominis*. Vt scilicet ad eos non accedat. *Et inuis*. Id est, propter hoc quod ad eos via non patet. Sunt etiam quedam loca non propter situm, sed propter aliqua accidētia inaccessibilia: puta quia per aliquam alterationem subuertuntur, vt legitur, Genesis, 19. De Sodoma & Gomorra, vnde subdit: *Terra de qua oriebatur panis in loco suo*. Id est, quasi in proprio & conuenienti loco. *Igni subuersa est*. Scilicet subuersionis eius causa ex superabundantia caloris procedit. Calore autem superabundante sequitur quod resolutiones tam sicca quam humida, ad magnam digestionem perueniant, vt exinde generentur aliqua pretiosa, puta lapides vel metalla. Vnde quantum ad lapides pretiosos, qui generantur ab exhalatione sicca, subdit: *Locus saphiri lapides eius*. Scilicet terrae subuersa igni. Quantum autem ad pretiosa metalla, quae generantur ex vaporatione humida, subdit: *Et glabra illius aurum*. Huiusmodi autem loca sic subuersa propter corruptionem aeris ex abundantia sulphuris, non solum homines vitant, sed etiam animalia bruta, vnde primo quantum ad aues de quibus minus videtur dicit: *Semitam*. Scilicet illius terrae, *Ignorant auis*. Quia scilicet super eam volare non audet propter aeris corruptionem, nec etiam appropinquare, vnde subdit: *Nec intuitus est*. Scilicet eam. *Oculus vulturis*. Qui tamen valde a remotis solet videre, vel potest aliquando exponi. *Terra illa ignorauit*. Id est, non est exposita ad semitam auis, quasi scilicet nec auis per eam transit. *Nec intuitus est*. Scilicet aliquis in terra illa oculos vulturis.

8 ¶ Deinde quantum ad homines dicit, *Non calcauerunt eam filij inistorum*. Id est, mercatorum, qui tamen difficilia loca solent adire ad lucrandum.

¶ Deinde quantum ad quadrupeda, subdit: *Nec pertransibit per eam leona*. Quae syluestria loca inhabitat. Haec autem quamuis hominibus sint occulta, Deum tamen non latent, qui & in montibus & in fluminibus suam virtutem exercet, vnde subdit: *Ad silicem*. Id est, ad montes lapidosos. *Extendit manum*. Id est, potestatem suam, & hoc in duobus effectibus manifestat, primo per hoc quod

montes quandoque funditus diruunt, & hoc est, quod subdit. *Subuertit a radicibus montes*. Secundum autem est, quod inter medium montium pertranseunt aquae, quasi diuina virtute esset eis via excisa a Deo in petris, vnde subdit, *In petris riuos excidit*. Id est, meatus riuorum, & sic potentia sua se extendit ad omnia magnifica facienda, ita eius sapientia se extendit ad omnia pretiosa cognoscenda, vnde subdit. *Et omne pretiosum vidit oculus eius*. Si enim ipse montes potest subuercere, si potest petras excidere, & similem potestatem exercere in totam terram, conueniens est, quod pretiosa videat quae ibi latent, quamuis oculus hominis ea videre non possit. Et non solum ea quae latent in terris oculus eius videt, sed profunda quoque fluuioꝝ scrutatus est, id est, ea quae in profundis fluuioꝝ latent ita perfecte cognoscit, sicut ea scrutaretur, & hoc signum est quia. *Abscondita produxit in lucem*. Ad manifestationem hominum.

LECTIO II.



Sapientia vero ubi inuenitur, & quis est locus intelligentiae? Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. *Abyssus dicit non est in me, & mare loquitur, non est mecum*. Non datur aurum obrixi pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. Non conferetur tinctis india coloribus nec lapidi sardonico pretiosissimo, vel saphiro. Non adequabitur ei aurum vel vitrum: nec commutabitur pro ea vasa auri: excelsa & eminentia, non commemorabuntur comparatione eius. Trahitur autē sapientia de occultis. Non adequabitur ei topazius de ethiopia, nec tinctura mundissima componitur. Vnde ergo sapientia venit, & quis est locus intelligentiae? Abscondita est ab oculis omnium viuentium volucres quoque caeli latet. Perditio & mors dixerunt auribus nostris audiuimus famam eius. Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius. Ipse enim fines mundi intuetur, & omnia quae sub caelo sunt respicit. Qui fecit veteris pedum, & aquas appendit in mensura. Quando ponebat pluuiam legem, & viam procellis sonantibus, tunc vidit illam & enarrauit: & preparauit.



16 *uit & inuestigauit, & dixit homini. Ecce timor domini, ipse est sapientia, & recedere à malo, intelligentia.*

1 ¶ Quia ostenderit omnia prætiosa, quæ in corporalibus inueniuntur determinatis locis contineri: quæ si ignota sint hominibus: sunt tamen cognita Deo. Ad ostendendum eminentiam sapientiæ primo inducit quòd determinato loco non continetur, vnde dicit, *sapientia vero ubi inuenitur, quasi dicat nullo corporeo loco concluditur, quia non est aliquid corporale, ea vero quæ sunt in corporibus prætiosa, non solum ipsa, sed & eorum principia locis corporalibus concluduntur, sed hoc de sapientia Dei nõ potest dici: vnde subdit, & quis est locus intelligentiæ, intellectus enim*

2 *est principium scientiæ & sapientiæ, sicut autem sapientia non concluditur loco: ita etiam nec intelligentia quæ est principium eius. Secundo ostendit dignitatem sapientiæ eo quòd prætio estimari non potest: vnde subdit, nescit homo prætium eius, idest nihil quod homo cognoscat esse sufficiens sapientiæ prætium, vtrumque autem præmissorum per consequentiam manifestat, & primo quidem quòd dixerat sapientiam in loco determinato non inueniri. Inueniuntur autem quæ apud homines prætiosa reputantur: partim quidem apud homines delitiosos, & prætiosa lapidum & metallorum congregare nituntur: vnde subdit, nec inuenitur in terra sua uiter uiuentium, idest delitiosorum, quia ipsi maxime à sapientiæ perceptione impediuntur cor habentes delitiis occupati. Partim aut inueniuntur huiusmodi prætiosa corporalia, in aliquibus profunditatibus obscuris: sed non est ita de sapientia, vnde subdit, abyssus dicit non est in me, quòd scilicet ea quæ in absconditis profundorum latent, maxime sapientiæ humanæ sunt abscondita. Partim autem inueniuntur in maritum quia ibi generantur sicut margaritæ in cœchis marinis, siue quia ibi depereunt in nauibus ibi submersis, sed non est ita de sapientia, tum etiam quia per mare solent huiusmodi prætiosa de loco ad locum portari vnde subdit, & mare loquitur nõ est meum, quinimmo ea quæ sunt in mari maxime latent sapientiam humanam.*

4 ¶ Deinde manifestat id quòd dixerat de hoc quòd sapientiæ prætio estimari non potest, & enumerat ea quæ sunt apud

homines prætiosissima, dicens, non dabitur aurum obri aurum, idest purissimum, pro ea, quia nullo auro potest prætium sapientiæ estimari, post aurum inter cetera prætiosius reputatur argentum, de quo subdit, nec appenderetur argentum in commutatione eius. Sunt etiam præter metalla prætiosissimi lapides diuersorum colorum, qui maxime inueniuntur in india, de quibus subdit, non conferetur, idest non comparabitur sapientiæ, tinctis in die coloribus, idest lapidibus prætiosis diuersis coloribus naturaliter in india tinctis, & subiungit de quibusdam prætiosis lapidibus, qui etiam in aliis terris inueniuntur, vnde subdit, nec lapidi sardonico prætiosissimo, qui scilicet est compositus ex duobus lapidibus scilicet ex sardio, qui est rubei caloris accedens animum ad gaudium, & acuens ingenium: & conchino, qui ab eo ligatur quasi habens quosdam noxias virtutes scilicet excitati diuinitatis & timores: cuius nocumentum refrenatur per sardium, vnde proprietate habere dicitur quia luxuria depellit, hominem castum & pudicum reddens: vnde & prætiosissimus nominatur, subdit autem & sapphiro, qui est celestis coloris: qui etiam prætiosus est propter multas virtutes quas habet: nec refert quòd aliqui alij lapides prætiosiores sunt, quia prætia lapidum non sunt eadem nec in omnibus locis nec in omnibus temporibus. Subdit autem de iis qui hanc habent prætiositatem ex pulchritudine, dicens: non adequabitur ei aurum, quod habet pulchritudinem ex splendore, vel vitrum, quod habet pulchritudinem ex perspicuitate quamuis non sit præcellens prætij estimatione: subdit autem de iis quæ habent pulchritudinem ex artificio, cum dicit, non commutabuntur pro ea uasa auri excelsa, scilicet quantitate, & eminentia, scilicet in comparatione: & sicut non possunt pro sapientia commutari: ita etiam omnia prædicta nihil reputantur in comparatione ad sapientiam vnde subdit, nec commemorabuntur in comparatione eius, idest non est dignum quòd nec memoria de iis habeatur, cū sit de excellentia sapientiæ mentio, & quia dixerat quædam corporalia esse occulta, & ob hoc prætiosa reputantur, consequenter ostendit quòd hæc etiam prætiositas sapientiæ deest, cū subdit, trahitur autem sapientia de occultis,



est enim humanæ sapientiæ origo occulta, dupliciter. Vno modo ex parte intellectualis luminis, quod deriuatur ad nos ab occultissima omni causa. scilicet a deo. Alio modo ex parte rerum cognitarum, quare occultas proprietates & ecclesiasticas sapientia inquirat, ex iis diuinorum cognitionem ostendit quæ maxime sapientiæ appropriatur, vnde cõeludit quod neque ratione prætiõsitas, neque ratione occultationis aliquid potest ei cõparari, neq; in lapidibus prætiõs, vnde subdit, *nõ adæquabitur ei topazius de ethiopia*, qui sic vocatur à loco primeue sue inuentionis: vel quia in colore auri similitudinẽ pretendit, quantũ autẽ ad prætiõsas vestes subdit, *nec tinctura mundissima*, idest cuiuscunque panni serici vel lanci, cõponentur, idest cõparabuntur sapientiæ, quia ergo sapientiam incõparabilem dixerat & occultam habere originem: inquit vnde sit eius principium, cũ subdit, *vnde ergo sapientia venit*, & vnde deriuatur, & *quis est locus intelligentiæ*, à quo principio homines lumẽ intellectus participat. Ostendit autem hoc principium excedere omnem cognitionẽ humanã, vnde subdit, *abscondita est ab oculis omnium viuẽtium*, quia fons sapientiæ est verbũ Dei in excelsis, vt dicitur. Fuerunt aliqui auguriorum sectatores, qui traderent quasdam aues augurales quendam effectum sapientiæ participare supra homines in quantum scilicet ex eis ad homines peruenire credebant cognitionẽ futurorum, sed quod sapientia hanc cõiecturã excedat, ostendit subdẽs, *volucres quoque celi latet*, per quod potest intelligi quod origo sapientiæ excedit cõlestia corpora à quibus huiusmodi aues mouentur. Sunt etiam aliqui qui à mortuis futurorum cognitionem exquirerent, sed nec hoc attingit ad sapientiæ originẽ: vnde subdit, *perditio & mors dixerunt auribus nostris, audiuiamus famam eius*, & recte famam sapientiæ morti & perditioni attribuit quia perditio & mors importent recessum & elongationẽ à bonis quæ sapientiam consequentur. Possunt tamen tria prædicta secundum metaphoram, ad tria rationalis creature pertineret, vt quod dicit, *abscondita est ab oculis omnium viuẽtium*, referatur ad homines, quod vero subdit, *volucres celi latet*, referatur ad angelos, quod vero addit, *perditio & mors dixerunt audiuiamus famam eius*, referatur ad demo-

Eccle. i.

ii

nes, qui à Deo damnabiliter elõgati à remotis quasi ex sola fama diuinæ sapientiæ notitiam habent. Vt ergo ostendat sapientiæ radicem, subdit *Deus intelligit viam eius*, idest totum sapientiæ processum, dum & ipse est & origo sapientiæ & locus intelligentiæ. Et quia ipse seipsum perfecte nouit, ideo subdit, & *ipse nouit locũ illius*, idest seipsum, in quo plene sapientia inuenitur, sicut in prima origine, deriuatur autem sapientia ab ipso in omnes creaturas, quæ per dei sapientiam fiunt, sicut ars deriuatur à mente artificis in opera eius, vnde dicitur. Quod Deus effundit sapientiam super omnia opera sua, vnde etiam ipsa vniuersitas creaturarum est quasi quidam sapientiæ locus. Et ideo ad ostendendum quod Deus cognoscit vniuersitatem creaturarum, primo quidem hoc ostendit quatum ad extremas creaturas, super quibus alia continentur, vnde subdit, *ipse enim fines mundi intuetur*, idest excellentiores creaturas, in quibus ordo creaturarum terminatur ab inferioribus ascendẽdo: sicut sunt cõlestia corpora & cõlestes spiritus, deinde hoc ostendit quatum ad alias creaturas sub eis cõtetas: sicut sunt cõlestia corpora & cõlestes spiritus, vnde subdit, & *omnia quæ sub celo sunt respicit*. Et ne aliquis crederet, quod notitiam rei habeat à rebus acceptam, sicut nos habemus, ostendit consequenter quod cognoscit res sine omni causa: vnde subdit quantum ad quasdam creaturas, scilicet ventos & pluuias *quifecit ventis pondus*, idest dedit eis inclinationem motus, vt scilicet quandoque moueantur ad hanc partem quandoque ad illam.

¶ Deinde loquitur de pluuiis, & primo quidem secundum quod sunt vaporabiliter eleuati in nubibus, vnde subdit, & *aquas*, scilicet vaporales, *appendit*, idest appensas tenet in aere & hoc in mēsurã, ne scilicet superexcederẽt, omnia submergerent, aut si plus debito diminuerẽtur, omnia siccaretur. Secũdo quantum ad ipsam generationẽ pluuiarũ, cũ dicit, *quando ponebat pluuiis legem*, vt. sc. certis temporibus & locis descenderẽt. Tertio quatum ad effectũ præcipue in mari: quod maxime ex immutatione aeris cõmouetur, vnde subdit, & *vitam*, scilicet ponebat, *procellis*. sc. marinis, *sonatibus*. sc. magna cõmotione: quia & huiusmodi procella certis temporibus

12

Eccle. i.

13

14

15

D. THOMAS

bus & secundum certam quantitatem consurgunt. Quia vero ex ipsis creaturis sapientiam non acquirit sicut nos: sed potius ex sua sapientia creaturas produxit, ideo subiungit. *tunc*. Scilicet quando creaturas faciebat, *vidit illam*. Id est sapientiam. *in seipso*. In quantum per actualem suae sapientiae considerationem res in esse produxit: ab ipso autem sapientia deriuata est primo quidem ad angelos, qui facti sunt participes sapientiae diuinae: & quantum ad hoc dicit, *enarrauit sapientiam suam*. eis manifestando. Secundo vero ad vniuersitatem creaturarum eam per suam sapientiam disponendo: & ad hoc pertinet quod subdit, *et preparauit*. Scilicet in sapientia sua orbem terrarum. Tertio quantum ad homines, qui non per simplicem apprehensionem percipiunt sapientiam veritatis, sicut angeli quibus enarratur: sed per inquisitionem rationis ad eam perueniunt. Vnde subdit, *et inuestigauit*. Id est homines eam inuestigare fecit: & hoc est quod subdit, *et dixit homini*. Scilicet per interiorum inspirationem illuminando ipsum & sapientiam communicando, *ecce timor domini*. Quem scilicet praesentialiter tibi dopsse est sapientia. Quia per timorem domini homo Deo inhaeret, in quo est vera sapientia hominis sicut in altissima omni causa. *recedere a malo*. i. a peccato quo homo amittit Deum est intelligentia. Quia scilicet intelligentia praecipue ad hoc homini est necessaria, ut per intelligentiam discernat mala a bonis, quibus euitatis per executionem operam ad sapientiam diuinam participationem perueniat: sic ergo quia timor domini est sapientia & recedere a malo est intelligentia. Consequens est quod iusti qui Deum timent & recedunt a malo, habeant sapientiam & intelligentiam quae praeferruntur omnibus bonis terrenis, quae mali homines possident: & sic manifestum est, quod in hoc seruatur ratio prouidentiae diuinae, quod iustis dentur bona spiritualia tanquam meliora. Malis autem bona temporalia tanquam caduca.

Sapientia consistere in timore Dei & intelligentia in recessu a malo.

CAPITVLVM XXIX.

LECTIO I.

IN LIB. IOB.

**A**ddidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit: *Quis mihi tribuat, ut sim iuxta mentes pristinos: secundum dies quibus Deus custodiebat me*. Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Sicut fui in diebus adolescentiae meae: quando secreta Deus erat in tabernaculo meo. Quando omnipotens mecum: & in circuitu meo pueri mei. Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. Videbant me iuuenes, & abscondabantur, & senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant orisui. Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhaerebat. Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi: eo quod liberafsem pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduae consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento & disdemate iudicio meo, oculus fui caeco, & pes claudus. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferabam praedam. Dicebamque: In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in mesione mea. Gloria mea semper inuouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum. Verbis meis addere nihil audiebant, & super illos stillabat eloquium meum. Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum. Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram. Si voluissem ire ad eos, sedebam primus. Cumque sederem quasi ex circumstante exercitu, eram tamquam merentium consolator.

¶ Quia Iob in praemissis verbis in vniuersali ostenderat rationem, ex qua euidenter apparet non esse contra diuinam iustitiam, quod mali prosperatur: & boni interdum in hoc mundo temporali prosperitate carent: quibus conceduntur maiora, scilicet spiritualia bona, manifestat hoc in seipso quasi in exemplo intendens eorum confutare sententiam.

Etiam quantum ad hoc quod asserant eum pro peccato aduersitates passum. Et primo commemorat prosperitatem præteritam, qua uirtuosè utebatur, & deinde magnitudinè aduersitatis, in qua inciderat: & ad vltimum multipliciter suam innocentiam demonstrat, Datur autem intelligi, quod sicut postquam satisfecerant verbis Baldad, Sophar tacente processerit ad suum propositum ostendendum. Ita etiam manifestato proposito, expectauit si aliquis aliorum loqueretur. Omnibus autem tacentibus, ipse iterato sermonem resumpsit, vnde dicit: *Addidit ergo Iob, assumens parabolam suam. Quasi scilicet metaphorice loquutus erat. & dixit mihi, quis tribuat. Quod ponitur ad desiderium designandum magis quam ad petitionem formandum, ut sim iuxta menses pristinos.* Id est ut in prosperitate viuum sicut olim: Et quia hanc prosperitatem non fortunè neque suis viribus, sed diuino attribuebat auxilio: subdit. *Secundum dies quibus Deus custodiebat me.* Protegendo scilicet contra aduersa, & etiam dirigebat ad bona: In quibusdam quidem producendo ad bonos affectus: etiam super meam intentionem. Et hoc est quod dicit, *quando splendebat lucerna eius.* Scilicet prouidentia ipsius, *super caput meum.* Id est mentem meam dirigens in multa bona: ad que mens mea non attingebat, in quibusdam verò dirigebatur à Deo, quasi ab eo instructus de iis que erant agenda. Vnde subdit, *& ad lumen eius, id est ad instructionem ipsius, ambulabam, id est procedebam, in tenebris, id est in dubiis: & ut non attribueret hoc merito iustitiæ præcedentis, subiungit: sicut fui in diebus adulescentiæ mee.* Quàdo scilicet adhuc non potueram tantam prosperitatem mereri.

¶ Deinde seriatim exponit bona status præteriti: & incipit quasi a principio à familiaritate diuina, quam in oratione & contemplatione percipiebat. vnde dicit: *Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo.* Id est Dei præsentiam sentiebam: dum secreto in tabernaculo meo orabam, & meditabar, quod pertinet ad contemplationem: quantum verò ad actionem subdit: *quoniam erat omnipotens mecum.* Quasi scilicet mihi cooperans ad bene agendum.

¶ Deinde describit prosperitatem suam ex parte proles, cum

subdit: *in circuitu meo pueri mei.* A dolentis enim patris filios pueros esse oportet. Vterius autè procedit ad affluentiam rerum, que pertinent ad vsum vitæ cum subdit, *quando lauabam pedes meos butyro.* Apud antiquos enim diuitiæ præcipuè in pecudibus erant: à quibus propter hoc secundum August. Pecunia nominatur. Inter fructus autem pecudum prætiosior videtur esse butyrum, quod est lactis pinguedo: cuius affluentiam parabolice designat per pedum lotionem, puta si aliquis diceret se tantum sibi abundare aliquem prætiosum liquorem vsque ad pedum lotionem, & sicut butyrum videtur esse prætiosius inter fructus animalium, & ita etiam oleum inter fructus terrarum. Solent autè oliuè optimum oleum habentes in locis lapidosi & arenosi esse. Vnde subdit, *& petra fundebat mihi riuulos olei.* Per quod abundantiam designat & fructus bonitatem.

¶ Deinde exponit magnitudinem pristina gloriæ, cum subdit: *quando procedebam ad portam ciuitatis.* Per quod dat intelligere se habuisse auctoritatem iudicandam: quia apud antiquos iudicia exercebantur in portis. Et vt ostenderet se non fuisse quasi vnum ex pedaneis iudicibus, subdit: *& in platea ponebant cathedram mihi.* Per hoc ostenditur singularis dignitatis fuisse. Ostendit autem consequenter auctoritatem sui iudicij. Primò quidem per signum acceptum ex parte iuuenum, cum dicit: *videbant me iuuenes.* Qui scilicet solent esse ad peccata procliuēs, & abscondentur. Quasi scilicet meum iudicium formidantes. Secundò quantum ad senes cum subdit, *& senes assurgentes stabant.* Quasi scilicet me o iudicio subiecti: habebat enim auctoritatem non solum ad iudicandum iuuenes, sed etiam senes. Tertio quantum ad ciuitatum rectores, qui eius iudicio reuerentiam exhibebant. Primò quidè quantum ad hoc quod verba incoata dimittebat, dū ille loqui volebat, vnde subdit: *principes cessabant loqui.* Secundò quia eo loquente ipsum interrumpere non audebant. vnde subdit, *& digitum superponebant ori suo.* Quarto quantum ad duces bellorum, qui solent audaciores esse & promptiores ad loquendum: qui tamè coram eo presumptuosè & tumultuosè loqui non audebant, vnde subdit. *Vocem suam cohibebant duces.* Scilicet plane & humili-



liter loquendo & quandoque intantum stupebant, quod loqui penitus non audent. Vnde subdit: *lingua eorum gutturi suo adhebat.* Quasi loqui non valerent. Et quia solent tam rigide auctoritatis à populo potius timeri quam amari: ostendit se populo amabilem fuisse, quia ad magnanimum pertinet, vt apud magnos auctoritatē seruet. & tamen in moribus condescendat. Vnde subdit: *auris audiens.* Scilicet ab aliis recitari scilicet, meam gloriam vel mea iudicia non odiebat: nec inuidebat sed beatificabat me. id est beatum me reputabat, & beatitudinē mihi optabat: & hoc pertinet ad absentes: Quam autem ad presentes subdit: *oculus videns.* Scilicet meam gloriam & iudicia. *testimoniam.* scilicet de virtute. *reddebat mihi.* scilicet apud alios: & hoc propter opera misericordie quæ exercebam: & hoc primo ostendit quantum ad pauperes, vnde subdit: *eo quod liberasssem.* scilicet de manu opprimentis. *pauperem vociferantem.* id est conquerentem. Secundò quantū ad pupillos: vnde subdit: *pupillum cui non erat adiutor.* Tertiò quantum ad homines in periculis existentes. vnde subdit: *Benedictio perituri super me veniebat.* Id est ille qui in periculis erat à me adiutus mihi benedicebat. Quartò, quantum ad viduas vnde subdit, *cor vidua consolatus sum.* quæ scilicet solatium viri amiserat. Non est autem sic in iudicio aliquibus, miserèdum quod iustitia relinquatur, vnde subdit: *iustitia indutus sum.* Id est vndique in processibus meis iustitia apparuit. Vestimento enim homo vndique circumdatur: & vt ostendat se non esse coactum, sed voluntariè fecisse iustitiam subdit: *vestiui me.* Quasi propria sponte iustitiam, sicut vestimento. Scilicet vndique protegens & ornans. Sicut autem in congregatione bellorum victoribus datur corona. Ita etiam & iudex cum per iudicium suum iustitiæ victoriam tribuit, coronā meretur: vnde subdit, *diademate iudicio meo.* Ac si dicat indutus sum iudicio meo, sicut diademate: & vt ostendat qualiter simul cum iustitia poterit misericordiam conseruare, subdit: *oculus sui cæco.* Id est instruxi simplices qualiter in negotiis suis procederent, ne per ignorantiam detrimentum pateretur: & quia non solū ignorantibus dabat consiliū, sed etiam impotentibus præbebat

10

11

12

bebat auxilium, subdit: *pes claudo.* Id est illi qui nō poterat procedere in suo negotio auxilium dedi: vt possit procedere. Tuebatur etiam illos qui tutela carebāt. vnde subdit, *Pater eram pauperum.* Scilicet eos protegendo & fauendo. Contingit autem quandoque quod simplices & impotentes & pauperes aliqui per fraudulentiam calumniose læduntur. Sed contra hoc adhibebat diligētē sollicitudinē, vt calumniosos processus malignorum excluderet. Vnde subdit: *causam quam nesciebam diligentissimè inuestigabā.* ne scilicet aliquid fraudis ibi lateret. Quidā verò per violentiam pauperes opprimunt, eos quodammodo per rapinam deglutientes: quorum violentiam Iob per suam potentiam destruebat. Vnde subdit: *Conterebam molas iniqui.* Id est destruebam violentiæ rapacitatem: ne scilicet posset vterius rapere. *de dentibus illius auferēbam prædam.* quia scilicet eos restituere cogebam, totum id quod iam acceperant per rapinam. Ex præmissis autē bonis operibus confidebat. quod eius prosperitas perduraret. Cuius continuationem primo describit, quantum ad propriam personam. Vnde subdit: *Dicēbamque nidulo meo moriar.* id est sperabam propter præcedentia merita, quod in quiete domus meæ moriturus essem, non exul à domo: non etiam domo mea perturbata. Nec tamen credebat se tempestiua morte præoccupari. Vnde subdit, *sicut palma,* quæ scilicet diutissime viuit: *multiplicabo dies.* scilicet per vitæ longitudinem. Secundò describit continuitatem prosperitatis, quantum ad diuitias: quarum augmentum describit subdens: *Radix mea aperta est secus aquas.* Arbores enim quæ secus aquas radices habent, solent abundare in fructibus. Vnde per hoc designat temporalium fructuum multiplicationem. Contingit autem quandoque quod fructus alicuius hominis multiplicantur, sed propter aliqua impedimenta subdit: *ros morabitur in mesione mea.* Contingit enim in terris calidis, quod propter vehementiam æstus messorēs in agro consistere non possunt ad metendum: sed nubes roris eis refrigerium præstat: vt à metendo non impediatur: secundum illud. Sicut nubes roris in diebus messis. Tertiò describitur processus continuitatem: quantum ad gloriam, cū sub-

13

14

15

16

Esa. 18.

17

T





## D. THOMAS

dit: *Cloria mea semper innouabitur.* Scilicet per bona opera quae multiplicare proponebat. Quarto quantum ad continuationem potentiae subdit: *& arcus meus in manu mea insaurabitur.* Per arcum enim potentia designatur. Talibus enim armis maxime orientales vtuntur ad bella: Sic igitur in premisis describit & seueritate & misericordiam, quam  
18 exhibebat in iudicando. Nunc autem tertio ostendit quomodo etiam sapientia vtatur. Et primo quidem in iudiciis, & quantum ad hoc dicit: *qui me audiebant.* scilicet meo iudicio subiecti *expectabant sententiam meam.* Scilicet credentes etiam se aliquid sapientissimum audire, quantum vero ad consilia subdit: *& intenti tacebant ad consilium meum.* Scilicet expectantes ipsum & auide audientes. Et postquam consilium dederam, erant eo contenti, vnde subdit: *Verbis meis adere nil audiebant.* Propter scilicet magnam sapientiam quam in me existimabant & non solum firmum tenebant meum consilium, sed etiam in eo consolabantur, percipientes illud esse efficac ad suum propositum consequendum, vnde subdit: *Super illos stillabat eloquium meum.* i. ad modum stillarum eos refrigerabat. Quia igitur iam dixerat qualis erat in consiliis & in iudiciis: consequenter ostendit qualis erat in comuni hominum conuersatione. Et primo ostendit quod erat gratiofus, cum erat absens eius praesentia, desiderabatur, vnde dicit: *Expectabant me sicut pluiam.* Per quam scilicet homines refrigerantur. Quando autem erat praesens ex eius aspectu & sermonibus consolabantur, vnde subdit: *os suum.* Id est, suum animum aperiebant, scilicet versus me vt consolationem reciperent: & hoc est quod subdit, *quasi ad imbrem serotinum.* Qui, vt refrigerium praestat post aestum diei, Secundum ostendit quod erat in conuersatione moderatus, neque enim dissoluebatur gaudio, vnde dicit: *Si quando ridebam ad eos.* Scilicet aliquam magnam laetitiam ostendens, non credebant. Scilicet me esse risibus deditum. Similiter etiam non erat per tristitiam depressus, vnde subdit: *Et lux vultus mei non cadebat in terra.* Solent enim homines in errore depressi, oculos ad terram demersos habere. Tertio ostendit quod erat moderatus circa honores: quia scilicet, neque eos cupiebat, vnde subdit, *Si voluissem ire ad eos, quod tamen non de facili fa-*

## IN LIB. IOB.

138

ciebat, sedebam primus, Scilicet apud eos in honore existens. Neque tamen erat in honoribus fastuosus, vnde subdit: *Cumque sederem quasi ex circumstante exercitu.* Omnibus scilicet me hinc inde admirantibus, eram tamen morienti sum consolator. Quasi non despiciens eos.

## CAPITVLVM XXX.

## LECTIO I.

**N**unc autem derident me iuniores tempore quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipsa putabatur indigni. Aegestate & fame steriles, qui rodebant in solitudine, squallentes calamitate & miseria. Et mandebant herbas & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum. Qui de conuallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant. In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terrae, vel super glaream. Qui inter huiusmodi latabantur, & esse sub sentibus delicias computabant. Filii stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes. Nunc autem in eorum cantum versus sum, & factus sum eis in prouerbium. Abominantur me, & longe fugiunt a me, & faciem meam conspuere non verentur. Pharetram enim suam aperuit & afflixit me, & frenum posuit in os meum. Ad dexteram orientis calamitatis mee illico surrexerunt. Pedes meos subuerterunt, oppresserunt quasi stultibus semitis suis. Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & praeualuerunt: & non fuit qui ferret auxilium. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miseras deuoluti sunt. Redactus sum in nihilum. Abstulit quasi ventus desiderium meum, & velut nubes pertransiit salus mea. Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis. Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt, non dormiunt. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capitis tunica succinxerunt me. Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauilla & cineri. Clamo ad te, & non exaudis me, & non respicis me. Mutatus es mihi in crudelē, & in duritia manus tuae aduersaris mihi. Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me valide. Scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omnium iuentium.



25 Veruntamen nō ad consumptionem eorum emittis manum tuā,  
 26 & si corruerint, ipse saluabis. Flebam quondam super eo qui af-  
 27 flictus erat, & compatiēbatur anima mea pauperi. Expectabā  
 bona, & uenerunt mihi mala. praesolabar lucem, & erumperūt  
 28 tenebra. Interiora mea efferbuerunt absque ulla requie: praue-  
 29 nerunt me dies afflictionis. Marens incedebam, sine furore, con-  
 30 surgens in turba clamabam. Frater sui draconum, & socius  
 31 strutionum. Cutis mea denigrata est super me: & ossa mea arue-  
 32 runt praecauate. Versa est in luctum cithara mea, & organum  
 meum in uocem sientium.

1 ¶ Postquā enumerauerat multa ad prosperitatē pertinētia,  
 quae in tempore praecedenti habuerat. Hic enumerat aduer-  
 sitates, quas nunc patiebatur. Et primo quidem contra glori-  
 am & reuerentiam pristinam, ostendit se in presenti contem-  
 ptui haberi. Tanto autem aliquis grauatur super alicuius  
 contemptum, quanto fuerit persona contemnentis abie-  
 ctiōis. Vnde & ostendit eos, a quibus contemnebatur, esse  
 abiectos multipliciter. Primo quidē ex tempore, vnde di-  
 cit: *Nunc autem iuniores derident me tempore.* Cōtra id quod  
 supra dixerat. Videbant me iuuenes, & abscondebantur: &  
 senes assurgentes stabant. Secundō ex ignobilitate, cū sub-  
 dit: *quorum nō dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.*  
 Non reputabam eos dignos, ut eos assumerem ad ministe-  
 ria domus meae, quātumcunque infima puta ad custodiam  
 canum: quod per oppositum respondet ei, quod supra di-  
 2 xerat. principes cessabant loqui. Tertiō quātū ad modici-  
 tatem potentiae, vnde subdit: *quorum.* scilicet deridentium  
 vel etiam patrum ipsorum *Quorum virtus manūū mihi erat  
 pro nihilo.* i. omnem eorum potentiam, quasi nihilū parui-  
 pendebā, & hoc per oppositū respondet ei quod supra di-  
 xerat uocem suam cohibebant duces. Quartō quantum ad  
 inhonestatem, vnde subdit: *& uita ipsa putabantur indigni.*  
 scilicet propter multitudinē grauiū peccatorū: & hoc per  
 oppositū respondet ei quod supra dixerat: *Auris audiens*  
 3 *beatificat me.* &c. Quintō quātū ad paupertatē: vnde sub-  
 dit, *Egestate.* s. quātū ad rerū defectū. & *fame.* quātū ad  
 afflictionē inde consequentē *steriles.* i. fructificare non va-  
 lentes: contra id quod supra de se dixerat, *petra fundebat*

mihī riuos olei. Sexto quātū ad grauē uitā quam duce-  
 bant: vnde subdit, *qui rodebant in solitudine.* i. gressis cibis  
 utebatur, quos in desertis querebāt. Puta glādis aut aliis  
 huiusmodi: eo quod fructus agrorū non habebāt praegestate.  
 & huiusmodi victus effectus ostēdit, subdēs: *Squaleces.*  
 id est, deturpati calamitate, quātū ad afflictionem proprii  
 corporis. & *miseria.* quātū ad diuersitates exteriores. Ex-  
 4 ponit autem consequenter quid rodebant: cum subdit, &  
*mandebant herbas.* scilicet agrestes & crudas. & *arborū cor-  
 tices,* & *radix iuniperorum* erat cibus eorum. In quibus gressi-  
 fitiem & utilitatem cibi ipsorū demonstrat. Ostendit autem  
 5 consequenter, quod nec in huiusmodi tam vilibus cibis  
 abundabant: ostēdens quod huiusmodi cibos acquirebant  
 etiam laboriosē, quod signat cum dicit: *qui de conuallibus  
 ista rapientes.* Id est cum magna difficultate accipiētes pro-  
 pter ascensum & descensum, & in parua quantitate, quod  
 signat cum dicit: *cum singula reperissent.* & cum quadam cō-  
 tentione, quod signat cum dicit: *ad ea cum clamore curre-  
 bant.* Ut scilicet vnus aliū praeniret & omnia ista per op-  
 6 positum respondent ei, quod supra dixerat: *Lauabā pedes  
 meos buryro.* Septimo ostēdit eorū abiectiōnem ex parte  
 9 habitationis quia scilicet domos non habebant ad manen-  
 dum, quod signat subdēs: *In desertis habitabant torretium.*  
 Id est in alueis torrentium desiccatis: in quibus se protege-  
 bant a calore. & *in cauernis terra.* scilicet propter umbram,  
 vel super glaream, scilicet propter refrigerium aquae vicin-  
 7 vel propter molitiem arenae. Et hoc etiam eis iucundum  
 videbatur, quando talia loca inuenire poterant ad manen-  
 dum, vnde subdit: *Qui inter huiusmodi delectabantur.*  
 Quasi etiam talium locorum copiam non habentes: & si  
 aliquando contingeret, quod cōmodiora loca inuenirent:  
 hoc quasi delitiosum reputabant. vnde subdit: *& esse sub-  
 8 sentibus.* Id est sub umbra paruorum arborum, *delicias com-  
 putabant.* Quia scilicet talis locus erat commodior ad man-  
 endum quam praemissa. Hoc autem videtur respondere  
 per oppositum ad id quod supra dixerat: *In nidulo meo  
 moriar.* Enumeratis autem per singula miseriis, eorum, &  
 quasi epilogando colligit quod dictum est subdēs: *Filiū*



stultorum, scilicet mente. & ignobilium, genere. & in terra  
panis nō parentes. id est nulla dignitate vel gloria conspi  
cui. Consequēter exponit ab eis patiebatur. Et primo quid  
dem ostendit quod ab eis irridebatur ore, & in ludis, quod  
significat cum dicit: *Nunc in eorum cantum versus sum*, quia  
scilicet de eo faciebant irrisorias cantilenas, & quantum ad  
hoc subdit, & factus sum eis in proverbium. Quia scilicet in  
communi quasi prouerbijs vrebantur infortunijs Iob in  
10 ducētes eum in exemplum culpæ & miseræ. Secundo  
ostendit quomodo contemnebant eum in corde suo. vnde  
subdit, *Abominabatur me*, scilicet quasi vilem & immun  
dum. Tertio ostendit quomodo contemnebant eum facto.  
Primo quidem in quantum eius præsentiam horrebant, vnde  
subdit, *longe fugiunt à me*. Contra id quod supra dixe  
rat: Expectabāt me sicut pluuiā. Secundo verò inquantū ei  
iniurias irrogabant, & faciē meā conspuere non verentur. In  
signum contumeliæ & despectus. & ne putaretur propter  
aliquam culpā cōmissam in se despectum venisse. Ostendit  
11 causam prædicti contemptus ex parte diuinæ percussiois:  
ostendens primo quidē se diuinitus afflictū, cū dicit: *Pha  
retrā enim suā aperuit, & afflixit me*. De pharetra sagittæ ex  
trahuntur, quibus aliqui vtitur ad percutiendū. Per sagit  
tas autē intelliguntur diuina flagella: secundū quod supra  
dixerat. Sagittæ domini in me sunt: quarū indignatio ebi  
bit spiritū meū. Pharetra ergo Dei est diuina dispositio, ex  
qua hominibus aduersitates proueniūt: quæ aperta esse dū  
propter abūdantiā aduersitatū: ex quibus nō solū exterior,  
sed etiam interior se afflictū dicit. Secundo asserit se im  
peditū à Deo, ne saltē verbo suas iniurias repellere possit.  
vnde subdit, *frēnū posuit in os meū*. Quia scilicet per fla  
gella diuina sibi auferebatur audacia respōdendi: & ne alij  
ex ipsis flagellis argumeta sumerent cōtra eū. Ostendit autē  
12 consequēter huiusmodi aduersitates esse sibi à Deo immis  
sas, ex eo quod præter consuetum modū humanarū aduer  
sitatū aduenerint. Quod quidē primo ostenditur ex loco.  
vnde aduersitates adueniunt, solent enim & præcipuē in  
terris illis impugnationes insurgere à patre septentriona  
li, in qua habitant barbaræ nationes, & homines magis

Cap. 6.

Hierem. 1.

feroces & bellicosi, secundum illud, Ab aquilone pande  
tur omne malum, sed impugnatores beati Iob prouenerūt  
ex parte meridiei, vbi solent homines minus bellicosi &  
feroces habitare. Dicitur enim supra, quod eius aduer  
sitas incepit à Sabeis qui tulerunt boues & asinas, & pue  
ros occiderunt, vnde dicit, *Ad dexteram orientis*. Id est, ex  
parte meridiei, quæ est dextrum respectu orientis, si quis  
enim se ad orientem conuertat, merides erit ei ad dextrum.  
Calamitates meæ illico surrexerunt. Id est, statim à principio  
Sabeis irruentibus. Secundo ostendit suas aduersitates esse  
13 præter communem modum, quantum ad multiplicatam  
impugnationis, impugnatus enim fuit etiam quantum ad  
amissionem bonorum, ex quibus homo habet facultatem  
operandi, quæ per pedes significatur, vnde subdit, *Pedes  
meos subuerterunt*. Id est, omnes facultates meas destruxe  
runt, & hoc fecerunt faciliter, & taliter, vnde subdit, *Et  
oppresserunt*. Scilicet pedes meos, *Semitis suis*. Quasi in suo  
trāsitu sine aliqua difficultate, & exemplum addit cum di  
cit, *quasi fluctibus*. Fluctus enim maris subito cooperiunt  
14 terram siue nauem, & totaliter eam absorbent. Subuersis  
autem pedibus & facultatibus per consequens sequitur quod  
eius processus fuerint impediti, vnde sequitur, *Dissipauerunt  
itinerā meā*. Id est, omnes processus operum meorū. Vterius  
etiā me in persona persequuti sunt & dolose, quod significat,  
cum subdit, *Insidiati sunt mihi & præualuerunt*. In hoc quod  
addit & præualuerūt, id est, sine conditione, quia non fuit  
qui eos impediret in hoc facto, vnde subdit, *Et nō fuit qui  
ferret auxilium*. Scilicet mihi dum ab eis opprimerer, nec  
15 etiam qui eos impediret, ne ad me accederet, vnde subdit,  
*Quasi raptō muro & aperta uanua irruerunt super me*. Id est,  
ac si nullum obstaculum fuisset, neque ex ipsa substantia  
negotij, quod significatur per murum: neque ex sollicitu  
dine humana, quod significatur per ianuam, ad me autem  
tam liberē intrantes non sunt miseri, vnde subdit, *Et ad  
meas miserias deuoluti sunt*. Id est, totaliter ad hoc intende  
runt vt me miserum redderent. Tertio ostendit huiusmodi  
16 aduersitates esse à Deo immisas, ex effectu earum, quia sci  
licet per eas totaliter erat destitutus, vnde subdit, *Redactus*

T iij



- sum in nihilum. Quasi dicat, quòd nihil ei de pristina prosperitate remanserat, quæ quidè in duobus consistebat, vno quidem modo in exterioribus rebus quæ per violentiam amiserant, vnde subdit, *Abstulit quasi ventus*. Scilicet per violentiam. *Desideriū meum*. Id est, omne desiderabile, quod in rebus exterioribus habebam. Alio modo cōsistebat eius prosperitas in salute propriæ personæ, & quantum ad hoc subdit, *Et velut nubes*. Id est, subito & totaliter. *Pertransiit salus mea*. Scilicet meæ personæ, ablatis autem desiderabilibus bonis eius anima in tristitia remanebat, vnde subdit, *Nunc autem in memetipso marcescit*. Scilicet per tristitiam. *Anima mea*. Non enim poterat non tritari filiis & rebus amissis, recedente autè salute corporali, consequens erat vt etiam corporalem dolorem sentiret, qui in die dabat ei requiem, vnde subdit, *Et possident me dies afflictionis*. Id est, corporalis doloris, quo etiam in nocte aggravabatur, vnde subdit, *Noctè os meum perforatur doloribus*. Quasi dicat, ita in nocte increscunt dolores mei quòd videtur mihi, quòd perueniant vsque ad osium perforationem, causam autem doloris ex vulneribus putrefactis fuisse, ostendit, vnde subdit: *Et qui me comedunt*. Scilicet vermes ex putredine vulnerum generati, *Non dormiunt*. Quia scilicet nullā requiē ei dabant. Et vt eorum multitudinem ostendat, subdit, *In multitudine eorum consumitur vestimentum meum*. Quasi dicat tanta est vermium multitudo, quòd nō solum carnem comedunt, sed etiā vestimenta corrodunt, & vt ostendat eos, non in vna tantum parte corporis esse, sed quasi per totum corpus vsque ad caput diffandi, subdit, *Et quasi capitio tunice succinxerūt me*. Quasi dicat, præ multitudine nō continentur sub velamine ligaturæ vestimentī, sed prorumpunt in apertū, & circumdant collum! Ex huiusmodi autè pœna ostendit se abominabilem hominibus factum, vnde subdit, *Comparatus sum luto*. Vt scilicet mihi præ multitudine putredinis & vermium, nullus appropinquare velit, sic nec luto. *Et assimilatus sum faulle & cineri*. Id est, deiectus & contemptus habitus. Solent autè qui ab hominibus despicuntur, auxilium habere à Deo, sed ipse à Deo relinquebatur in temporali aduersitate, vnde subdit, *Clamabo ad te*,

Scilicet continue petens liberari ab hac aduersitate. *& non exaudies me*. Scilicet tam cito. *Sto*. Id est, perseuero in orando, *& non respicis me*. Scilicet ab aduersitate liberando, & ita si considerarem tantum temporalem statum, reputarem te crudelem & durum hostem, vnde subdit, *Mutatus es mihi in crudelem*. Secundum scilicet quòd videtur ex exterioribus flagellis, dum nec mihi depræcanti parcis. *& in duritia manus tuæ aduersaris mihi*. Scilicet generaliter me affligendo, & secundum quod ex exterioribus apparet, videtur quòd in malum meum mihi pristinam prosperitatem concesseris, vnde subdit, *eleuasti me*. Scilicet in tēpore prosperitatis, *& quasi super ventum ponens*. Id est, in altissimo statu instabili tantum ad modum venti. *Elifisti me valde*. Id est grauitè me læsisti, quasi de alto in terram proiciēs, & ne videretur hoc ex desperatione dixisse, subdit, *Scio quod morti tradus me*. Quasi dicat, non patior hoc quasi inexcogitata, sed scio quòd adhuc ad vltiorem defectum deducar, scilicet vsque ad mortem, hoc autem dicit se scire propter conditionem mortalis vitæ, vnde subdit, *Vbi constituta est domus omni viuenti*. Quia videlicet ad mortē omnes homines tendunt, sicut homo ad suam domum, nec tamen homo per mortem totaliter cōsumitur, quia remanet anima immortalis, vnde subdit: *Vt erūt ames non ad consumptionem eorum*. Scilicet hominum viuentium. *Emittis manum tuam*. Vt scilicet per tuam potentiam eos in nihilum redigas, *& si corruerint*. Scilicet per mortem. *Ipsè saluabis*. Animas scilicet beatificando, & hoc de tua benignitate spero quantuncunque in temporalibus aduersis mihi crudelis & durus videaris.

¶ Iis igitur præmissis de pristina prosperitate & subsequuta aduersitate, quasi sub quodam pencendio præmissa recolligit dicens, *Fiebam quondam*. Scilicet prosperitatis tempore. *Super eo qui afflictus erat*. Secundum illud Apostoli, Flere cum flentibus, & compatiēbar defectum patientibus, quod ostendit subdens, *Et compatiēbatur anima mea pauperi*. Scilicet non solum in affectu, sed etiam in effectu, vt supra dixi, & pro iis misericordiæ operibus, *expectabam bona*. Scilicet prospera huius mundi, secundum opinionem



amicorum suorum. & *venerunt mihi mala.* Id est, aduersa, per quod patet eorum sententiam esse falsam. *Præsolabar lucem.* Id est, consolationem vel consilium quo à malis eriperer, & *eruperunt tenebræ.* Id est, amaritudinum & dubitationum. Exponit autem consequenter mala superuenientia, & incipit ab inferioribus malis, cum dicit. *Interiora mea effruebant absque ulla requie.* Quod potest referri ad infirmitatem interiorum viscerum procedentem ex inordinati caloris, & vt huiusmodi inquietudinem nimis tempestiuam ostenderet subdit. *Præuenerunt me dies afflictionis.* Omnes enim homines senectutis tempore affliguntur, propter inualitudinē, sed ipse in iuuentute fuit præuentus afflictionibus.

29 ¶ Deinde quantum ad exteriora subdit. *Mœrens incedebam,* id est, cum inter homines ambulabam propter miseriam & tristitiam præcedebam, sed licet tristitia sit causa ire, hoc tamen in me non fuit, vnde subdit, *Sine furore surgens in turba clamaui.* Exponens scilicet meas misérias, quæ scilicet partim erant ex defectu amicorum. De quibus subdit. *Frater sui draconum.* Id est, illi qui me debebant vt fratrem diligere, mordebant me, vt dracones. & *socius strutionum.* Qui scilicet solent obliuisci proprij foetus, ita & ipsi obliui sunt mei, vt mihi non subuenirent. Partim autem eius erat aduersitas ex infirmitate corporali, vnde primo quantum ad exteriora dicit: *Cutis mea denigrata est super me.* Scilicet propter interiorem corruptionem & humorum & vermium.

32 ¶ Deinde quantum ad interiora subdit, *Et ossa mea aruerunt præ caumate.* Id est, tanta est vis inordinati caloris in me, quod quasi medullæ ossium aruerunt. Partim autem consistebat eius aduersitas in exterioribus tristitiæ signis, vnde subdit, quia iniquæ commutata erant signa gaudij, quæ quidem sunt, vel musica instructa, & quantum ad hoc dicit, *Versa est in luctum cythara mea.* Quasi dicat, succedit mihi luctus cytharæ, qua ad iucunditatem utebar, vel sunt humanæ vocis cantica, vnde subdit, *Et organum meum.* Quo scilicet utebar ad gaudium. In vocem flentium. Scilicet versum est.



*Epigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Quam enim partem haberet in me Deus desuper, & hereditatem omnipotens de excelsis? Nunquid non perditio est iniqua, & alienatio operantibus iniustitiam? Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos diuumerat? Si ambulauit in vanitate, & festinauit in dolo pes meus, appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam. Si declinauit gressus meus de via, & si secutus est oculus meus cor meum, & si in manibus meis adhaesit macula, seram & alius comedat, & progenies mea eradicetur. Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum, sortem alterius sit uxor mea, & super illam incuruentur alij. Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima, ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Si contempsit subire iudicium cum seruo meo & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me. Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum Deus, & cum quaesierit, quid respondebo illi. Nunquid non in vitro fecit me, qui & illum operatus est, & formauit me in vulua vni. Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos vidua expectare feci. Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de utero matris meae egressa est mecum. Si despexi prateruentem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & dapperibus ouium mearum calefactus est. Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiorem, humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur. Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.

¶ Postquam Iob narrauerat pristinam prosperitatem & subsequenter aduersitatem, hic consequenter innocentiã suam ostendit, ne credatur propter peccata in aduersitates incidisse. Incipit autem innocentiã suam ostendere per



immunitatē à peccato luxuriæ, quòd proles inuoluit, quòd quidem peccatum in lubrico positū est, & nisi aliquis principia vitet, vix à posterioribus possit pedem retrahere. Primum autem in hoc peccato est aspectus oculorum, quo mulier pulchra aspicitur, & præcipue virgo. Secundum autem est cogitatio, tertium delectatio, quartum consensus, quintum opus. Voluit igitur Iob principia huius peccati excludere: vt eo nō inuolueretur, vnde dicit. *Pepigi fœdus* idest in corde meo firmaui, sicut pacta firmantur, *cum oculus meus*, ex quorum scilicet aspectu peruenitur in concupiscentiam mulierum: & ita ab inspiciendis mulieribus abstinere, *vt ne cogitarem de virgine*, idest vt nec primum gradum interiorem attingerem scilicet cogitationē, videbat enim esse difficile si in primum incideret, scilicet in cogitationem quin in alia laboretur scilicet in delectationem & consensum.

- 2 ¶ Deinde ostendit quare tam sollicitus hoc peccatum vitauerit. Et primo quidē rationem assignat ex hoc, quòd per peccatum luxuriæ homo maxime videtur à Deo discedere accedit autem homo ad Deū per spirituales actus, qui maxime impediuntur per delectationem veneream, vnde subdit, *quam enim partem haberet Deus desuper in me*, quasi dicat intantum in me Deus partem habet: in quantum ad superiora mea mens rapitur si vero per luxuriam mens mea ad carnalem delectationem eiiciatur, nullam partem in me ad carnalem delectationem eiiciatur, quandoque quòd etiam luxuriosi ad horam aliquid de Deo spiritualiter cogitant, sed mox per delectationis concupiscentiam ad ima vocantur, vnde pars Dei in eis firma esse non potest hereditas, vnde subdit, *hereditatem*, idest firmam possessionem, *in me*, scilicet ad inferiora prolapsa, *habere non poterit omnipotens de excelsis*, idest qui in excelsis habitat, vnde oportet quòd hæreditas eius sit in iis qui sublimitia petūt scilicet spiritualia, non autem in iis qui ad carnalia descendunt. Secundo ostendit causam, quare luxuriæ peccatum vitauerit, ex damno quod homini infert, quod est duplex. Vnum quidem corporale, dum scilicet homo propter peccatum luxuriæ, incurrit periculum persone & rerum, vnde subdit, *nunquid non perditio est iniquo*, quasi dicat iniquus

qui hoc peccato inuoluitur in perditionem vadit. Aliud vero damnum est impedimentū à bonis operibus, vnde subdit, *alienatio operantibus iniquitatem*, quia enim vehemens delectatio magis animum ad se trahit, inde est quòd homines luxuriæ dediti à bonis operibus discedunt, & etiam à bonis prædicationibus. Tertio assignat causam, quam considerat ex parte diuinæ providentiæ quæ omnia facta hominum prospicit: & sic nullus potest à pœna esse immunis, vnde subdit, *nōne ipse considerat vias meas*, idest processum meorum operum ad remunerandum, nec solum totalem processum ipse cognoscit, sed & singulas partes illius processum, vnde subdit, *cunctos gressus meos dinumerat*, idest omnia etiam modica quæ in actibus meis reprehensibilia videntur suo iudicio examinat purgat se à vitio dolositatis, vtens in hoc & in omnibus subsequentiis quodam iuramento, quod fit per execrationem dum scilicet homo, si non est verum quod dicitur obligat se ad pœnam, vnde dicit, *si ambulaui*, idest si processi, *in vanitate*, idest in aliqua falsitate, dicuntur enim vana illa quæ soliditatem non habent, soliditas autem maxima est per veritatem, quomodo autem ambuletur in vanitate, ostendit subdens, *festinaui in dolo pes meus*, idest affectus meus: & quæcunque altera virtus animæ est motionis principium signanter dicit festinauit in dolo, quia tunc homo festinare dicitur, quando per aliquas vias dolosas intendit velociter obtinere quod per viam veritatis cum magna difficultate obtineretur, quòd autem aliquis absque dolo ambulat, considerari potest ex inspectione rectitudinis iustitiæ, à qua dolosus declinat, vnde subdit, *appendat me in statera iusta*, scilicet Deus, vt ex eius iustitia discernatur: ego in dolo processerim. Cum autem dolus præcipue in intentione cordis consistat, ille solus potest de dolo iudicare, cui patet cordis intentio scilicet Deus vnde subdit, *sciat Deus simplicitatem meam*, quæ scilicet duplicitati dolositatis opponitur. Dicit autem, *sciat Deus*, non quasi de nouo cognosciturus: sed quasi alios de nouo scire facturus: sed quia in ratione suæ iustitiæ hoc ab æterno cognouit. Et quia viriliter à se dolum excluferat, descendit ad quædam specialia peccata, quibus aliquis do-



Iose rebus alienis insidiatur, quod quidē contingit in furto & in adulterio, in furto enim aliquis dolose insidiatur rebus possessis à proximo, & hoc excludit à se dicens, *si declinauit gressus meus de via. s. iustitiæ contemnendo ipsam ex quo sequitur quòd homo res proximi insidioso oculo videat ad rapiendum: vnde subdit, si sequutus est oculus meus cor meum, idest desiderium meum, quasi dicat si ad hoc habendum oculus meus intendit, quòd cor desiderauit. Tercio autem contingit quòd homo contempta iustitia & intentione directa ad acquirèdum quod cor concupiscit adhibet homo manum ad rapiendum aliena, vnde sequitur, & manibus meis adhesit macula, scilicet per ablationem rei alienæ. Iustum est autem, vt si quis bona aliena rapit, & bona eius ab aliis diripiantur, vnde subdit, *seram & alius comedat*, quasi dicat si bona aliena rapui, bona mea ab aliis rapiantur: quod est execrationis iuramentum. Solent autem homines aliena rapere, vt filiis suis diuitias congregent secundum illud. Leo cepit sufficienter catulis suis, & ideo iustum est vt homini qui aliena rapit, non solum sua diripiatur, sed etiam filij moriantur, vnde subdit, & progenies mea eradicetur, cui scilicet videretur rapina fuisse conseruata. In adulterio verò homo vxori propriæ dolose insidiatur, in quibus insidijs quædam cordis deceptio præcedit dum scilicet ratio per concupiscentiam obtenebratur, vnde subdit, *si deceptum est cor meum super mulierem, scilicet alienam concupiscendam ex quo autem cor à concupiscentia mulieris vincitur, consequens est vt mulierem concupitam quibuscunque dolis habere conetur, vnde subdit, & si ad ostium vicini mei insidiatus sum, vt scilicet eius vxore abuterer, iustè autem puniri videtur qui alienam vxorem adulterio poluit, quòd etiam eius vxor ab aliis poluatur vnde subdit, scortum alterius sit vxor mea, vt scilicet aliis se venalem exhibeat, ex quo sequitur quòd alij ea abutantur, vnde subdit, & super illam incurrentur alij, scilicet adulterium committendo. Quare autè hoc peccatum vitauerit ostendit subdens, hoc enim nefas est, quia scilicet est contra statutum Dei, qui virum & mulierem in matrimonio coniunxit, & si consideretur humana iustitia, est iniqui-**

Naum. 2.

7

est maxima, quia scilicet quanto est maius bonū quòd surripitur tanto est iniustitia maior: siquis enim furaretur bonuem maior est iniquitas quā si furaretur ouem, vnde & maior poena ponitur vt habentur. Ille autem qui adulterium committit, maxime quid ei subtrahit scilicet vxorem, quæ est vna caro cum ipsa, & prolem certam, & per consequens totam patrimonij successiōnem, quæ propter adulterium quandoque ad extraneum peruenit, vnde subdit, *ignis est, scilicet adulterium, vsque ad consumptionem deuorans*, quia scilicet defraudat hominem in toto patrimonio, vt dictum, & omnia eradicant genimina, dum scilicet filiorum successiōnem facit, incertam vnde dicitur. Mulier omnis relinquens virum suum peccabit, statuens hereditatem ex alieno matrimonio. Sic ergo postquam expurgauit se de iniustitia, quantum ad hoc quòd aliis iniuriam non fecit, nec in rebus surripendis, nec in persona coniuncta abutenda, excusat se consequenter: quòd iniustitiā non incurrit per iustitiæ defectum, vnde subdit, *si contempsit iudicium subire cum seruo meo: & ancilla mea cum disceptarent aduersum me, quasi dicat si minoribus meis iustitiam reddere contempsit, hæc & illa grauiam mihi accidant. Quare autem cum seruis suis iudicium subire non contempserit, ostendit subdens, cum surrexerit ad iudicandum Deus, idest cum apparuerit iudicaturus ipse, cuius iudicium modo despicitur non haberem ad cuius consiliū vel auxiliū resurgerem, nec etiam possem Deo rationabiliter in iudicio respondere, vnde subdit, & cum quaesierit, idest cum facta mea examinauerit, quid respondebo illi, idest quam rationem reddere potero: quare cum seruis meis iudicium subire noluerim, quasi dicat nullum. Et hoc ostendit consequenter ex hoc quòd naturaliter est eadem conditio omnium hominum, vnde subdit, nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, quasi dicat eandem animā cum seruis meis habeo à Deo creatam, corpus etiam meum eadem diuina virtute formatum est, vnde subdit, & formauit me in vultu vniuersi scilicet Deus, qui & illum formauit, & ideo manifestum est quòd cura est Deo qualiter illum tractem.*

¶ Postquam igitur ostendit se nō fuisse luxuriosum neque

Exod. 22

Eccl. 23

9

10

11

12



iniustū, cōsequenter ostendit se non fuisse immisericordē, quod quidem primo ostendit ex hoc quòd beneficia miseris non suberaxit, solent autem quidam pauperi eleemosynam petenti, statim à principio negare quod petitur, quod à se excludit dicens, *si negavi pauperibus quod volebāt*, quidā vero non negant, sed tantum dare differūt quod à se excludit dicens *oculos viduæ expectare feci*. Alij vero non negant, nec dare differunt quę petuntur: sed nihil ex proprio victu darent: sed hoc à se excludit ostendens, quòd nec modo dicit solus voluit uti, quin aliis cōmunicaret, vnde subdit, *si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea*, & sub intelligitur, hæc vel illa grauiā mihi accidant, est autem considerandum quòd valde signanter loquitur. Pauperes enim non solum petere, sed etiam instare solent vnde beneficium misericordiæ non subtrahitur eis nisi per omnimodam negationem, viduæ autem petūt quidē sed instare verentur, & ideo nisi cito eis subueniatur, misericordiæ beneficio priuatur, pupilli autem nec petere audent, vnde oportet quòd etiā eis non petentibus misericordia impendatur. **13** Quare autē tam misericors fuerit, ostendit ex duobus. Primo quidem ex antiqua consuetudine, quam à pueritia incohauit, vnde subdit, *quia ab infantia mea creuit mecum miseratione*. Quanto enim magis crescebat in annis, tanto magis in misericordię operibus exercebatur. Secundo quia naturalem inclinationem habebat ad misericordiam: sicut diuersi homines ad diuersas virtutes quasdam naturales inclinationes habere solēt, vnde subdit, *de utero matris meæ egressa est mecum*, quia scilicet ex primis generantibus sic dispositus fuit, vt esset ad miserendum promptus. **14** Solet autem esse duplex misericordiæ impedimentū: quorum primus est contemptus miseri, quem non reputat miseratione dignū. Confueuerunt autem despici qui vilibus induuntur, & honorari qui vtuntur vestibus præciosis, vnde dicitur. Quod amictus corporis enunciat de homine: sed hoc misericordiæ impedimentum à se excludit subdēs: *si despexi pratercurantem, id est quęcunque extraneū per viam transeuntem: & pauperem eo quod non haberet indumentum, scilicet notum, eo quod esset absque indumento*, subaudi hæc **15** vel

Eccl. 19

vel alia mihi accidant. Nec solū nō despectū vestis carētibus sed etiā de vestimētis prouidi, vnde subdit, *si nō benedixerunt mihi latera eius, quæ, si discooperta operui, & sic fuerunt occasio quòd mihi benedixerūt & rationem huius exponit subdēs. & de velleribus ouium mearum calefactus est, scilicet per vestimenta sibi exhibita, & est sub audiendum idem quod est supra. Aliud autem impedimentum misericordiæ est fiducia propria: potestatis: ex qua homini videtur quod impune possit alios grauare, & maxime inferiores personas: & hoc à se excludit dicens: *Si leuavi super pupillum manum meam, vt scilicet eum opprimerem, & cum viderem me in porta id est in loco iudicij, superiorem, id est magis potentem. Iustum est autem, vt homo membris priuetur, quibus ad iniustitiam vtitur. Et ideo subiungit: amissionem quasi pœnam non solum manus, sed etiam brachij in quo radicatur manus, & humeri, cui brachium colligatur, vnde subdit, *Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus conteratur*. Si scilicet manu mea sum abusus ad pauperum oppressionem. Ostendit autem **16** consequenter, quare licet esse superior, super pupillos manum non leuaret, quia scilicet & si non dimitteret propter hominem, dimitteret tamen propter Deum: cuius scilicet iudicia timebat, vnde subdit, *semper enim quasi tumētes super me fluctus timus Deum*, & loquitur ad similitudinem in mari nauigantiū: qui intumescuntibus fluctibus super altitudinem nauis, timent ne ab eis submergantur, similiter timebat comminationes diuinas, quasi fluctus intumescentes & etiam auctoritati diuinæ cedebant, ex qua perhibetur pupillorum oppressio, vnde subdit, *podus eius, id est auctoritatem Dei protegentis pupillos ferre non potui, quin scilicet ei me inclinarem*.**

## LECTIO II.

**S**I PUTAUI aurum robur meum, & obrixi dixi fiducia mea. Si latatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea. Si vidi solem cum fulgeret: & lunam incedētem clare, & latatum est in abscondito cor meum & osculatus sum manum meā ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio **17**  
**18**  
**19**  
**20**  
**21**  
**22**  
**23**  
**24**  
**25**  
**26**  
**27**  
**28**  
**29**  
**30**  
**31**  
**32**  
**33**  
**34**  
**35**  
**36**  
**37**  
**38**  
**39**  
**40**  
**41**  
**42**  
**43**  
**44**  
**45**  
**46**  
**47**  
**48**  
**49**  
**50**





contra Deum altissimū. Si gavisus sum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultavi, quod inuenisset eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius. Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius, vt saturemur? Foris non mansit peregrinus, ostium meū vitori patuit. Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celavi in sinu meo iniquitatem meā. Si exavi ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorū terruit me, & non magis tacui, nec egressus sum ostium. Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meū audiat omnipotens, & librum scribat ipse qui iudicat: vt in humero meo portem illum, & circumdum illū quasi coronam mihi? Per singulos gradus meos pronuciabo illum, & quasi principū offeram eum. Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulcus eius desent. Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agrorum eius afflixi pro frumento, oriatur mihi tribulus, & pro ordeo spina.

¶ Postquā Iob excusauit se de innocentia, & de immiseri cordia, hic cōsequenter excusat se de inordinato affectu ad diuitias: quod quidem contingit dupliciter. Vno modo per hoc quod homo nimis de diuitiis confidit, & hoc excludit dicens: si putavi aurum robur meum, vt in diuitiis principaliter virtutem meam reputarem, & si obrixi, idest si auro purissimo dixi, fiducia mea scilicet tu es, contra id quod Apostolus dicit: Diuitibus huius sæculi præcipe, non sperare in incerto diuitiarum. Secundo deordinatur hominis affectus circa diuitias, per hoc quod nimis de diuitiis gaudet, & ideo quantum ad diuitias iam habitas, subdit, si latatus sum, scilicet inordinate, super multis diuitiis meis, quas sicut propria possidebam. Quantum autem ad acquisitionem diuitiarum subdit, & quia plurima reperit manus mea. Solent enim homines de iis quæ de nouo acquirunt, magis gaudere.

¶ Deinde excusat se à peccato superstitionis, quod est cōtra Deū, colebant autem antiquitus idolatræ stellas cœli, & præcipue luminaria, propter maximam eorū claritatem, & hoc à se excludit dicens, si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, propter quæ scilicet ab idolatris coluntur, & latatum est in abscondito cor meum, quasi inferiori cul

tu eis deuotus existens, & quantum ad exteriorem cultum subdit, & osculatus sum manum meam ore meo, quasi in eorū reuerentiam. Et quare hoc vitauerit, ostendit subdens, quæ est iniquitas maxima, si enim iniquum est, vt eo quod est vni homini debitum, alteri exhibeatur: maxime videtur esse iniquum, vt cultus Deo debitus exhibeatur creaturæ. Et quia impossibile est quod homo simul Deo & creaturæ exhibeat latrām, ideo subdit, & negatio contra Deum altissimum, si enim quibusdam creaturis nomen Dei per participationem attribuitur: soli tamen Deo altissimo latricus debetur, qui vocatur altissimus etiam si aliis talis cultus exhibeatur.

¶ Iis igitur præmissis, quæ pertinet ad communem iustitiā subiungit quædam quæ pertinent ad perfectionem virtutis: inter quæ primo odium inimicorum excludit, quod maxime manifestatur, quando aliquis gaudet de totali ruina eius: & hoc excludit à se dicens, si gavisus sum ad ruinam eius qui me oderat, vel de aliquo malo ei superueniente: quod à se excludit subdens, & si exultavi quod inuenisset eum malū, idest ex insperato ei superuenisset. Et quare hoc vitauerit, ostendit subdens. Non enim dedi ad peccandum guttur meum vt expeterem maledicens animam eius. Naturaliter enim homo desiderat ea, de quibus gaudet: & desiderium interius explicat verbis: consequens igitur est, vt si aliquis de malis alicuius gaudeat, quod ea desideret, & per consequens quod maledicendo ei malum imprectur.

¶ Deinde perfectionem suæ virtutis ostendit quantum ad superabundantiam bonorum, quæ aliis exhibuit. Et primo quidem quantum ad domesticos suos dicit. Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius, vt saturemur? Cum enim aliquid animæ est delectabile ad vsum comestionis, desiderant homines eius carnibus saturari, per hoc ergo dat intelligere, quod eius conuersatio tantum fuit suis domesticis grata, quod eius carnali presentia cuperent saturari. Quantum autem ad extraneos subdit, foris non remāsit peregrinus, quin scilicet in domo mea reciperetur, ostium meum vitori patuit, vt. scilicet non esset difficilis in

D. THOMAS

gressus. Vtcrius. ad ostendēdā suā virtutis perfectionem, quantum ad exclusionem timoris indebiti. Solent autem homines propter confusionis timorem, interdum contra iustitiam suam culpam occultare, vel eam negando, quod à se excludit dicens: *si abscondi quasi homo*, idest sicut homines solent facere, *peccatum meum*, illud scilicet indebitè negando vel excusando, vel etiam astuciis aliquibus palliando, vnde subdit, *& celavi in sinus meo*, idest per aliquam occultam simulationem, *iniquitatem meam*: cum scilicet eam confiteri teneret. Consequenter autem excludit à se in ordinatum timorem corporalium periculorum: qui quidem maxime solet procedere ex multitudine contra hominem insurgente, secundum illud. A tribus timuit cor meum: zelaturam civitatis, & collectionem populi &c. vnde dicit, si expavi ad multitudinem nimiam, additur autem hunc timorem, si homo despiciatur à propinquis, à quibus iuvari debuerit: vnde subdit, *& despectio propinquorum terruit me*, Solent autem homines impavidi in contrariis incidere presumptionem, & quandoque quidem saltem verbis loquitur contra fortiores: & hoc à se excludit dicens: *& non magni tacevi*. Quandoque autem ulterius procedunt, vt presumptuose multitudinem aduersariorum inuadant: sed hoc excludit dicens, *& nec egressus sum ostium*. Et quia multa & magna de se dixerat super iis diuinum testimonium inuocat, vnde subdit, *quis mihi tribuat adiutorem*, qui scilicet mecum interpellat ad Deum, & ad quid adiuuari velit ostendit subdens, *vt desiderium meum audiat omnipotens*, & quod sit suum desiderium exponit subdens, *& librum scribat*, scilicet meæ accusationis super præmissis, *ipse qui iudicat*, scilicet omnes actus humanos scilicet interiores & exteriores. Et siquidem per huius libri testimonium, idest per certam veritatis manifestationem, ego culpabilis appaream, volo portare poenam, vnde subdit, *in humero meo portem illum*, si verò manifestata virtute commendabilis appaream, exinde coronam præmij accipiam vnde subdit, *& circumdēdum illum quasi coronam mihi*, per quod dat intelligere suum desiderium esse, vt qui in iuste condemnabatur ab amicis iusto Dei iudicio referuetur. Prædicto autem libro diuinum te-

Eccle. 26

10

11

stimonium se non contradicendum promittit, vnde subdit, *per singulos gradus meos*, idest processus operum meorum, *pronunciabo illum*, idest confitebor illi veritate diuini testimonij: nec recusabo subire sententiam, secundum testimonij diuinum, vnde subdit, *& quasi principi offeram eum*, scilicet grater ferens vt secundum diuinum testimonij cum eo agatur.

¶ Deinde excludit à se vitium superflux cupiditatis, etiam in rebus acquirendis ex propriis possessionibus, quod quidem dupliciter manifestatur. Vno modo per hoc quod homo per nimium cultum superfluos fructus à suis possessionibus extrahere nititur, & ad hoc excludendum metaphoricè subdit, *si aduersum me terra mea clamat*, quasi non permiserim eam quiescere, sed nimis eam coluerim: vnde subdit, *& cum ipsa sulci eius descent*, & loquitur per similitudinem hominis, qui nimis angariaretur. Alio modo manifestatur superflua cupiditas, per hoc quod homo operariis præcij denegat laboris: vnde subdit, *si fructus eius comedi absque pecunia*, scilicet soluta perariis, *& animam agricolarum eius afflixi*, scilicet nimis cogendo ad laborandū, vel mercedem subtrahendo. Est autem debitum, vt qui superflua & inconsumpta cupit, etiam debita & consueta perdat, vnde subdit, *pro frumento*, quo scilicet seminatur ad victum hominis, *oriatur mihi tribulus*, qui scilicet non solum est inutilis: sed & pungitius, *& pro ordeo*, quod scilicet seminatur in cibum iumentorum, *spina*, quæ scilicet etiam iumenta pungendo lædit quibus præmissis subditur epilogus, cum dicitur,  *finita sunt verba Iob*, quæ scilicet adduxit ad suæ sententiæ assertionem, nihilque post hoc proposuit.

CAPITVLVM XXXII.

LECTIO I.



Miserunt autem tres viri isti respondere Iob, eo quod iustus sibi videretur. Et iratus, indignatusque est Eluid filius barachel buzithes, de conuentione Ram. Iratus est autem aduersum Iob, eo quod iustum se esse diceret coram Deo. Porro aduersum amicos eius indignatus est, eo quod non inuenissent re-

sponsonem rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob.  
 5 Igitur Eliud expectauit Iob loquentem, eo quod seniores es-  
 sent qui loquebantur. Cum autem vidisset quod tres respondere  
 6 non potuissent, iratus est vehementer. Respondensque Eliud  
 7 filius Barachel Buzites dixit. Iunior sum tempore, vos au-  
 8 tem antiquiores. Idcirco demisso capite veritus sum vobis in-  
 dicare meam sententiam. Sperabam enim quod etas prolixior  
 9 loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam. Sed,  
 10 vt video, spiritus est in hominibus: & inspiratio omnipoten-  
 11 ti dat intelligentiam. Non sunt longæui sapientes, nec se-  
 12 nes intelligunt iudicium. Ideo dicam audite me, ostendam vo-  
 13 bis, etiam ego meam sapientiam. Expectaui enim sermo-  
 14 nes vestros: audiui prudentiam vestram. Donec disceptare-  
 15 mini sermonibus vestris, & donec putabam vos aliquid dice-  
 16 re, considerabam. Sed vt video, non est qui possit arguere Iob  
 & respondere ex vobis sermonibus eius. Ne forte dicatis inueni-  
 17 mus sapientiam, Deus proiecit eum non homo. Nihil loquutus  
 18 est mihi, & ego non secundum sermones vestros non responde-  
 bo illi. Extimuerunt, nec responderunt vltra, abstuleruntque  
 19 a se eloquium. Quoniam igitur expectaui, & non sunt loqui-  
 ti: steterunt, nec responderunt vltra, respondebo & ego partem  
 20 meam, & ostendam scientiam meam. Plenus sum enim sermoni-  
 21 bus, & coarctat me spiritus vteri mei. En venter meus quasi  
 22 mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Lo-  
 23 quar, & respirabo paululum: aperiam labia mea, & respon-  
 24 debo. Non accipiam personam viri, & Deum homini non a qua-  
 bo. Nescio enim quando subsistam, & si post modicum tollat me  
 factor meus.

¶ Finita disputatione Iob & trium amicorum eius, sub-  
 ditur disputatio Eliud contra Iob, qui quidem quibus-  
 dam acutioribus rationibus contra Iob vtitur, quam prio-  
 res, & magis ad veritatem accedit, vnde & Iob ei non re-  
 spondet, licet tamen in aliquo à veritate deuiet, & dicta  
 Iob sinistre interpretetur, vt infra patebit. Præmittitur au-  
 tem causa ex qua motus fuit ad loquendum, scilicet ex indi-  
 gnatione contra Iob & contra amicos eius. Præmittit ergo  
 trium amicorum silentium, cū dicit, Omiserunt autem tres vi-  
 ri isti, scilicet de quibus supra habitum est, respondere Iob.

Vbi notandum est, quod eos viros non nominaret, si non  
 fuisset res gesta, sed parabola cōficta. Causam autē silentij  
 ostendit subdēs, eo quod iustus sibi videretur. Multa enim dix-  
 erat Iob quæ ad suæ iustitiæ ostensionē pertinebant, quib-  
 2 us prædicti tres viri contradicere nō valebant. Ex vtroq; 3  
 horū scilicet ex silentio amicorū: & ex hoc quod Iob sibi  
 iustus videbatur, cōmotus fuit Eliud, quia stabat, ad irā, &  
 ideo subditur, & iratus. Scilicet in corde, indignatusq;. scili-  
 cet ostēdēdo iræ signa exterius, est Eliud. In quo describi-  
 tur ex nomine, filius Barachel. In quo describitur ex origi-  
 ne. Buzites, In quo describitur ex patria, de cognatione ram.  
 In quo describitur ex genere: quæ tota descriptio ad hoc  
 valet, vt ostendatur ad rem gestā pertinere. Causam autem 3  
 iræ explicat cōsequēter. & primo quidē contra Iob, cū di-  
 cit. Iratus est aduersus Iob eo quod iustus se esse diceret corā Deo.  
 i. secundum testimoniū, quod maximē accipi potest ex eo Cap. 23.  
 quod dixerat supra. Ipse scit viā meā. & postea subdit. Ve-  
 4 stigia eius consequutus est pes meus. Quantū autē ad ami-  
 4 cos subdit. Porro aduersus tres amicos eius indignatus, eo quod  
 non inuenisset responsonem rationabilem. Qua scilicet respon-  
 derent verbis eius, quibus se iustum assererat: sed tantum-  
 modo condemnassent Iob dicentes, scilicet eum esse ini-  
 quum. Ostendit autem consequenter causam, quare Eliud 5  
 prius in nullo responderat Iob, cum subdit: Igitur Eliud  
 expectauit Iob loquentem. Id est in nullo contradicens eius  
 sermonibus, eo quod seniores essent qui loquebantur. Eis, scili-  
 cet deferens quasi sapientioribus, quod ætas senectutis re-  
 6 quirebat. Sed quia non videbatur ei quod alicui deberet 6  
 reuerentiam exhibere in præiudiciū veritatis: iratus contra  
 tres seniores, ipse iunior respondere incœpit: vnde disi-  
 tur: Cum autem vidisset quod tres respondere non potuissent.  
 Scilicet rationibus Iob: Iratus est vehementer. Quasi existi-  
 mans quod per illorum ignauiam veritas deperiret. Et 7  
 ideo loco illorum voluit veritatem, vt crederet, defende-  
 re: & hoc est quod subditur: Respondensque Eliud filius Ba-  
 rachel Buzites. Scilicet sermonibus & rationibus Iob. In  
 hac autem sua responsonē primo excusat pristinum si-  
 lentium ex sua ætate. Vnde sequitur, Iunior sum tempore.



Tum etiam ex illorum antiquitate, vnde subdit: *Vos autem antiquiores.* Iuuenes autem debent reuerentiam deferre senioribus. vnde sequitur: *dimisso capite.* Scilicet in signum reuerentia. *Vritus sum indicare vobis meam sententiam.* Ne scilicet presumptuosus viderer impediendo meis sermonibus sapientiorum verba. Probabile autem videtur, quod senes sapientius loquantur propter duo. Primo quidem, quia iuuenes ex furore animi frequenter multa & inordinate proponunt. Senes autem propter gravitatem aetatis maturius loquuntur. vnde subdit: *Sperabam enim quod aetas prolixior loqueretur.* scilicet grauius & efficacius. Secundo vero, quia senes per experientiam longi temporis multa cognoscere potuerunt: & per consequens sapientius loqui. Vnde sequitur: *& annorum multitudo.* Propter quod, scilicet experimentum accipi potest, *doeret sapientiam.* scilicet experimento acceptam: Consequenter excusat se: quare nunc loqui incipiat: quia scilicet expertus est quod aetas non est sufficiens sapientiae causa: sed magis inspiratio diuina, vnde subdit: *Sed vt video.* Id est per effectum confidero. *spiritus Dei est in hominibus.* In quantum scilicet in eis operatur. & hoc est quod subdit: *& inspiratio omnipotentis.* Quae scilicet hominibus inspirat spiritum sanctum, qui est spiritus sapientiae & intellectus, *dat intelligentiam.* scilicet veritatis, quae est sapientiae principium iis quibus inspiratur. Quod autem haec inspiratio sit sapientiae praecipua causa, ostendit per hoc quod aetas non perficit sapientiam, sed causat: vnde subdit, *Non sunt longae sapientes.* Quantum scilicet ad cognitionem diuinae veritatis. *Nec senes intelligunt iudicium.* Quantum scilicet ad ordinationem humanorum actuum. Et quia licet non esset senex, considerabat tamen se inspiratum a Deo. ideo loqui audebat: vnde subdit, *ideo dicam.* In hac autem sua loquutione primo inducit eos ad audiendum ex auctoritate Dei, cuius inspiratione loquebatur: vnde dicit, *Audite me.* Vt scilicet eius sermonem non interruptant: audientibus autem praemittit scientiae dogmata: vnde subdit, *Ostendam vobis etiam ego,* scilicet quamuis sim iuuenis, *scientiam meam.* scilicet ex qua respondebo rationibus Iob. Iustum autem erat quod ipsi eum audiret:

Quia etiam ipse eos audierat, *vnde expectavi enim.* scilicet diu. sermones vestros. Quos scilicet contra Iob protulistis. Et quia reputabat se posse discernere quod ab eis bene dictum esset, & quid non bene: subdit, *Audiu prudentiam vestram.* Quasi dicat audiendo diiudicavi quid in verbis vestris ad prudentiam pertineret: non autem parum, sed diu expectauerat. Terminum autem expectationis suae determinat ex duobus.

¶ Primo quidem ex illorum voluntate, vnde subdit: *Donec disceptaretis in sermonibus vestris.* id est donec placuit vobis contra Iob disceptare.

¶ Secundo ex spe quam de eorum sapienti doctrina habebat. vnde subdit, *Donec putabam vos aliquid dicere, considerabam.* Non est amplius audiendus de quo non speratur, quod aliquid vtile sit dicturus. videbat autem quod verba eorum, quibus contra Iob utebantur, efficacia non erant. Primo quidem, quia eum rationibus vincere non poterant: vnde subdit. *Sed vt video, non est qui possit arguere Iob.* scilicet eum conuincendo rationibus. Secundo quia non poterant eius rationibus obuiare: vnde subdit, *& respondere.* scilicet sufficienter. *ex vobis.* id est ex vestro sensu, vel non est qui possit ex vobis, id est, ex vestro numero, *sermombus eius.* De quibus scilicet contra vos utitur. Praecipue autem eorum rationes contra Iob fundabantur in hoc, quod aduersitates Iob attribuebant diuino iudicio, quod errare non potest. Quam quidem responsonem esse insufficientem consequenter ostendit, dicens: *Ne forte dicatis, inuenimus sapientiam.* id est istud sufficit ad sapientem responsonem. *Deus proiecit eum.* scilicet in aduersitates qui errare non potest. *& non homo.* qui potest decipi & decipere. Ipse autem intendebat efficacius respondere: vnde subdit, *Nihil loquutus est mihi.* Ex quo vult ostendere quod non loquitur quasi prouocatus, *& ego non secundum sermones vestros respondebo illi.* id est, non sequar vias vestras in respondendo: sed alias efficaciores ad respondendum vias inueniam. Intendit autem se de futura responsonem excusare: non solum apud ipsos, sed etiam apud alios: & ideo ad alios conuertit sermonem suum dicens: *extimuerunt.* scilicet ulterius loqui, ne



manifestius conuinceretur, nec respondebūt *ultra*. scilicet rationibus Iob. Et vt ostēdat hoc fuisse propter eorum ignauiam, non propter efficaciam rationum: ideo subdit *Abstuleruntque a se eloquium*. scilicet negligenter tacendo. Quando autem homo efficaci ratione conuincitur, non ipse a se aufert eloquium: sed potius ei ab alio aufertur. Quia ergo illi defecerant, dicit se velle eorum defectum supplere. Vnde subdit: *Quoniam igitur expectaui*. scilicet diu vt eis deferrem. *& non sunt loquuti*. scilicet respondentēs sufficienter sermonibus Iob. *Sed steterunt*. id est cessauerunt, & siluerunt, falsitati scilicet, non resistentes *Nec responderunt ultra*. scilicet pro testimonio veritatis aliquid dicentes. *Respondebo & ego partem meam*. Quia scilicet defensio veritatis pertinet ad omnes: & vnusquisque debet ibi ponere quasi pro parte sua quod potest: nō solum autem zelo veritatis defendenda, sed etiam ex inani gloria mouebatur: vnde subdit. *& ostendā scientiam meam*. Querit enim inanis glorię cupidus, vt si quid in se excellens est, manifestet: 20 Et ideo consequenter ostendit maximam sibi facultatem animi esse ad respondendum, cum subdit: *Plenus sum enim sermonibus*. Quasi abundanter occurrit mihi quid respondeam: & quia facultas non sufficit ad agendum, nisi homo ab aliquo incitetur: ideo subdit. *& coarctat me spiritus vteri mei*. Vterus est locus conceptionis: vnde per vterum hic metaphoricę signatur intellectus intelligibilia diuersa cōcipiens: spiritus ergo vterus, est voluntas impellens hominem ad manifestandum conceptiones cordis per sermonem. Est autem homini molestū, cum non implet quod desiderat: & ideo anxietatem, quā patiebatur, tacēdo exponit per similitudinem, sub Iob: *en venter meus*. id est mens mea. quasi mustum. scilicet quod feruet, absq; spiraculo. Quod languculas nouas dirumpit. nisi enim vapor musti feruentis ex parte aliqua euaporet, multiplicatur vapor interius quādoq; vsq; ad vasis contractionē: ita etiam se musto propter iuuentutē comparat: Et ideo ex magno desiderio loquendī periculū sibi existimat imminere, nisi loquatur: vnde subdit. *Loquar, & respirabo paululum*. Quia scilicet per verba euaporabo interiorē feruorem, & ab anxietate desiderij

quiescā. Quid autē loqui velit, ostendit subdens: *Aperiam labia mea, & respondebo*. scilicet verbis Iob. Quē autē modū in respondēdo obseruare debeat, ostendit subdens: *Non accipiam personam viri*. Ille enim in respondendo personā hominis accipit, qui veritatem relinquit, vt homini deferat. Quare autē hoc ipse facere velit, ostendit subdens: *Nescio enim quādiu subsistam*. Si in hac mortali vita, vt possim mihi diuturna spatia tēporis ad pōnitēdū repromittere. *& si post modicū tollat me factor meus*. Per mortē assumat ad suū iudiciū. Ex quo patet qd Eliud in hoc cōcordabat cū Iob, quod retributio peccatorū esset post mortē: alias enim frustra videretur timuisse Deū offendere propter vicinitatē mortis.

CAPITVLVM XXXIII.

LECTIO I.

**A**udi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meum, loquatur lingua mea in faucibus meis. Simpliciter corde meo sermones mei, & sententiam labia mea puram loquantur. Spiritus Dei fecit me, & spiraculū omnipotentis viuificauit me. Si potes, responde mihi: & aduersus faciem meā cōsiste. Ecce, & me sicut & te fecit Deus, & de eodē luto ego quoq; formatus sum. Veruntamen miraculū meū non te terreat, & eloquentia mea non sit tibi grauis. Dixisti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui. Mundus sum ego, & absque delicto immaculatus, & nō est iniquitas in me. Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi. Pōsuit in nerno pedes meos, custodiuit omnes semitas meas. Hoc est ergo in quo non es iustificatus.

¶ Dicitum est supra, quō Eliud indignatus fuit contra Iob, & contra amicos eius, postquā loquutus fuerat cōtra ignauiam amicorum Iob. nunc supra ipsum Iob incipit loqui. Et ideo primo eū ad attentionē excitat dicens: *Audi igitur Iob eloquia mea*. Quia, si ego iam respōdere intēdo. & vt significet singula se eū pōdere dicturū, subdit: *& omnes sermones meos*. quasi nihil sit in vanū dicturus. Et ne Iob quæreret, quare prius loquutus non fuerit, subdit. *Ecce aperui os meum*. Quasi dicat, prius dum tacui, os meum clauseram



D. THOMAS

propter reuerentiam seniorum, nunc quia ipsi deficiunt, necessitas cogit me loqui, vnde subdit, *Loquatur lingua mea in faucibus meis.* Quasi dicat: nō sequar verba aliorū, sed proprios conceptus enunciabo. Et quia Iob in precedentibus contra amicos suos dixerat, quod eum verbis affligebant & confundebant, ideo hoc à se excludit, subdens: *Simplici corde meo sermonis mei.* Scilicet sunt, quasi dicat non loquor ad calumniandum vel ad ridendum, sed simplici animo ad veritatem manifestandā. Et quia prādictis tribus viris Iob imposuerat, quod essent fabricatores mendacij & cultores peruerforum dogmatum, hoc à se excludit dicens. *Et sententiam labia mea puram loquentur.* Id est, absque admixtione alicuius falsitatis vel erroris. Vnde autem fiduciam veritatis manifestandae acceperit ostendit subdens. *Spiritus Dei fecit me.* Et ideo non est mirum si suam facturam mouet & perficit, & hoc est, quod subdit: *Et spiraculum omnipotentis viuificauit me.* Scilicet ad opera vitæ mouit & perficit, inter quæ præcipuum est intelligentia veritatis. Et ne videatur hoc induxisse quasi præiudiciū afferre intendens, Iob ne contra diuinitus loquentem responderet, subdit: *Si potes responde mihi.* Quantum, scilicet ad ea quæ contra te dicam. *Et aduersus faciem meam consistite.* Vt scilicet tu etiā contra me obicias, si quid dixerō, quod tibi non placeat, & ne Iob dedignaretur cum eo disputare propter suā famosam sapientiam & illius iuuentutem, ad hoc excludendum subdit, *Ecce & me sicut & te fecit Deus.* Et ita ex parte factoris vterque nostrum eandem speciem veritatis inquirendæ potest habere, ex parte vero materiæ vtrique adiacet idem impedimentum, vnde subdit, *Et de eodem luto ego quoque formatus sum.* Ex cuius scilicet grossitiæ lumen intelligentiæ obtenebratur. Videbat autem Eliud sibi posse responderi hoc quasi ad miraculum pertinere, si iuueni tanta sapientia & facundia præberetur, quod contra sapientissimum senem sufficeret disputare, & ideo quasi innuens hoc miraculosè se esse assequutum, subdit: *Verum amen miraculum meum non te terreat.* Scilicet vt respondere non audeas miraculosè scientiam adeptō. *Et eloquentia mea non sit tibi grauis.* Vt scilicet ex ea obstupescas.

IN LIB. IOB.

151

¶ Iis igitur præmissis quasi proemialiter subiungit ea in quibus Iob reprehendere intendit, vnde subiungit, *Dixisti ergo in auribus meis.* Quasi dicat excusare te non potes, cum dixeris: *Et vocem verborum audiui.* Scilicet per sollicitudinem attentionis.

¶ Primo ergo in verbis Iob notauerat quod se immunem esse dixerat a peccato, vnde dixit, *Mundus sum ego.* Scilicet ab immunditiis carnis, & absque delicto. Scilicet peccato omissionis. *Immaculatus.* Id est, grauibus peccatis quæ sunt contra Deum, puta idololatria vel aliquid huiusmodi. *Et non est iniquitas in me.* Vt scilicet proximos læserim.

¶ Secundo notat in verbis eius quod Deo iniquitatem iudicij imposuerit, iniquitas autem iudicij solet ex odio iudicantis procedere, quantum ad hoc commemorat Iob dixisse. *Quia quarelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum.* Supra quidem, 13. Iob dixerat interrogatiue. *Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum,* hoc autem quod dicitur hic, *quarelas in me reperit.* Non inuenitur dixisse, vnde hæc est additio Eliud prae interpretatis verba Iob. Iudicis enim odium iustum esse videtur, si certificatus de malitia alicuius odio eum habeat ad puniendū. Sed si ex leuibus quarelis iudex prouocetur ad odium alicuius, erit odium iniustum, & taliter interpretabatur quod Iob dixerat se à iudiciis pertinere videtur si alicui facultatem iuste defensionis auferat, & quantum ad hoc subdit: *Posuit in neruo pedes meos.* Id est, compediuit quasi impediendo me à meis operibus.

¶ Tertio pertinet ad iniquitatem iudicij, vt quælibet leuia ad condemnationem congregat alicuius, & quantum ad hoc subdit: *Custodiuit omnes semitas meas.* Quasi in singulis operibus eum obseruans, hoc autem Iob non dixerat ad ostendendum peruerstatem diuini iudicij, sed quasi figuraliter loquens vt supra, 16. *Ostēsum est, vnde & ibi præmittitur, Aenigmata percipite auribus vestris.* Et quia hoc secundum 12 excludit, primum subdit. *Hoc est ergo in quo non est iustificatus.* Quasi dicat non potes te iustum dicere, quia hoc ipsum ad iniustitiam tuam pertinet, quod Deo iniustitiam imponis.



D. THOMAS  
LECTIO II.

1 **R**espondebo tibi, quia maior sit Deus homine.  
2 *Aduersus eum contendis, quod non ad omnia ver-*  
3 *ba responderit tibi. Semel loquitur Deus, & se-*  
4 *cundo id ipsum non repetit. Per somnium in vi-*  
5 *sione nocturna, quando irruit sopor super homi-*  
6 *nes, & dormiunt in lectulo. Tunc aperit aures virorum, & eru-*  
7 *diens eos, instruit disciplina, vt auertat hominem ab iis que se-*  
8 *cit, & liberet eum de superbia, eruens animam eius à corruptio-*  
9 *ne, & vitam illius, vt non transeat in gladium. Increpat quo-*  
10 *que per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit.*  
11 *Abominabilis ei fit in vita sua panis, & anima illius cibus*  
12 *ante desiderabilis. Tabescet caro eius, & ossa que testa fuerant,*  
13 *nudabuntur. Appropinquabit correctioni anima eius, & vita*  
14 *illius mortis feris. Si fuerit pro eo Angelus loquens, vnus de mil-*  
15 *libus, vt annunciet hominis equitatem, miserabitur eius, &*  
16 *dicet. Libera me, vt non descendat in corruptionem, inueni in*  
17 *quo ei propitius. Consumpta est caro eius à supplicis, reuertat-*  
18 *tur ad dies adolescentie sue. Deprecabitur Deum, & placabi-*  
19 *lus ei erit, & videbit faciem eius in nubilo, & reddet homini*  
20 *iustitiam suam. Respiciet homines, & dicet: Peccavi & vero*  
21 *deliqui, & vt eram dignus non recepi. Liberaui animam suam,*  
22 *ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret. Ecce hæc*  
23 *omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, vt reuocet*  
24 *animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium.*  
25 *Attende Iob, & audi me, & tace, dum ego loquor. Si autem*  
26 *habes quid loquaris, responde mihi. Loquere: Volo enim te*  
27 *apparere iustum. Quod si non habes, audi me, tace, docebo te*  
28 *sapientiam.*  
29 **¶** Supra proposuerat Eliud ea de quibus contra Iob dis-  
30 *putare intendebat, verum quia Iob antequam præmissa*  
31 *verba diceret, præmiserat supra, 13. Disputare cum Deo*  
32 *cupio, videtur autem inconueniens eum, qui anhelat ad*  
33 *disputandum cum superiori reuocare, ad hoc quod cum*  
34 *inferiori disputet.*

**¶** Antequam super præmissis cum Iob disputationem Eliud incipiat, de hoc ipso eum redarguit, quod cum Deo

disputare cupiebat. Et primo quidem, quia hoc ipsum magnæ præsumptionis videtur, quod aliquis maiorem se prouocet ad disputandum: vnde dicit, *Respondebo tibi. Id est, tuo desiderio, quo disputare cum Deo cupis. Quod maior sit Deus homine.* Vnde præsumptuosum est quod homo cupiat disputare cum Deo. Et in hoc quidem iuste argueret Iob, si cum Deo disputare voluisset, quasi ad ascendendum, sicut discipulus cum magistro, vnde supra, 23. Dixit, os meum replebo increpationibus, vt sciam verba quæ mihi respondeat: quod tamen Eliud interpretabatur, quasi hæc Iob contentiosè contra Deum dixerit, conquereudo quod ei non responderet, vnde subdit, *Aduersus eum contendis, quod non ad omnia verba responderit tibi.* Quod quidem ex prædictis verbis Iob colligere voluit, & ex hoc quod etiam supra, decimum nonum. Dixerit, ecce clamabo vim patiens, & nemo exaudiet, vociferabor & non est qui iudicet: quæ quidem verba, & si qua similia superius dicta sunt, non per modum contentionis dicebantur, sed quia desiderabat rationes diuinæ sapientie cognoscere. Ad repellendum autem prædicta verba Iob, quæ interpretabatur Eliud, ac si essent contentiosè dicta, consequenter ostendit Eliud ac si essent contentiosè dicta. Et ideo esset necessarium, quod Deus homini ad singula verba respondeat, sed vnicique sufficienter loquitur ad eius inuentionem, vnde subdit, *Semel loquitur Deus.* Scilicet homini sufficienter ad eius instructionem, vnde deinceps non oportet quod ad singulas hominis interrogationes respondeat, vnde subdit, *Et secundo id ipsum non repetit.* Quia quod sufficienter factum est iterare superfluum esset. Quomodo autem loquatur Deus homini, ostendit subdens: *Per somnium in visione nocturna.* Potest autem & alius esse sensus, vt per hoc quod dixit semel loquitur Deus, scilicet homini referatur ad mentis instructionem, quæ est per lumen rationis naturalis, secundum illud. Multi dicunt quis ostendit nobis bona, & quasi respondens subdit. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Per quod scilicet discernere possumus bonum à malo, & quia naturalis ratio immobiliter



## D. THOMAS

in homine manet, vt non sit necesse eam iterare, ideo subdit, *Et secundo idipsum non repetit.* Et deinde ostendit aliquando modum quod Deus homini loquitur per imaginariam visionem in apparitionibus somniorum, vnde subdit, *Per somnium in visione nocturna.* Quod quidem potest referri ad propheticam reuelationem secundum illud. Si quis fuerit inter vos propheta Domini, per somnium aut in visione loquar ad eum. Vel potest referri etiam ad communia somnia, quæ credebatur Eliud diuinitus procurari, modum autem & ordinem somniorum consequenter exponit.

¶ Primo quidem tangens naturalem causam, cum dicit: *quando irruit sopor super homines.* Quod quidem sit debilitatis exterioribus sensibus per vapores descendentes ad principium somniandi.

¶ Secundo ponit dispositionem ex parte voluntatis humanæ, cum subdit: *Et dormiunt in lectulo.* Quia scilicet homines maxime ordinata & significatiua somnia vident, quando quiete dormiunt. Vnde infirmis propter inquietudinem apparent distorta somnia, vnde signanter dicitur. Somnium tuum & visiones capitis tui in cubiculo tuo huiusmodi fuerunt. Tu rex cepisti cogitare in stratu tuo, &c.

Danie. 2.

¶ Tertio ponit operationem diuinam circa dormientem, quæ quidem attenditur. Primo quantum ad hoc, quod debilitatis exterioribus sensibus per soporem in hominem in lectulo quiescentem datur diuinitus facultas quædam percipiendi diuinam instructionem, quod eius anima circa exteriora non occupatur, vnde subdit, *Tunc aperit aures virorum.* Et satis conuenienter vim perceptiuam diuinæ instructionis in somniis vocat aures, quia de huiusmodi instructione loquitur, sicut de quadam loquutione, eo quod non sit per inspectionem ipsarum rerum, sed per signa quædam, sicut & loquutio, data autem facultate audiendi, consequens est vt doceat, vnde subdit, *Et erudiens eos instruit disciplinam.* Et sumitur hic disciplina pro instructione eorum, quæ homini occurrunt agenda vel vitanda, non pro cognitione scientiarum speculatiuarum, quæ non consueuerunt in somno reuelari, vnde subdit, *vt auertat hominem ab iis quæ fecit.* Frequenter enim homo in somniis corripitur de peccatis

com-

## IN LIB. IOB.

153

missis, & quia principium peccatorum est superbia, qua Dei præcepta contemnuntur, subdit. *Et liberet eum de superbia.* Per hoc autem quod homo liberatur à culpa, consequens est vt euadat pœnam. Quod quidem consequenter ostendit quantum ad duplicem pœnam.

¶ Primo quidem quantum ad spiritualem pœnam animæ, vnde subdit. *Eruens animam eius de corruptione.* Quæ scilicet est per deordinationem potentiarum animæ. Secundo vero quantum ad pœnam corporalem, vnde subdit, *Et vitam illius.* Scilicet corporalem: *Vt non transeat in gladium.* Puniendus scilicet pro suo peccato. Vel potest vtrunque referri ad mortem corporalem, quæ quadoque accidit per interiorem corruptionem, sicut cum aliquis ex aegritudine moritur, quam Deus immitit pro peccato. Quadoque vero accidit ex violentia gladij. Deinde subiungit alium modum diuinæ loquutionis, quod scilicet corrigit hominem per aegritudinem corporalem.

¶ In qua primo notat dolorem sensibilē, vnde dicit, *Increpat quoque.* Scilicet hominē de peccatis præteritis. *Per dolorem.* Scilicet corporalem ex aegritudine proueniētem, vnde subdit, *In lectulo.* Secundum illud, *Super lectulum doloris eius.* ¶ Secundo tangit debilitatem infirmorum, cum dicit: *Et omnia ossa marcescere facit.* Id est, fortitudinē eius annihilat, quæ in ossibus consistit.

¶ Tertio ponit amissionem appetitus cum subdit: *Abominabilis ei sit in vita sua.* Id est, dum adhuc viuunt, scilicet 7 propter infirmitatem. *Panis.* Qui scilicet est cibus communis. *Et anima illius cibus ante desiderabilis.* Quod refertur ad alios cibos, qui diuersimode à diuersis desiderantur.

¶ Quarto ponit maciem ex hoc proueniētem, cum subdit: *Tabesceat caro illius.* Id est, deficit, & sic per consequens, *Ossa que relictæ fuerant.* Scilicet carne. *Nudabuntur.* Id est, manifestabuntur sola cute contexta.

¶ Quinto ponit mortis periculum & timorem vnde subdit, *Appropinquauit corruptioni anima eius.* Id est, vita ipsius 9 quæ est per animam, vnde subdit, *Et vita illius mortiferis.* Id est, causis inducentibus mortem.

¶ Notandum est autem quod hoc proposuit ad respondendum

X



dum quaestioni Iob, quod Deus non ad singula ei non respōdeat, voluit enim ei per praedicta probare, quod tripliciter ei Deus sit loquutus. Primo quidem per naturalē rationem, sicut ad omnes homines. Secundo arguendo per somnia, dixerat enim supra, Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Tertio per infirmitatem, dixerat enim sup. 3. Nunc in memetipso marcescit anima mea. Item considerandū est quod Eliud (sicut & tres alij credebant) omnes infirmitates pro peccato homini aduenire nō tamen principaliter ad puniendum putabat: sic sonabant verba illorum trium, sed magis ad redarguendum, & quia Iob non solum videbatur conquestus fuisse, quod Deus ei non loqueretur, sed etiā quod ipse accedere non posset ad colloquendum Deo, & ad ponendum iudicium suum corā ipso, vt patet supra, 2, 3. Ideo huic quaestioni satisfacit, quā est homini non pateat manifeste accessus ad Deum, sunt Angeli medij inter Deum & homines, qui iustitiam Deo proponunt, non quasi eum instructes, sed sicut suis desiderijs homines adiuuantes, & sic nihil deperit homini, quod ipse per seipsum vsque ad solium Dei nō potest accedere, vt ei iustitiam suae causae proponat, vnde ad hoc ostendendum subdit, *Si fueris pro eo.* Id est, pro homine afflicto. *Angelus loquens.* Id est, intercedens, & ne timeretur quod vnus Angelus non sufficeret ad interpellandū pro omnibus subdit, *Vnus de millibus.* Secundum illud, quod supra, 3. dictum est. Nunquid est numerus militum eius, *Vt enunciet hominis equitatem.* Scilicet Deo, hominis, scilicet afflicti, & *II* *dicet.* Id est, Angelo imperabit. *Libera eum.* Vt scilicet sicut ipse est allegator iustitiae hominis apud Deum, ita etiā ipse sit exequutor diuināe misericordiae apud homines & a quo liberandus sit subdit: *Vt non descendat in corruptionem.* Id est, in mortem, & vt hanc liberationem, Deo esse gratam ostendat, subdit ex persona Dei dictum: *Inueni in quo ei propitius.* Id est, apparet in homine aliquid equitatis, ex quo ei miserrere possum quam querebam, & quia primo sup. 7. Quasi reparari nō posset, dixerat, induta est caro mea putredine, & ad hoc excludendum subdit, *Consumpta est caro eius a supplicijs.* Quasi dicat, hoc meae potestati nō praedudicat, vnde

subdit, *Reuertatur ad dies adolescentiae suae.* Id est, recuperet vigorem sicut in adolescentia. Sic igitur positus Dei verbis liberatis, Eliud vtens suis verbis, describit modum liberationis humanae, dicens, *Deprecabitur Deum.* Quasi dicat nō sufficit quod angelus pro eo loquatur, sed ad hoc quod liberetur, oportet quod ipse etiā pro se oret. Vel aliter potest cōtinuari, quia enim supra ostēderat, quod homo non potest cōqueri de hoc quod iudicium suum coram eo ponere non potest, quia Angelus pro eo efficaciter proponit, nūc ostendit quod etiā ipse pro se proponere potest orando, vt ostendat etiā hoc esse efficax, sicut & primum subdit. *Et placabilis erit ei.* Scilicet Deus homini secundum illud, Benignus & misericors est, & placabilis super malitiam, & ex hoc sequitur in homine fiducia cogitandi de Deo cum quadam spiritali laetitia, vnde subdit, *Et videbit.* Scilicet homo. *Faciem eius.* Id est, considerabit bonitatem ipsius, in praesenti quidem vita imperfecte, in futura autē perfecte. *In iubilo,* id est, in quodam inexplicabili gaudio, & sic, *reddet.* Scilicet Deus. *Homini iustitiam suam.* Id est, remunerabit eum pro meritis, remoto impedimēto peccati, sed hoc esse non potest, nisi homo humiliter suum peccatum recognoscat & confiteatur, vnde subdit, *respiciet homines.* Quasi vltro se offerens ad confessionē peccati, vnde subdit, *Et dicet peccavi.* Et vt non credatur ex humilitate dicere subdit: *Et vere dereliqui.* Quod inducit cōtra Iob, quia supra dixerat. *Non peccavi,* & in amaritudinibus moratur oculus meus, & in sua cōfessione non murmurabit de poenae grauitate, vnde subdit, *Et vt eram dignus non recepi.* Quasi dicat, grauiorem poenam merui, & hoc videtur dicere contra hoc quod Iob supra, 6. Dixerat, vtinam appenderetur peccata mea, quibus iram merui, & fructum humilitatis ostendit subdens, *Liberauit animam suam.* Non confitendo peccatum, *Ne pergeret in interitum.* id est, in mortem corporalem, scilicet vel spiritalē, vt vltius bona cōsequeretur, vnde subdit. *Sed viuens videret lucem.* Scilicet vel corporalem vel spiritalē sapientiae, & quia Deus non statim hominem finaliter damnat, sed multotiens monet, ideo subdit, *Ecce haec omnia.* Scilicet quae pertinent ad instructionē per som-



nia & increpationem, per dolores & sanationem. Operatur Deus tribus vicibus, id est, multotiens quadiu uiderit expedire, sed vitur numero ternario; vt cogruat humani consuetudini, per quam solēt homines ter moneri vel citari, & hoc non facit vni tantum, sed omnibus indigentibus, vnde subdit, *per singulos*. Quos scilicet uiderit instruedos & increpandos, & assignat vtilitatem subdens, *Vt reuocet animas eorū à corruptione*. Quod pertinet ad liberationem à malo. *Et illuminet luce viuentiū*. Quod pertinet ad consequuionem bonorum, & potest vtrunque exponi corporaliter vel spiritualiter. Quod autē dicitur hic, de tribus vicibus referēdum est ad duos secundos modos loquutionis. Nam de primo dictum est, quod secundo ad ipsum, non repetit. Inducit autem hoc ad ostendēdum rationem, quare aliquādo peccatores sustinentur in prosperitate, & non statim condemnabantur, & quia videbatur ei quod efficaciter loquutus esset, inducit Iob ad tacite audiendū ea quæ restant, vnde subdit, *attende Iob*. Scilicet corde, & *audi me*. scilicet auribus, & *tace dum ego loquor*. Scilicet ne me impediās, & ne videatur ei auferre facultatē respondendi, subdit: *Si autem habes quid loquaris responde mihi*. Et quasi desiderās eius responsionem subdit, *Loquere*. Et causam desiderij subdit dicens, *Volo enim te apparere iustum*. Quod dicit ad ostendendum quod non intendebat eius confusionem, & quia non credebat eum iustum, subdit: *quod si non habes*. Quid scilicet pro tua iustitia dicas. *Audi me, tace, & docebo te sapientiam*. Quam scilicet ignoras.

CAPITVLVM XXXIIII.

LECTIO I.

**R**onunciāns itaque Eliud, etiam hęc loquutus est. *Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me*. Auris enim verba probat, & guttur escas gustu diiudicat. Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius. *Quia dixit Iob, iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum*. In iudicando enim me mēdaciū est, *violētia sagitta mea absque nullo peccato*. *Quis est vir, vt est Iob,*

qui bibit subsannationē quasi aquam, qui graditur cum operantibus iniquitatē, & ambulat cum viris impiis. Dixit enim. *Non placebit vir Deo, etiā si cucurrerit cum eo*. Ideo viri cordati *audite me*. Absit à Deo impietas, & ab omnipotētē iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorū restituet eis. *Verē enim, Deus non condemnabit frustra, nec omnipotēs subuertet iudiciū*. Quem constituit aliū super terrā, aut quem posuit super orbē quem fabricatus est. *Si dixerit ad eum cor suū spiritū illius & flatū ad se trahet*. Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur. *Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & ausculta vocē eloquij mei*. Nunquid qui non amat iudiciū sanari potest? *Et quomodo tu eum, qui iustus est, intētum condēnas, qui dicit regi apostata, qui vocat duces impios, qui non accipit personas principū, nec cognouit tyrannum cum disceptaret contra pauperē*. Opus enim manū eius sunt vniuersi. *Subito morietur, & in media nocte turbabitur populi, & perter ansibunt, & auferent violentū absq; manu*. Oculi enim eius super vias hominū, & omnes gressus eorū considerat. *Non sunt tenebræ, & non est ymbra mortis, vt abscondātur ibi qui operātur iniquitatē*. Neq; enim vltra in hominis potestate est, vt veniat ad Deū in iudiciū. ¶ Postquam Eliud reprehēdit Iob de hoc quod cum Deo disputare cupiebat, accedit ad disputandū contra illa duo quæ supra præmiserat. Et primo disputat cōtra id quod sicut ibi videbatur, Iob dixerat diuinum iudicium esse iniustū. Et quia hęc materia est valde difficilis & sublimis, non est contentus in hac disputatione, ad solum Iob verba dirigere, præcipue quia putabat in hac materia esse erroneum, sed inuocat sapientes ad hanc rem diiudicandam, hominū autem quidam sapiētiam per seipsos considerant. Et quantum ad hoc dicit. *Audite sapientes verba mea*. Quidam vero de iis quæ ad sapientiam pertinent instruntur, & quātum ad hoc subdit, & *eruditi*. Scilicet ab aliis, *auscultate me*. Re autem alios ad sapientiam inuitat seu ad audiēriam, ostendit subdens, *auris enim verba probat*. Quasi dicat vos inuito ad hoc quod verba mea audientes ea diiudicetis, & inducit similitudinem cum subdit, & *escas guttur diiudicat*. Quasi dicat, sicut gustus habet diiudicare de esca, ita auditus de verbis, Ad quid autem hoc pertineat, exponit subdens: *In-*

*iudicium eligamus nobis.* Quasi dicat, ex communi consensu iudicemus, quid verius sit, & hoc est quod subdit, & inter nos videamus quid sit melius. Vtrum scilicet id quod Iob dixit, aut id quod ego sum contra eum dicturus, vnde consequenter proponit verbum Iob subdens, *quia dixisti Iob, iustus sum.* Hoc idem dixerat, sup. 27. Iustificationem meam quam cœpi tenere, non deseram, & ulterius suam iustitiam manifestauerat, quantum ad multa supra, 31. Subdit autem, *Deus subuertit iudicium meum.* Hoc idem accipit ex hoc quod Iob sup. 27. dixerat. Viuit Deus, qui abstulit iudicium meum. Et ad idem pertinere videtur quod supra, 19. dixerat. <sup>5</sup> Deus non æquo iudicio afflixit me. Quæ quidem verba, Eliud in peius interpretatus est. Iob enim suum iudicium ablatum esse dixerat, quia pœnas sibi irrogatas esse existimabat, non ex iudicio punientis culpam. Sed ex prouidentia probantis iustitiam, vnde supra, 23. dixerat. Probabit me quasi aurum, quod per ignem transit, non autem quicumque non vitur iudicio, subuertit iudicium: Sed solum ille qui iudicium profert, iniustum. Sic ergo interpretatus est quod Iob dixerat. Deus abstulit iudicium, ac si dixisset. Deus subuertit iudicium meum, iniuste iudicando, vnde subdit, *In iudicando enim me, est mendacium.* Id est, falsitas iudicij, quod quidem Iob nunquã dixerat. Sed Eliud hanc esse eius intentionem in verbis præmissis credidit, vt diceret se esse iniuste punitum. Ideo autem hanc opinionem Eliud conceperat, quia non videbat qualiter aliquis absque peccato posset affligi, nisi iniuste, & quia Iob sine peccato se esse dicebat, existimabat quod Iob sentiret se à deo percussum per violentiam contra iustitiam, vnde subdit. *Et violenta est sagitta mea absque peccato.* Quasi dicat, Iob dixisse cum sim absque omni peccato, sagitta qua Deus me vulnerauit, id est, aduersitas immissa violenta fuit & iniusta, & videtur alludere verbis Iob, quibus supra dixerat, <sup>6</sup> sagittæ Domini in me sunt. Postquam ergo hanc diuersitatem Eliud imposuerat ipsi Iob cum super hoc vituperare incipit, dicens: *quis est vir vt est Iob.* Quasi nullus qui vir videatur ita est peruersus, vt ipse natura maxima peruersitas esse videtur, vt aliquis Deum derideat, eius iudicij de-

trahendo, vnde subdit. *Qui bibit subsannationem,* Idest diuinorum irrisionem, & reprobationem. *Quasi aquam,* quæ scilicet & faciliter, & cum refrigerio bibitur: ac si ei imponeret: quod hoc in cõtumeliã Dei prorumperet, & esset tribulationis refrigerium, & absque obstaculo conscientie contradicentis, hoc ageret. Solet autem hoc proprium esse in peccatis perseverare violentiam, vt diuina cõtendant iudicia, vnde subdit, *qui graditur,* idest consentit, cum operantibus iniquitatẽ, qui scilicet iudicia diuina despiciunt, homines autem contra pietatem diuinæ religionis agentes non solum despicunt diuina iudicia, sed etiam ea negant vel afferunt iniusta, quorum participem Iob esse credebat, vnde subdit, & *ambulat cum viris impiis,* qui scilicet pietatem diuinæ religionis abiiciunt. Quare autem eum cum eis consentire dicat, ostendit subdès, *dixit enim non placebit vir Deo, etiã si cucurrerit cum eo,* idest si eum sequutus fuerit per viam iustitiæ, hoc autem Iob non dixerat. Sed verbis eius Eliud abutens, hoc ei imponit: dixerat enim supra vestigia eius sequutus est pes meus, & postea supra dixerat. Mutatus es mihi in crudelem: & in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Ex quibus verbis credebat, Iob hoc sentire quod Deo displiceret quia eum fuerat sequutus, sed Iob prædicta verba retulerat ad exteriorem persequutionem, non ad interiorem reprobationem: quia ergo Eliud verbis Iob abutens, ei imponere nitebatur, quod ipse non sentiebat nec in suis verbis intellexerat. Manifestum est quod tota sequens disputatio contra Iob non erat. Quia tamẽ Eliud existimabat Iob tantæ peruersitatis esse, vt Dei iudicium reputaret iniustum, dedignatur eum super hoc ad disputationem prouocare, sed alios sapientes aduocat ad iudicandum, vnde subdit, *ideo viri cordati,* idest intelligentes, *audite me,* sicut enim cor est principium vitæ corporalis, ita intellectus est principium, totius intellectualis vitæ, vnde & supra, cor pro intellectu posuerat, dicens: & *mibi est cor, sicut & vobis.* In sua autem disputatione Eliud proponit primo, quod probare intendit, quod scilicet in diuino iudicio iniustitia esse non possit. Ipsa enim est Deus, cui debetur pietatis cultus: per suam omnipotentiam omnibus

Iob. 123  
Capit. 3.

Cap. 12.



dominatur leges iustitiæ statuens homini: & ideo cōtra diuinitatem eius esset si impietatem faceret: & ideo dicit, *ab sit ab eo impietas*, esset etiam contra dominium omnipotentia eius, si ad iniustitiam declinaret, vnde subdit, *et ab omnipotente iniquitas*, scilicet absit: remota autem diuina iniustitia. Ostendit modum diuinæ iustitiæ subdens, *opus enim hominis reddet ei*, id est retribuet ei bonum vel malum pro suis operibus, & quia eorum, qui bene operantur, quidam aliis melius faciunt, & eorum qui male operantur, quidam aliis magis peccant: ideo subdit, *et iuxta vias singulorum restituet eis*, scilicet melius meliori, & peius peiori, quod autem in Deo non sit iniustitia, probat.

11 ¶ Primo quidem ex hoc quod si ipse iniustus esset, nusquam iustitia reperiretur, quia ad ipsum pertinet velle iudicium omnium, vnde subdit, *quem constituit alium super terram*, quasi dicat nunquid credendum est quod aliquis sit constitutus à Deo, qui iniuste iudicet omnem terram, si apud ipsum non est iniquitas, ideo autem dicit credendum non esse quod alius terram iudicet, quia idem est factor mundi & gubernator, vnde sicut alij nulli commisit, quod faceret mundum. Ita nulli alij præposuit gubernationem mundi, & hoc est quod subdit, *aut quem posuit super orbem quem fabricatus est*. Ita etiam per seipsum orbem gubernat & iudicat, habet quidem gubernationis suæ excusatores tanquam ministros, sed ipse est omnium ordinator, nullo autem modo possibile est quod vniuersalis mundi gubernatio sit iniusta.

12 ¶ Secundo ostendit quod apud Deum non sit violentia & iniquitas per experimentum, tanta enim eius potentia, qua res conseruat in esse, vt si violentia vti vellet contra iustitiā, omnes homines subito posset extinguere, vnde subdit: *si dixerit*, scilicet Deus, *ad eum*, scilicet ad hominem conseruandum, *cor suum*, id est voluntatem suam, *spiritum suum*, id est animam eius, *flatum*, id est corporalem vitam: ex anima subsequutam, *ad se trahet*, id est ad eum scilicet sua virtute à corpore separans: secundum illud, & spiritus reuertetur dominum qui dedit illum. Ablato autem spiritus diuinitus homini dato, consequens est, vt carnalis vita deficiat: vnde subdit, *deficiet omnis caro simul*, id est species carnis cessabit

Eccl. 12.

13

vlterius in sua componentia resoluetur: vnde subdit, *et homo in cinerem reuertetur*, secundum illud, *Auferes spiritum eorum & deficiet*: & in puluerem suum reuertentur. Puluerem autem in quantum caro resoluitur cinerem nominat vel quia apud antiquos corpora mortuorum igne combusta resoluebatur in cineres: vel quia ea in quæ corpus mortuum resoluitur, sunt quedam reliquie corporalis naturalis caloris, qui in humano corpore vigeat. Quia ergo tam facile est Deo, si velit, in cinerem redigere totum genus humanum, ex ipsa hominum conseruatione apparet, quod ad eos violentia iniusta non vtitur. Quia ergo Eliud putauit prædicias rationes esse sufficientes, ad earum conseruationem Iob inuitat, cum subdit, *si ergo habes intellectum*, vt scilicet vim mearum rationum percipere possis, *audi quod dicitur*, scilicet interioribus auribus, & interiori attentione, *ausculta vocem eloquij mei*, vt scilicet iustitiam diuini iudicij cognoscas. Ad quod etiam eum inducit ex proprio periculo, vel vtilitate, cum subdit: *nunquid qui non amat iudicium: sanari potest*, quasi dicat tu qui sanari indiges, quasi multis infirmitatibus oppressus, hoc consequi non potes nisi si ames diuinum iudicium. Improbatur autem eius sententiā, quam esse putabat, de iustitia diuini iudicij per multa euidencia iudicia diuinæ iustitiæ vnde subdit, *et quomodo tu eum*, scilicet Deum, *qui iustus est*, vt scilicet per multa apparet interim, *intantum condemnas*, vt scilicet eum dicas iudicij subuersorem, ad commendationem autem diuinæ iustitiæ primo assumit quod potentum personas Deus non accipit, sed eos arguit & punit pro suis peccatis: inter potestates autem humanas præcellit regia dignitas, & quantum ad hoc primo dicit, *qui*, scilicet deus, *dicit regis apostasia*, id est non veretur regem arguere de apostasia propriæ perfectionis, qua proficitur se iustitiam seruaturum. Secundum autem locum tenent duces exercituum, de quibus subdit, *qui vocat duces impios*, quasi dicat non timer eos de crudelitate arguere. Tertio loco ponit rectores ciuitatum, cum subdit, *qui non accipit personas principum*, quin scilicet eos arguat & iudicet pro peccatis. Quarto autem loco tangit eos, qui non habent legitimam, sed vsurpata potestatem,

Psal. 103.

14

15

16

17

scilicet tyrannos: & quantum ad id subdit, *nec cognouit*, idest approbavit, *tyrannum*, scilicet destruendo, *cum disceptaret*, scilicet tyrannus contra pauperem quasi dicat nō fuit potentibus contra impotentes, quo ad eius iustitiam pertinet. Et quare eis non deferat subdit, *opus enim manuum eius sunt vniuersi*, scilicet tam magni, quam parui: & ideo paruos non despicit: licet amat sicut sua opera, nec potentes timet, cum suæ potestati subiecti. Et ne crederet aliquis quod potentes Deus solum argueret, non autem eos ulterius puniret, subdit: de eorum duplici pœna.

¶ Primo quidem de morte ex improviso eis superueniente, vnde subditur, *subito morientur*, secundum illud. Subitum non speratur, veniet contritio eius, si enim consueto modo eis mors expectata superueniret, non imputaretur hoc diuino iudicio, sed inferioribus causis.

¶ Secundo ponit pœnam rebellionis subditorum, per quã potestatem amittunt, vnde subdit, *in media nocte turbabuntur populi*, idest populi regibus & principibus subiecti. Subito curuabuntur ex aliqua occulta machinatione, ad hoc quod principes suos deserant, vnde subdit, *pertransibunt*, scilicet dominium commutantes, & auferentur, idest deponent à domino vel etiam occident, *violenter*, idest eum qui spreta iustitia violentiam subditis inferebat, *absque manu*, scilicet armatorum. Cum enim aliquis princeps ab extraneis auferatur, requiritur quod habeant manum armatam contra ipsum sed quando subditi, in quibus erat tota eius potentia subito eum deserunt, videtur auferri sine manu: quãuis, & hoc possit referri ad pœnam populorum, sed primum melius est, quia nũc agitur de iustitia, quam Deus exercet in magnos, postea autem dicitur de iustitia, quam exercet in populos. Vt autem huiusmodi pœnæ ex diuino iudicio prouenire credantur, subdit, *oculi enim eius*, idest prospectus diuinæ prouidentia, *est super vias hominum*, idest super opera eorum & vt exprimat Deum singulariter omnia particularia opera humanorũ cognoscere, subdit, *omnes gressus eorum*, idest omnes processus operationum humanarum, *considerat*, scilicet distinguit: non solum in generali. Posset autem aliquis credere, quod quia

Deus lux est, impij autem in tenebris sunt, quod occulentur à Deo. Sed hoc excludit subdendens, *non sunt tenebrae*, scilicet ignorantia, & *non est umbra mortis*, idest obscuritas culpæ ad mortem, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem, quasi dicat sicut ipsi cognoscere Deum nolunt, ita Deus eos non cognoscat, dicitur tamen eos ignorare, reprobando. Et quia dixerat principes pro suis peccatis subito mori & auferri, quod videtur esse irremediabilis pœna, huius rationem ostendit consequenter, ex hoc quod ex quo Deus hominem iudicat pro suis peccatis, subito mori: & finaliter condemnandum non datur homini facultas, vt ulterius in iudicio deueniat cum Deo: & hoc est quod subdit. *Neque enim ultra*, scilicet postquam Deus iudicat eum condemnandum. *In hominis potestate est, vt veniat ad eum in iudicium*. Quasi dicat Deus sit propter eum suum iudicium retracturus: & hoc præcipue videbatur dicere contra Iob qui postquam condemnatus erat ad pœnam: supra vigesimo tertio dixerat. Veniat, vsque ad solium, eius ponam coram eo iudicium.

## LECTIO II.



Conteret multos, innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Nouit enim opera eorum, & idcirco inducet noctem, & conterentur. Quasi si impios percussisset eos in loco videntium, quasi de industria recesserunt ab eo: & omnes vias eius intelligere noluerunt. Vt peruenire facerent ad eum clamorem egens, & audiret vocem pauperum. Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnetur? Ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum? Et super gentes, & super omnes homines, que regnare facit hominem hyppocritam propter peccata populi. Quis ergo ego loquutus sum ad Deum, te quoque non prohibebo. Si erravi, tu doce me. Si iniquitatem loquutus sum, ultra non addam. Nunquid à te Deus expetit eam, quia displicuit tibi? Tu enim cepisti loqui, & nō ego. Quod si quid nosti melius, loquere. Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me. Iob autem stultè loquutus est



14 & *verba illius non sonant disciplinam. Pater mi probetur Iob*  
15 *vsque ad finem. Non desinas ab homine iniquitatis, qui addidit*  
16 *super peccata sua blasphemiam. Inter nos interim constringatur, & tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum.*  
1 ¶ Duo sunt propter quæ homines maximè solent à iustitia declinare. Quorum primum est, quia deserunt magnatibus. Secundum est, quia deferunt multitudini contra iustitiam. Ostendat autem super profectiõem diuine iustitiæ quod nec etiam multitudinì peccantiũ defert. vnde dicit: *Conteret multos*, scilicet peccatores eos occidendo vel aliter puniendo: & ne credatur vsque ad aliquam certam quantitatem multitudinis, præcedere diuinam iustitiam, & non ultra, subdit: & *innumerabiles*. Quasi dicat certo numero cõprehendi non possunt illi quos propter peccata Dei iustitia conterit: sed ne ex hoc deperire credatur humani generis status, & stare faciet alios pro eis. Quia scilicet quibusdã morientibus alij succedunt: & quibusdã à prosperitate decedẽtibus, alij subleuantur: vt sic quodammodo vniformitas in genere humano appareat. Solent autem contingere, quod quando sunt multi puniendi, non possunt iudices singulorũ causas diligenter perscrutari. Sed ne hoc de Deo credatur, subdit: *Novit enim opera eorũ*. Quid scilicet vnusquisq; mereatur: & ideo singulis secundũ sua merita retribuit: vnde subdit, *idcirco inducet noctem*. id est, subitam & inopinatam aduersitatem, & conterentur. scilicet ex improuiso. Quare autem in nocte opprimatur, ostendit ex hoc quod cũ ipsi possent videre illud, quod eis expediebat, hoc contempserunt. Et ideo iustum est vt non detur eis facultas prouidendi superuenientia mala ad cauendum. & hoc est quod subdit: *quasi impios*. id est, pietatis notitiam respicientes. *percussit eos*. scilicet existentes, *in loco videntium*. id est, in statu, in quo videre poterãt: tum per naturalem rationem, tum per sacram doctrinam, quid esset faciendum, & quid esset vitandũ: sed hoc ipsi respuerunt. vnde subdit: *qui quasi de industria recesserunt ab eo*. scilicet Deo peccantes ex certa malitia. Vnde ponit consequenter in eis ignorantiam affectatam, cum subdit: & *omnes vias eius*. id est mandata Dei, intelligere noluerunt, & sic patet: quod propter ignorantiam

non excusantur, sed magis damnabiles reddũtur. Effectum autem huius malitiæ affectatæ ostendit, subdens: *vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni*. Quasi dicat intantum ostendunt se viarum Dei ignaros, vt pauperes opprimerẽt, quos Deus exaudit. Vnde sicut non exhorrent pauperum oppressiõnem, ita non timet Dei indignationẽ. vnde subdit, & *audiret vocem pauperum*. Quasi dicat paruipendunt quod Deus voluntatem suam adhibet ad pauperes exaudiendum. Et quia multitudinis contritiõnem attribuerat iudicio diuino: posset autem aliquis credere hoc peruenire non ex diuino iudicio, quod aliqua multitudo conteritur, & alia prosperatur: sed per alicuius potentis principis aut gubernationem aut impugnationem: ideo ad hoc excludendum subdit: *Ipsa enim cõcedente pacem quis est qui condemneret?* Quasi dicat, ideo dico quod ipse est qui conterit multos & innumerabiles, quia si ipse vellet eis pacem temporalis prosperitatis concedere, nullus posset multitudinem condemnare: Et econtrariõ, si ipse condemnare intendit, nullus est qui possit pacem præbere. vnde subdit: *ex quo abscondit*. scilicet faciem suam subtrahendo, scilicet, suæ consolationis præsentiam. *quis est qui contempletur eum?* id est qui possit in eo consolationem inuenire, quasi eius pulchritudinem vidẽdo. Est autem & alia pœna multitudinis præter contritiõnem: qua scilicet affligitur tyrãnorum dominio: & quantum ad hanc pœnam subdit, & *super gentes & super omnes homines*. Quasi dicat non solum in vna genere iudicium suum exercet per contritiõnem, vel tyrannorum præsiõnem: sed etiam in omnes homines: & subdit de tyrannorum oppressiõne, *qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi*. Qui scilicet ex eius regimine affligitur: in quo videtur respondere quæstioni, quam Iob proposuerat supra. Quare impij viuunt & confortati sunt sublimatq; diuitiis. Hoc enim esse asserit, non propter eorum merita, sicut ibidem Iob probauerat: sed propter aliorum demerita, qui ex eorum prosperitate puniuntur. Sic ergo manifestata iustitia Dei ex iudiciis, quæ exercet in principes & in multitudinem, dat locum respondendi, vnde subdit: *Quia ergo ego loquutus sum ad Deum*. id est ad



ea quæ ad Dei honorem spectat. *te quos; nõ prohibebo.* Dant  
9 scilicet tibi locum respondendi: & ad quid debeat sua re-  
sponse tendere, ostendit dicens: *si errauit.* scilicet sicut aliis  
amicis tuis imposuisti, scilicet quod essent cultores peruer-  
sorum dogmatum, *tu doce me.* scilicet veritatẽ tuam: vt pos-  
sim ab hoc errore liberari. Potest autem aliquis in loquendo  
deficere, non solum errando cõtra veritatem doctrinæ,  
sed etiam in particulari iudicio deficiendo contra veritatẽ  
iustitiæ. vnde subdit: *Si iniquitatem loquutus sum vltra non*  
10 *addam.* Ostendens, scilicet correctioni se paratum: Et quia  
existimabat quod Iob contra eũ grauer turbaretur. Con-  
sequenter ostendit eius turbationem esse iniustam, subdẽs.  
*Nunquid ad te Deus expetit eam.* Quasi dicat etiam dato  
quod sim iniquitatem loquutus: tu pro eo nõ debes respõ-  
dere. vnde non debes pro hoc turbari, vnde subdit: *quia di-*  
*splacui tibi.* scilicet per inordinatã animi turbationem: ostẽ-  
dit autem consequenter. Secundo quod nõ debet inde gra-  
uiter turbari, quia ipse Iob verba inceperat dicens: *Pereat*  
*dies.* &c. ex quibus tota disputatio habuit ortum. vnde di-  
11 cit, tu enim cõcepisti loqui & non ego. Tertiõ ostendit eum  
non debere grauer turbari, quia ipse etiam habet facultat-  
um dicendi, quod sibi placuerit. vnde subdit, *quod si quid*  
*nostri melius.* scilicet quam ego dixerim. *loquere.* scilicet ostẽ-  
12 dendo errorem vel iniquitatem meam. Et ne videretur hoc  
dixisse, quasi dubitans de sua iustitia ex veritate suorũ ver-  
borum, intendit asserere consequenter Iob in sapientia &  
intellectu deficere. Et propter hoc reputabat eum indig-  
num sua disputatione: cuius vna pars pertinet ad oppo-  
nentem in qua maximẽ requiritur acumen intellectus ad  
inueniendum rationales vias ad propositum ostenden-  
dum. vnde subdit: *Viri intelligentes loquantur mihi.* scilicet,  
mihi obiiçientes. Altera verõ pars disputationis pertinet  
ad respondentem, in quo maximẽ requiritur sapientia. vnde  
bene iudicet de subauditis. vnde subdit: *& vir sapiens*  
*audiat me.* scilicet opponentem paratus ad respondendum.  
13 Horum autem defectũ in Iob ex eius verbis collegerat. vnde  
subdit: *Iob autem stultus.* id est contra sapientiam. *loquutus*  
*est.* Quantum scilicet ad hoc quod reputabat eum aliquid

dixisse contra rectitudinem diuini iudicij. & verba illius nõ  
sonant disciplinam. Quæ scilicet pertinet ad ordinatã intel-  
ligentiam: & hoc videtur retulisse ad hoc quod Iob se ius-  
tũ assererat. Et quia Iob istos defectus in se non recogno-  
14 scebat, conuertit Eliud verba sua ad Deũ postulans, vt Iob  
suos defectus recognosceret. vnde subdit. *Pater mi.* id est õ  
Deus quem patrem reputo propter reuerentiam, quã ad  
te habeo, iustitiam tuam vbique defendens. *Probetur Iob.*  
id est ostendatur tibi per flagella suos defectus. *vsque ad finem.*  
id est vsque ad mortem. Et huiusmodi petitionis ius-  
15 titiam ostendit subdẽs, *Ne desinas ab homine iniquitatis.*  
Quasi dicat iniquitas sua hoc meretur: vt flagella non ces-  
sent. Et ad maiorem exaggerationem subdit, *qui super pec-*  
*cata sua.* scilicet præterita pro quibus flagellatus est. *Addit*  
*blasphemiam.* vt scilicet se iustũ, Deum verõ asserat iniustũ:  
pro quo exoptat ei. Primõ quidem penam in præsentia. vn  
16 de subdit, *Inter nos interim constringatur.* scilicet aduersita-  
tibus. Secundo autem innuit penam futuram. vnde subdit,  
*& tunc.* scilicet iam temporaliter afflicus, ad iudicium. scilicet  
futura: vltionis. *provoce sermonibus suis Deum.* Quibus  
scilicet contra eum blasphemat.

## CAPITVLVM XXXV.

## LECTIO I.



**I** Citur Eliud hæc rursus loquutus est. Nunquid  
1 equa videtur tibi tua cogitatio, vt diceres iustus  
2 Deo sum? Dixisti enim. Non tibi placet quod re-  
3 ctum est: vel quid tibi proderit, si ego peccauero  
4 Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis  
5 tuis tecum. Suspice calum & intueri, & contemplare ethera,  
6 quod altior te sit. Si peccaueris, quid ei nocebis? Et si multiplicata  
7 fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porro si iuste  
8 egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Homini  
9 qui similis tui est, nocebit impietas tua: & filium hominis adiua-  
10 bunt iustitia tua. Propter multitudinem calumniatorũ clama-  
11 bunt: & eiulabunt propter vim brachij tyrannorum. Et non di-

12 *ait ubi est Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Quis docet nos super iumenta terre: & super volucres caeli erudit nos.*  
 13 *Ibi clamabunt, & non exaudiet propter superbiam malorum.*  
 14 *Non ergo frustra audiet Deus, & omnipotens causas singulorum.*  
 15 *intuebitur. Etiam cum dixeris, non considerat iudicare corā illo*  
 16 *& expecta eum. Nunc enim non infert furorem suum: nec vici-*  
 17 *scitur scelus valde. Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat.*

1 ¶ Postquam Eliud improbauerat verba Iob, quantum ad hoc, quod sicut ipse existimabat, imposuerat iniquitatem diuino iudicio. Hic intendit improbare verba eius, quantum ad hoc quod dixerat se esse iustum, vnde dicitur: *Igitur Eliud hoc rursus loquutus est.* interrupto, scilicet sermone: expectans si Iob responderet, quo non respondente: iterato sermonē assumpsit dicens: *Nūquid equa videtur tibi tua cogitatio, vt diceres iustior Deo sum?* Hoc quidem nunquam dixerat: nec Eliud ei imponit quod verba protulisset: sed quod verba quae protulit, ex hac cogitatione prouenirent. vnde signanter fecit de cogitatione mentionem. Ex quibus autem verbis hanc cogitationem eum habuisse Eliud ostendit, subdens: *Dixisti enim non tibi placet quod bonum est.* Alia litera habet quod rectum est, vel quid tibi prodest si ego peccaui. Hæc duo verba in præmissis Iob verbis nunquam inueniuntur, sed primum horum, scilicet, quod Deo non placeat quod bonum est. Videtur accipere ab eo quod Iob supra dixerat. Si impius fuero, vix mihi est: si iustus, non leuabo caput. quod Iob dixerat ad signandum, quod temporalibus pœnis iusti pariter & iniusti affliguntur: sed Eliud hoc interpretabatur esse dictum, quasi Deo hominis iustitia non placeret. Hoc verò quod secundò proponit, quid tibi prodest si ego peccaui: nūquam legitur Iob dixisse, sed hoc accipere, voluit ex hoc quod idem Iob dixerat: si peccaui & ad horam pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris. quod Iob dixerat ad ostendendum, quod prosperitas temporalis non semper innocentiam comitatur. Alioquin ipse prosperitatis tempore innocens fuerit, dimissis sibi peccatis, nec erat ratio quare post peccatorum remissionem iterato à Deo peccatis mū-

daretur.

daretur. Sed Eliud ad hanc sententiam hæc verba retorfit quasi Iob putauerit peccatū suū, aut pœnam peccati Deum induxisse propter suā vtilitatē. Ex iis autē duobus. scilicet quod Deo nō placeret quod bonū est: & quod ipse vtile sibi reputaret peccatū, sequi videretur: quod Iob iustior Deo esset, eū de se supra dixerit, quod displicuerint ei mala, & placuerint bona. Cōcludit autē ex præmissis propter eorū absurditatē se cōpelli ad respōdendū. vnde dicit. *Itaq; ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecū.* Qui. scilicet talia dicentē cōuincere nō poterūt. Et incipit ab eo quod vltimo dictū est: ostendēs quod Deus nō potest iuuari nec ledi ex operibus nostris bonis vel malis: & hoc propter eius sublimitatē quā primo proponit dicēs, *Suspice. i. sursum inspice. calum.* quod. scilicet sedes Dei. & intue. i. visu. & contemplare. scilicet mente. *eithera.* id est totū superius corpus: ex cuius non solū altitudine, sed etiam magnitudine motu & ornatu cōuincere potes. hoc. scilicet. quod altior te sit. intantū. C. quod opera tua ei nec proficere, nec nocere possunt. vnde subdit, *Si peccaueris scilicet vel in te, vel in Deum. quid ei noceris?* Q. d. ex hoc detrimentū patietur. Quantū autē ad peccata quae committuntur in proximū subdit: *& multiplicata fuerint iniquitates tue.* quibus scilicet iniuste proximos lædis. *quid facies contra Deum.* quasi dicat in nullo ex hoc lædatur. Quantū ab bona quae in proximū sunt subdit. *Porro si iuste egeris.* scilicet ius suum proximis reddens. *quid donabis ei?* quasi dicat quid ipse ex hoc luerabitur. Quantū autē ad operā diuini cultus, subdit: *aut quid de manu tua accipiet.* scilicet in sacrificiis & oblationibus, quasi dicat nihil secundū illud. Non accipiam de domo tua vitulos. Et quia posset aliquis credere quod ad eum non pertineret. Vtrum homo ageret iuste, vel iniuste. ad hoc excludendū subdit, *Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua.* qui scilicet susceptibilis est nocumētī. & solum hominis adiunabit iustitia tua. Qui scilicet auxilio iustitiæ indiget: propter hoc prohibetur à Deo impietas, & iustitia mandatur: quia Deo est de hominibus cura. quia per hoc vel iuuantur vel læduntur. Et ex hac fide cōtingit: quod oppressi clamant ad Deum contra oppressores: quorum quidam dolose opprimunt per calumniam. vnde sub-

Y





dēt quantū ad hos. *propter multitudinem calumniatorum clamabunt.* scilicet ad Deum quia ab eis illi oppressi sunt. quidam verō opprimunt manifestē per violentiam: & quantū ad hos subdit. *Et iurabunt propter vim brachij tyrannorum.* id est clamabunt ad Deum propter violentiam & potentiam tyrannorum. Ex quo datur intelligi quōd non solum Deo prodest quōd aliquis peccat: sed ei displicet & punit. alioquin frustra clamarent oppressi.

- 11 ¶ Deinde conuertit se ad improbandum aliud verbum, quod pramiserat: non tibi placet quod rectum est. quōd diuina sapientia repugnaret. Quod primo quidē apparet in rerū creatione. vnde dicit. *Et non dixit.* scilicet Iob sentiens quōd Deo bona nō placerēt. *vbi est Deus qui fecit me.* Non enim Deus fecit res nisi propter bonū. vnde dicitur. Vidit Deus quod bonū. &c. vnde manifestū est quod placet Deo bonum. Secundō inducit beneficium humanæ instructionis, quo aliqui instruuntur ad bonū ex reuelatione diuina. vnde subdit. *qui dedit.* scilicet per reuelationē. *carmina.* humanæ instructionis dogmata, quæ ab antiquis multotiens carminibus cōprehendebātur. *in nocte.* id est literā in somnio nocturno, vel in quiete cōtēplationis: sed obscuritate visiois. Nō autē erudiret homines ad bonū familiariter, nisi bonū ei placeret. Tertio inducit infusione verbis hoīs: quo bonū à malo discernit per rationē in qua excedit bruta. vnde subdit. *qui docet nos super iumēta terre.* quæ ratione carēt. Et quia antiqui auiū garritus & motus obseruabant, quasi diuinitus instructarum, ac si rationē haberent. Ideo ad hoc excludendū subdit. *super volucres cæli erudit nos.* quæ etiam rationē non habēt: Et quia odit malū, & placet ei bonū. ideo oppressos clamātes audit: vnde subdit. *illi clamabunt.* scilicet calūniatores & tyranni quasi petētes à Deo desideriorū suorum impletionē, *Et non exaudiet.* scilicet Deus, & hoc propter superbiam malorum, scilicet hominum secundū illud. Respexit in orationē humiliū. Et ne crederet aliquis Deum in differenter omnes exaudire, subdit. *non ergo frustra.* id est sine ratione. *exaudiet Deus.* Quia scilicet iustissima ratione hos exaudit, & non illos. vnde subdit. *Et omnipotens singulorum causas intuebitur.* vt scilicet

Genesi. 1.

Psal. 101.

14

dignos exaudiet non indignos. Maximē autem videtur 15 quod Deus singulorū causas nō videat, ex hoc quandoque impij prosperantur: sed ad hoc excludendum subdit. *etiam cum dixeris.* id est corde tuo cogitaueris. *non considerat.* id est Deus facta hominū. *iudicare coram illo.* id est præparare: vt iudiciū eius suscipias. *Et expecta eum.* scilicet in futurū iudicantem. Et si hic nō puniat: tardat enim vt in futuro gra- 16 uius cōdemnet. vnde subdit. *nunc enim.* id est in præsentivita. *nō aufert furorē suū.* id est magnitudinē pœnæ. *nec vlciscitur scelus valde.* id est non punit in præsentī secundū quod exigit grauitas culpæ. quia pœnæ præsentis vite sunt ad correctionē: & ideo illi quos correctione indignos iudicat, futuræ damnationi referuat. & hæc est alia ratio: quare impij in hoc mūdo prosperantur: in quo cōcordat cū opinione Iob. Sed quia eius verba prauē intellexerat, ideo ea reprehēdit. 17 cōcludens. *ergo frustra Iob.* id est sine causa. *aperit os suum.* quasi prolixitatem sermonis in eo reprehendens. *absq; scientia.* verba multiplicat in quo arguit in ipso ignorantiam & loquacitatem inutilem.

CAPITVLVM XXXIII.  
LECTIO I.

Audens quoq; Eliud hæc loquutus est. Sustine me 1 paululum, & indicabo tibi. Adhuc enim habeo 2 quod pro Deo loquar. Repetam scientiam meam à 3 principio, & operatorem meum probabo iustum. 4 Vere enim absq; mendacio sermones mei, & perse 5 Et scientia probabitur tibi: Deus potentes non abiicit, cū ipse sit potens: sed non saluat impios: & iudicium pauperibus tribuit. Non auferet à iusto oculos suos, & reges in solio collocat in perpetuum, & illic eriguntur. Et si fuerint in cathenis, & vinciantur. 7 finibus paupertatis: indicabit eis opera eorum, & scelera eorum: quia violenti fuerunt. Reuelabit quoq; aurem eorū, vt corripiat: 8 Et loquetur, vt reuertantur ab iniquitate. Si audierint & obser- 9 uauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria. 10 Si autem nō audierint, transibunt per gladium, & cōsumēt in stultitia. Simulatores & calidi prouocāt irā Dei, neq; clamabūt, 11 cū vincili fuerint. Morietur in tēpestate anima eorū, & vita eorū 12

13 inter effeminatos. Eripit de angustia sua pauperem, & reuelat  
14 bit in tribulatione aurem eius. Igitur saluabit te de ore angustio  
15 latissime: & non habente fundamentum subter se. Requies ante  
16 mensa tua erit plena pinguedine. Causa tua quasi impij iudicata  
17 est, causam iudiciumq; recipies. Non te ergo superet ira, vt ali-  
18 que opprimas, nec multitudo donoru inclinēt te. Deponē magni-  
19 tudinem tuā absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine.  
20 Ne protrahas noctem, vt ascendant populi pro eis. Causa ne decli-  
21 nes ad iniquitatem. Hanc enim cepisti sequi post miseriam.

1 ¶ Præmiserat Eliud supra duo in verbis Iob, contra quæ  
disputare intēdebat. Primò quia dixit se esse iustū, & quod  
Deo imposuerat iniquitatē iudicij, prout Eliud verba Iob  
interpretatus fuerat: & cōtra hæc duo Eliud in superioribus  
iam disputauerat, nūc iterato per aliam viā contra eadem  
disputare intēdit. vnde dicitur, *Addens quoq; Eliud. s. sub-*  
*sequētes rationes ad præmissas. hæc loquutus est. scilicet quæ*  
2 *sequūtur. Inter quæ primo eū ad attentionē excitat, Sustine*  
*me paululū.* Quia scilicet breuiter sub vna responsione cō-  
tra duo præmissa disputare intendit. vnde subdit, & *indica-*  
3 *bo tibi.* scilicet veritatē rei de qua agitur. Et ne videatur su-  
perfluus, quasi scilicet hoc iam supra ostēdisse videbatur,  
quod volebat, subdit: *Adhuc enim habeo quod pro Deo lo-*  
*quar.* Q. d. adhuc mihi aliæ suppetūt rationes: quibus equi-  
4 *tatē diuinę iustitię defendā.* Et quia cōtravtrūq; præmissorū  
iterato intēdit rationes inducere, subdit: *Repetā scientiā*  
*meam à principio.* Quasi dicat contra totū id quod est dictū  
iterato secūdū meam sententiā rationes adducam: & quod  
huiusmodi rei sit debitor, subdit: & *operatorē meū.* i. Deum  
qui me fecit. *probabo iustum.* Excludēs, scilicet iniquitatē ab  
eius iudicio, quā tu Iob ei imponere videris, vt te asseras iu-  
5 *stū.* Et ne aliquis diceret: quod ea quæ dicturus erat, non ex  
vera scientia sed ex falsā opinione procedebāt, subdit: *Verē*  
*enim absque mendacio sermones mei.* Quasi dicat non sum dic-  
turus nisi vera, quæ rectæ scientiæ conueniunt. vnde sub-  
dit: & *perfecta scientia probabitur tibi.* id est probationes se-  
quentes tibi concludent ex iis quæ videntur pertinere ad  
perfectam scientiam.

¶ Iis igitur quasi proæmialiter præmissis incipit disputa-

re super præmissis verbis quæ Iob imponebat. Et primo cō-  
tra hoc quod Iob dixerat se esse iustū. ad quod excludēdū  
hoc modo procedit. Tam prosperitatis tēpore magnæ pote-  
statis erat. Cōtingit autē quādoq; quod aliqui potētes per-  
sequantur, vel propter inuidiā, vel propter timorē, quo tim-  
ment ne ab eis per potentiā opprimātur: quod quidē pro-  
prie est impotētū: qui & potētibus inuidēt, & eorū oppres-  
sionibus timēt: sed hoc de Deo dici nō potest, qui est in po-  
tētia excellēs. vnde subdit, *Deus potētes non abiicit, cū ipse sit*  
*potens.* Ex quo datur intelligi quod Deus nihil in homine  
odit, in quo ei assimilatur. Quia cum Deus sit ipsa essentia  
bonitatis, non potest esse quod aliquid simuletur ei nisi in  
bono. Ex quo patet q̄ Deus non persequitur aliquos, quia  
sunt potētes: sed quia in eis quādoq; inuenitur iniquitas: &  
pro hac puniūtur à Deo. vnde subdit, *sed non saluat impios.*  
id est damnat eos. & causam damnationis ostendit subdēs:  
*Et iudicium pauperibus tribuit.* id est iudiciū facit de poten-  
tibus iniquis pauperibus qui ab eis sunt oppressi. Nō autē  
propter potentiā defisit à subuentione iustorū. vnde sub-  
dit, *non auferit à iusto.* scilicet homine etiā potēte. *oculos suos,*  
id est prospectū suæ benignitatis & misericordiæ secundū  
illud. Oculi domini super iustos. & quod à potentibus si  
sunt iusti, non auferat suam misericordiā, manifestat per be-  
neficia quæ potētibus confert. Primo quidē stabilitudo po-  
testatē eorū. vnde subdit: & *reges in folio collocat in perpetuū,*  
scilicet si fuerint iusti. Secūdo quia eos promouet in maius.  
vnde subdit, & *illic. s. in folio collocati. eriguntur.* i. ad ma-  
iora exaltātur: dū. s. Deus eis & potentiā & diuitias auget.  
Tertiò per hoc quod etiā si puniti fuerint propter peccata, 7  
miseretur eorū, si pœnitere voluerint. vnde subdit: & *si sue-*  
*rint.* scilicet reges. *in cathenis.* & in carcerē positi. & *riciātur.*  
id est ligētur. *funibus paupertatis.* i. si in carcerē positi pau-  
peratē patiantur, quæ est quoddā vinculū, quo homines  
ligātur, ne opera sua possint implere. Et in super multis mi-  
seriis astringūtur: & tamē eis sic in miseriis cōstitutis, pri-  
mo quidē Deus hoc beneficiū confert, quod eos recogno-  
scere facit pristina peccata: pro quib⁹ puniti sunt. vnde sub-  
dit, *indicabit eis opera eorū.* i. faciet vt cognoscāt ea quæ fece-

Psalm. 33.



runt esse iniusta, vnde subdit, *scelera eorum*. Quid faciat cognoscere, quod opera quæ fecerāt, erāt scelerala: & quantū ad hoc quæ peccauerint, ostēdit subdēs: *quia violenti fuerūt*. Hoc enim est peccatū propriū potentū, vt subditis violentiam inferāt, vntes sua potentia quasi lege iustitia. Nec solum facit eos peccata sua præterita cognoscere, sed etiam ostendit eis quod pro suis peccatis puniūtur. vnde subdit: *Reuelabit quorū; aurem eorū*. id est, faciet vt intelligant quod eis Deus puniendo loquitur: quod propter peccata sua puniūtur. vnde subdit: *vt corripiat*. Quasi dicat, hic faciet eos recognoscere, quod Deus eos puniuit ad correctionem: & vltorius persuadebit eis quod pœniteant. vnde subdit: *Loquitur*. sicutius: vel per exteriorē admonitiōē, vt reuertatur ab iniquitate pœnitēdo. scilicet à pristinis peccatis & huiusmodi pœnitentiæ fructū ostēdit subdēs: *Si audierint*. scilicet corde proponentes. & obseruauerint. opere implentes reducentes ad statum pristinum. & ita complebunt dies suos in bono. scilicet virtutis vel prosperitatis terrena. & amicos suos in gloria. scilicet terrena. si autem non audierint. id est, si non obediuerint interiori inspiratiōi, vt pœniteant. *transibunt per gladium*. id est de carcere educuntur ad occisiōē gladij. & *consumuntur*. i. destruetur. in stultitia. i. propter stultitiam: Vnde cōsiderādū est quod Eliud in hoc dicitur cū amicis Iob cōuenire, q̄ possint aduersitates præceteres esse pœnæ peccatorū & q̄ per pœnitentiā quis redit ad pristinā prosperitatē. Hæc autē & si aliquādo cōtingat, nō tamē semp̄ secūdū opiniōē Iob. Sed quia quādoq; cōtingit q̄ aliqui aduersitates patiūtur: quorū peccata nō apparent, ne per hoc prædicta eius sentētia elidatur, interpretatur eos simulatores esse, quātū ad hoc q̄ prædēt iustitiā, quā non habēt. & calidos in quātū. castitiis quibusdā vtūtur: ad hoc quod sub colore iustitię iniustitiam faciant: & ex hoc ipso grauius peccant. vnde subdit. *simulatores & calidi prouocant iram Dei*. Quia scilicet hos Deus magis detestatur. Tales etiam non de facili pœnitent in pœnis: ideo ab aduersitate non liberantur, etiam inter flagella, quia existimant se iustos: sicut ab alijs laudantur, vnde subdit. *Neque clamabunt*. scilicet ad Deum misericordiam petentes. Cum

*vincti fuerint*. scilicet cathenis & funibus paupertatis, in quo dat intelligere quod existimauerat Iob simulatōrē & callidum fuisse, & ideo inter pœnas peccatū suum non recognoscat. Et quia tales nō pœnitēt in pœnis, ideo ab aduersitate non liberātur, vnde subdit. *Morietur in tempestate anima eorum*. Quæ scilicet vsque ad mortē diuersas angustias patietur, & *vita eorum*. scilicet deficiet. *Inter effaminatos*. Quibus scilicet non est virtus, vt se de manu opprimentium liberent. Recte autem similitudo effaminatis comparat, quia ex paruitate animi cōtingit, quod homines sint simulatores. Est enim proprium magnanimi esse manifestum, vt dicitur. Et quia dixerat quod Deus potentibus in tribulatione constitutus subuenit, ne videatur Deū dicere acceptorem personarum, ostendit quod etiam idem beneficium pauperibus confert, vnde subdit. *Eripiet pauperem de angustia sua*. scilicet eum ab aduersitate liberādo, & ordinem liberationis ostendit subdēs. *Et reuelabit in tribulatione aurem eius*, id est, faciet eum intelligere, quod pro peccatis suis punitur, & ad pœnitentiā eum inducit, sicut & supra de potentibus dicit. Ea autem quæ supra communit dixerat, applicat ad personam Iob. Et primo quidem quia dixerat quod Deus in tribulatione salutē affert, & pauperibus & potentibus cōcludit quod etiam Iob huiusmodi salutē sperare potest à Deo, cum subdit: *Ideo saluabit te de ore angusto latissimè*, id est, de tribulatione quæ est sicut quoddam foramen angustum, per quod homo in quandam latitudinem diuersarum miserationum intrat, vnū enim malum fit homini causā diuersorum malorū, & huius malorum multiplicatio procedere potest ad infinitum, vt nūquam sit peruenire ad statum quietis, & hoc est quod subdit, & *non habente fundamentum*. scilicet in quo homo possit quiescere, *Subter se*. id est, cum descēderit in profundum malorum, quod præcipuè pertinere videtur ad pœnas quæ sunt post mortem, quæ in perpetuum durant sine quiete. Non solum autem promittit ei liberationem à malis, si peccatum recognoscere & pœnitere voluerit, sed etiam abundantiam bonorum, vnde subdit. *Requies autem mensis tua erit plena pinguedine*. Quasi dicat, cum saturitate, &

Ethic. 4.

13

14

15



16 quiete comedere poteris abundanter de bonis, quæ tibi di-  
 uinitus restituentur. Et quia ostenderat quòd Deus poten-  
 tes nõ abiecit, sed iniquos, Iob autem videbatur à Deo de-  
 iectus per multiplices aduersitates, subdit. *Causa tua quasi  
 impij iudicata est.* Quasi dicat, non es punitus, quia potens  
 eras, sed quia impius, & contra hoc recompensationem re-  
 promittit, si pœnituerit, cum subdit. *Causam iudiciumque  
 recipies.* id est, causa & iudicium restituetur tibi vt possis a-  
 liorum causas discutere & de eis iudicare, & quasi iam hoc  
 factum esset, monet eum qualiter in statu illo se debeat ha-  
 bere. Contingit autem quãdoque quòd iudices à iustitia  
 17 declinant propter iram, & quantum ad hoc, dicit, *non te er-  
 go superet ira.* Vt aliquem opprimas iniuste, quando causam  
 & iudicium recipies, quandoque vero iudices à iustitia de-  
 clinant propter cupiditatem munerum, & quantum ad hoc  
 subdit. *Nec multitudo donorum declinet te.* In illo scilicet statu  
 18 futuræ auctoritatis. Contingit etiam quãdoque quòd ali-  
 quis ex sola superbia aliis iustitiam facere contemnat, &  
 quantum ad hoc subdit. *Depone magnitudinem tuam,* id est,  
 superbiam animi tui, *absque tribulatione,* id est, antequam  
 tibi tribulatio immittatur à Deo ad tuam humiliationem,  
 quandoq; vero contingit quòd iudices à iustitia declinant  
 deferentes aliquibus potentibus propter timorem, & quã-  
 rum ad hoc subdit, *omnes robustos fortitudine.* Scilicet tua  
 deponas, vel quantuncunque robustos in sua fortitudine,  
 19 tu non dubites deponere propter iustitiã. Quandoque au-  
 tem contingit quòd aliqui iudices à iustitia deficiunt, par-  
 cetes propter suam quietem, vnde subdit, *nec protrahas no-  
 ctē.* id est, ne velis nimis dormire, vel quod ad expeditio-  
 nem iustitiæ non intendas vel, *ne protrahas noctē,* id est,  
 non permittas diu latere iustitiam causã, sed festina vt ve-  
 ritas manifestetur, & causam ostēdit subdens, *vt ascendant  
 populi pro eis.* Scilicet robustis, quasi dicat non ita protrahas  
 iudicium quousque totus populus concitetur ex violentiis  
 robustorum, & pro eorum iniuriis ad te inquirendum ac-  
 cedant, vel aliter. *Ne protrahas noctē vt ascendant populi pro  
 eis.* Quasi dicat, ne differas iudicium contra robustos exer-  
 cere, ne forte per suam potentiam inueniant multos fauē-

*Que &  
 quãtasunt  
 que decli-  
 nare faciunt  
 iudices à  
 iustitia.*

res, qui pro eorum defensione confurgant, vt sic tuum iu-  
 dicitum impediatur. Omnia autem ista ad hoc tendunt, vt  
 in statu futuræ prosperitatis iniustitiam vitet, vnde subdit,  
*Cave ne declines ad iniquitatem.* Scilicet, per aliquem prædi-  
 ctorum modorum, vel aliquos alios. Posset autem Iob di-  
 cere hanc admonitionem esse superfluum, quia ipse solebat  
 iustitiam diligenter exequi, sicut supra dixerat, & ideo Eliud  
 subiungit, *hanc enim.* Scilicet iniquitatem. *Cepisti sequi  
 post miseriam.* Scilicet in hoc quòd te reputas Deo iustiorē,  
 & ideo cauēdum est tibi, ne à iustitia declines si te contin-  
 gat ad statum prosperitatis redire.

LECTIO II.

**E**cce, Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei  
 similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari  
 1 vias eius, aut quis audeat ei dicere, operatus es ini-  
 2 quitatem? Memēto quod ignores opus eius de quo  
 cecinerunt viri. Omnes homines vident eum, v-  
 3 nusquisque intuetur procul. Ecce Deus magnus vincens scienti-  
 4 am nostram? Numerus annorum eius inestimabilis. Qui au-  
 5 fert stillas pluuie, & effundit imbres ad instar gurgitum, qui  
 6 de nubibus fluunt qui præterunt cuncta desuper. Si voluerit ex-  
 7 tendere nubes, quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo  
 8 desuper cardines quoque maris operiet. Per hoc enim iudicat  
 9 populos, & dat escas multis mortalibus.  
 ¶ Postquam Eliud improbauerat verba Iob, quantum ad  
 hoc quòd se iustum dicebat, hic nititur improbare verba  
 eius, quantum ad hoc quòd credebat eum loquutum esse  
 contra iustitiã diuini iudicij. Vnde primo proponit subli-  
 mitatem diuinæ potestatis cum dicit, *Ecce Deus excelsus in  
 fortitudine sua.* id est, habet potestatem cæteris sublimiorē,  
 non est autem rationi consonū, vt maior potestas à minorē  
 de iniustitia condemnetur. Secundo proponit eius aucto-  
 ritatem, cum subdit: *Et nullus ei similis in legislatoribus.* Quia  
 scilicet legum conditores per eius sapientiam iusta decer-  
 nūt, vt dicitur. Vnde nullis legibus potest ipse de iniustitia  
 condemnari. Quin potius sua sapientia est regula & men-  
 2 sura omnium legum. Tertio proponit incomprehensibili-  
 tatem operū eius, cum subdit, *quis poterit scrutari vias eius?*



id est, sufficienter inuenire rationes operū ipsius, & ex hoc quasi concludit, quod nō potest de iniustitia condemnari, vnde subdit, *aut quis audeat ei dicere operatus es iniquitate?* Ad hoc enim q̄ aliquis de iniquitate condemnatur, requiritur quod sit subiectus superiori potestati, & quod legibus alienis astringatur, & quod eius opera cognoscantur, quæ in Deo locum non habent, vt dictum est.

3 ¶ Consequenter manifestare incipit quod vias Dei, id est, opera eius homo scrutari non possit dicens, *Memento quod ignoras opus eius, de quo cecinerunt viri.* id est, sapientes, quos viros nominat, propter animi virtutem, dicit autem, *cecinerunt*, propter antiquam sapientum consuetudinem, qui meretricie diuina & philosophica describebant, quantumcūque autē homines aliqui sint sapientes, nō possunt perungere ad cognoscendam & enarrandam sciētiam eius, sed tota hominis cognitio & sermo est de Deo per opera eius, quæ tamen neque Iob neque aliquis alius homo, perfectē cognoscere potest, & ideo subdit, *Omnes homines vident eum.* Scilicet per sua opera, nullus enim adeo in sapientia deficit, qui aliqua diuinorū ope percipiat, & rursus nullus est adeo sapiens, cuius cognitio non multum vincatur ab excellentia claritatis diuinæ, vnde subdit, *Vnusquisque intuetur procul,* id est, cognitio hominis longē distat à perfectā comprehensione diuinæ essentia. Tum quia non potest homo nisi per opera cognoscere quæ in infinitum distant ab excellentia essentia eius. Tum quia etiā opera eius perfectē homo non cognoscit, & ex hoc concludit, quod Deus per suam excellentiam hominis cognitionem excedit, vnde subdit, *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram.* Quod enim à nobis perfectē Deus cognosci non possit, non contingit propter defectū ipsius sicut contingit de motu & tempore, sed propter eius excellentiam. Posset autem aliquis dicere, quod quantum de Deo non possumus cognoscere quid sit, possumus tamen cognoscere de deo an est, quod pertinet ad eius durationē, sed quod hoc etiam excedat hominis cognitionem ostendit, subdens: *numerus annorum eius inestimabilis.* quia videlicet æternitas durationis ipsius humano intellectu comprehendi non potest. Ostendit autem consequēter

magnitudinem operum Dei, quæ humanam rationē excedunt, enumerans diuersas aeris transmutationes, qui quandoque per siccitatem disponitur, & quantum ad hoc dicit, *qui auferit pluuiam & stillas.* Scilicet impediendo ne pluat, quandoque vero in aere abundant pluuiæ, quarum magnitudinē describit, dicens: *effundit imbres ad instar gurgitum.* Qui scilicet fluunt in terra, & huiusmodi abundantia pluuiæ admirabilis apparet, si consideretur pluuiarū origo vt scilicet tanta aqua prorumpat de nubibus, quæ soliditatem nō habent, & quantum ad hoc subdit, *qui, scilicet gurgites, de nubibus fluunt.* Non tamē ita quod actu tanta pluuiā in nubibus existat, sed quia ipsi vapores nubium successiue in pluuias condensantur. Est autem & aliud in pluuiis mirabile, quod longo spatio terrarū supereffunduntur vnde subdit, *quæ prætexunt cuncta desuper.* Scilicet loca in regione in qua pluit, vt nulla pars illius terræ remaneat non completa.

¶ Consequēter de ipsis nubibus loquitur dicens, *Si voluerit nubis extendere quasi tentoriū suū.* Quia scilicet per nubes occultatur cœlū, quod est sedes Dei, sicut sedens alicuius hominis occultatur tētorio. De nubibus autem procedunt fulgura propter collisionē venti, vnde subdit, *fulgurare lumine suo desuper.* Nubes autem quandoque contingunt cœlum vsque ad orientē alicuius regionis, infra quæ extremitates maris claudi videntur, & ideo dicit: *Cardines quoque maris operiet tentorio nubium.* Dicit autem si voluerit, vt ostendat diuinam volūtatem principium esse naturalium operum. Est autem proprium voluntatis, vt propter finem operetur, & ideo finem horum operum ostendit, subdens: *Per hoc enim iudicat populos.* Quantum scilicet ad aliquos qui per hoc puniuntur, & *dat escas multis mortalibus.* Quantum ad hoc scilicet quod pluuiæ sunt vtilis ad terræ fecunditatem, per quam hominibus cibaria nascuntur.

LECTIO III.



*N* in manibus abscondit lucē, & præcepit ei vt rursus adueniat. Annuntiat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.



1 **S**per hoc expauit cor meum, & emotum est de lo-  
 2 co suo. Audiet auditionem in terrore vocis eius  
 3 & sonum de ore illius procedentem. Super omnes  
 4 celos ipse considerat, & lumen illius super terri-  
 5 ce magnitudinis sue: & non inuestigabitur, cum audita fuerit  
 6 vox eius. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna  
 7 & inscrutabilia. Qui precipit niui, vt descendat in terram, &  
 8 hyemis pluuiis & imbri fortitudinis sue. Qui in manu omnium  
 9 hominum signat, vt nouerint singuli opera sua. Ingredietur be-  
 10 stia latibulum suum, & in antro suo morabitur. Ab interiori-  
 11 bus egredietur tempestas: & ab arcturo frigus flante Deo con-  
 12 crefcit gelu: & rursum latissime funduntur aque. Frumentum  
 13 desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum. Que lustrant,  
 cuncta per circuitum, quocumque eas voluntas gubernantis du-  
 xerit ad omne quod precepit illis super faciem orbis terrarum: si-  
 ue in vna tribu: siue in terra sua siue in quocumque loco misericor-  
 diae suae eas iusserit inueniri.

¶ Prosequutus est Eliud supra de mutatione aeris, quae fit  
 secundum siccitatem, & pluuiam & nubium super indu-  
 ctionem ex quibus Deus lumine suo fulgurat, nunc autem  
 de ipso lumine, quod à nubibus quandoque occultatur: &  
 quandoque referatur: & de tonitruo, quod ex nubibus o-  
 ritur latius prosequitur: & incipit à lumine dicens, in mani-  
 bus abscondit lucem, idest opera virtutis suae facit vt quando-  
 que lux solis & stellarum nubibus occultetur, sed quia haec  
 occultatio non est perpetua, sed ad tempus subdit, & pre-  
 cepit ei vt rursus adueniat, videlicet descendētibz nubibus,  
 Vel possunt haec verba referri ad obtenebrationem & illu-  
 minationem aeris per solis occasum & reditum.

¶ Est autem considerandum quod sensibilia sunt quidam  
 intelligibilia signa: vnde per effectus sensibiles ad cog-  
 nitionem intelligibilem deuenimus, inter omnes autē sen-  
 sibiles effectus spiritalior est lux: vnde & efficacior est  
 ad producendum intelligibilem cognitionem, inquantū  
 scilicet visus, cuius cognitio per lucem perficitur: pluri-  
 mū intellectualem cognitionem iuuat, quia igitur ista lux  
 sensibilis ex potestate Dei hominibus occultatur & com-

municatur: datur per hoc intelligi quod apud ipsam sit  
 quaedam excellentior lux scilicet spiritalis: quam Deus in  
 praeium virtutis hominibus referuet, vnde subdit, amun-  
 ciat de ea, scilicet luce per corporalia signata, amico suo, sci-  
 licet virtuoso, quem Deus amat, quod possessio eius sit, idest  
 quod illa lux spiritalis sit thesaurus, quem Deus amicis  
 suis referuat in praeium, & quod ad eam possit ascendere  
 scilicet per opera virtutum ipsam promerendo & ad ipsam  
 promerendam se preparando, quamuis etiam hoc posset  
 exponi de luce corporali. Posuerunt etiam platonici quod  
 animae hominum deriuabantur ab animabus stellarum, vn-  
 de quando animae humanae suam dignitatem seruant, se-  
 cundum rationem videndo, reuertuntur ad claritatem  
 stellarum, vnde defluerunt, vnde in somnio scipionis le-  
 gitur. Quod ciuitatum rectores & seruatotes hinc profecti  
 scilicet à caelo huc reuertuntur. In quo etiam dat intelli-  
 gere, quod nō ponebat vltimam remunerationem virtutis  
 in temporalibus bonis, sed in bonis spiritalibus, post hāc  
 vitam. Hoc autem est inter omnia maxime admirandum:  
 quod homo terrenus & corruptibilis ad spiritaliū & cœ-  
 lestium possessionem promoueat: & ideo subdit, Super  
 hoc, scilicet quod homo possit ascendere ad lucem possi-  
 dendam, expauit cor meum, timore scilicet admirationis &  
 stuporis, & motum est de loco suo, vt scilicet non solum de-  
 sideret & concupiscat quae videntur ei connaturalia secun-  
 dum sensibilem vitam, sed etiam ad spiritalia & cœlestia  
 transferatur. Post visum autem, qui est cognoscitiuus lu-  
 cis corporalis, maxime deseruit intellectui auditus in quā-  
 tum est perceptiuus vocum, quibus intellectuales conce-  
 ptiones exprimuntur, sicut autem per visionem lucis cor-  
 poralis homo reducitur in cognitionem & expectationem  
 cuiusdam altioris lucis: ita etiam & quod auditu corpora-  
 lium sonorum diuina virtute formatorum homo manu du-  
 citur ad audiendam specialem Dei doctrinam, vnde sub-  
 dit, audiet, scilicet homo, auditionem, scilicet spiritalis do-  
 ctrinae, in terrore vocis eius, idest signo tonitruī: quod quasi  
 terribilis vox Dei est. Auditionem, autem praedictam ex-  
 ponit subdēs, & sonum de ore illius procedentem. Sonus enim

tonitruū corporalis est quasi manu eius idest potestate formatus, sed sonus ex ore eius procedens est doctrina sapientie eius secundum illud. Ego ex ore altissimi prodij. Et ne aliquis crederet Deum non habere aliam lucem, quam sit lux corporalis cœli: excludit subdens, *super omnes celos ipse considerat*, quasi dicat eius visio non est infra cœlum, nihil autem videtur, nisi in aliquo lumine, quia omne quod manifestat lumen est, vt dicitur ad vnde necesse est quod lux Dei sit excellentior ista luce corporali quæ primo inuenitur in cœlis, vnde subdit, *et lumen illius*, scilicet intelligibile est, *super terminos terre*, idest super omnem corpoream creaturam. Et sicut lux corporea cœli est infra ipsum: ita et sonus tonitruū corporalis est inferior ipso: vnde subdit, *post eum*, idest sub ipso, *rugiet sonitus*, scilicet tonitruū corporalis, habet autem aliam vocem spiritualem scilicet sapientie doctrinam, quæ est homini incomprehensibilis de qua subdit, *tonabit vocem magnitudinis sue*, idest quæ docet magnitudinem eius, & hanc vocem non omnes audiunt, sicut tonitruum corporale, & illi qui aliquantulum audiunt eam, comprehendere nõ possunt. vnde subdit, *et non inuestigabitur*, scilicet perfecte, *cum audita fuerit*, idest percepta spiritualiter ab aliquo homine, *vox eius*, idest sapientie doctrina. Huius autem vox non solum ordinatur ad doctrinam hominum, qui eam audiunt: sed etiam ad perfectionem naturalium operum, quæ ex præcepto diuinæ sapientie fiunt. Vnde secundo repetit, *tonabit Deus in voce sua*, idest in imperio sapientie sue, *mirabiliter*, idest mirabiles effectus producendo, & hoc est quod subdit, *qui facit magna*, scilicet secundum eorum veram rationem, *et inscrutabilia*, scilicet rationi humanæ. Et horum manifestationem incipiens subdit, *qui præcipit niui*, scilicet voce sapientie sue, *vt descendat super terram*, quia scilicet ex eius imperio niues generantur, & etiam pluuie & imbres, vnde subdit, *et pluuuis hyemis*, quæ scilicet in hyeme abudant, *et hymbribus fortitudinis sue*, qui scilicet ex aliqua vehementiori causa generantur & cum impetu venti. Et quia omnia quæ in rebus inferioribus fiunt ad omnes quodammodo ordinantur, ideo subdit, *qui in manu omnium hominum signat*, vt nouerint sin-

gulis opera sua. Diuersis enim hominum operibus diuersarum dispositiones aeris congruunt. Aliud enim est opus noctis, & aliud diei, & rursum quod aliud exercet homo tempore serenitatis, & aliud tempore pluuioso, quod autem opus cuiuslibet tempori congruat, discernit homo secundum rationem sibi diuinitus datam: & hoc est signum quod Deus posuit in manu idest in operatiua virtute omnium hominum, vt sciat congrue distribuere sua opera diuersis temporibus. Et ista prouidentia vsque ad animalia bruta protenditur quæ quodam naturali instinctu diuersis temporibus diuersis operantur: vnde subdit, *ingredietur bestia latibulum suum*, scilicet tempore pluuioso, *et in antro suo morabitur*, scilicet tempore congruo.

¶ Deinde ostendit effectus diuersorum ventorum. Circa quod considerandum est quod meridionales venti pluuias & tempestates producunt, venti autem septentrionales causant frigus in aere: meridionales autem venti oriuntur nobis ex parte quæ est versus polū antarcticū qui occultatur à nobis, vt pote depressus sub nostro horizonte secundum quantitatem, qua polus arcticus super horizontem eleuatur: ideo dicit, *ab interioribus egredietur tempestas*, quasi dicat tempestas apud nos causatur per ventū procedentem à parte cœli, quæ semper deprimitur sub nostro horizonte, qui quidem ventus dicitur auster, & quantum ad aquilonem subdit, *et ab arctico frigus* arctos enim in greco dicitur pars septemtrionalis vnde arcturus vocatur constellatio vrse, quæ semper eleuatur super horizontem: & ex illa parte procedit aquilo, qui causat frigus propter remotionem solis ab illa plaga cœli. Et vt hoc attribuat diuinæ sapientie subdit, *stante Deo cœrescit gelu*, quasi dicat ventus aquilo qui causat gelu, oritur Deo stante, idest ipsum flatū causante, & rursum scilicet Deo stante idest producete ventū australem, *latissime*, idest abundantissime, *fluunt aquæ*, scilicet pluuia quæ causantur ex austro. Et vt huiusmodi etiā effectus ad vtilitatem hominum referri ostendat, subdit, *frumentū desiderat nubes*, quasi dicat nubes ordinatur ad frumentū, sicut ad quendam finem: & pro tanto dicit quod nubes desiderant frumentum, quia videlicet ex nubibus vtilitas frumento prouenit vel ratione pluuie ex



nube descendens: quæ irrigando terram fecundet eam ad productionem frumenti. Vel etiam quantum ad hoc quod utile est frumento, quod aliquando nubibus obumbretur, ne de siccatu continuo solis ardoribus: subiungit aliam vtilitatem nubium cum dicit: *Nubes spergunt lumen suum*, quod potest referri vel ad lumen corruscationum, secundum id quod supra in precedenti capitulo prædixerat. Si voluerit extendere nubes & fulgurare lumine suo, vel magis potest referri ad lumen quod resplendet in aere ex radio solis reuerberantis ad nubes quodammodo contemptatis per ipsas: vnde claritas solis apparet in aere ante ortu solis, & etiam post occasum propter reuerberationem radioru solis ad nubes quæ sunt in loco sublimiori, ad quem citius accedunt radij solares, & tardius eas deferunt.

¶ Posita autem vtilitate nubium, describit eorum motum dicens. *quæ lustrant cuncta per circuitum*, non enim nubes super vnã tantu partem terræ resident ex qua vapores sunt eleuati: sed impulsu ad diuersas partes transferuntur. Solent autem venti ad plurimum gyrum quædam facere sequentes motum solis, vnde in mare flant venti orietales, postea meridionales, & tandem versus vesperras occidentales, vnde & ex consequenti nubes circuitu quodam mouentur & vt ostendat hoc ex prouidentia diuina procedere subdit, *quocunq; eas voluntas gubernantis*, scilicet Dei, *duxerit*, quia scilicet non semper ad omnem partem terræ nubes proueniunt, sed quandoque ad hanc quandoque ad illam secundum Dei dispositionem, procedunt autem ex nubibus diuersi effectus, puta pluuia, niues grandines, tonitrua, & similia, & sicut ex diuina dispositione dependet ad qua partem terræ nubes perueniant, ita etiam ex ea dependet, quia effectus ex nubibus consequatur, vnde subdit, *ad omne quod præceperit illis super faciem terræ*. Quasi dicat ex præcepto diuino dependet, quis effectus sequatur ex nubibus super terram, & quia dixerat, *quocunq; eas voluntas gubernantis duxerit*, hic exponit subdens, *sive in vna tribu*, quia scilicet contingit quandoque quod in vno territorio nubes apparent & in alio non apparent secundum illud. Plui super vnã ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui, & hoc dupliciter

Amos. 4.

placiter contingit, quia quandoque nubes apparent in eadem regione ex qua vapores generantur: quod contingit quandoque ex impulsu venti, ad loca remota vapores non transferuntur, & quantum ad hoc subdit, *sive in terra sua*, scilicet nubium, vnde sunt exorta, quandoque transferuntur ad aliam regionem: & quantum ad hoc subdit, *sive in quocunq; loco misericordia sua eas iusserit inueniri*, ex magna enim misericordia Dei procedit quod nubes & pluuia allicui regioni prouideat temporibus optimis: & præcipue in terris calidis, vbi sunt pluuia rariores.

LECTIO I.



*A*usculta hac Iob, sta & considera mirabilia Dei. Nunquid scis quædo præcepit Deus pluuia, vt ostenderet lucem nubium eius? Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias? Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perlata fuerit terra austro? Tu forsitan cum eo fabricatus es caelos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt? Ostende nobis quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimus tenebris. Quis narrabit ei quæ loquor. Etiam si loquutus fuerit homo deuorabitur, at nunc nõ vident lucem. Subito aer cogetur in nubes, & ventus transiens fugabit eas. Ab aquilone aurum venit: & à Deo formidolosa laudatio. Digne enim inuenire non possumus. Magna fortitudine & iudicio & iustitia, & enarrari non potest. Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.

¶ Postquam Eliud multa mirabilia operum diuinoru narrauerat: hic inuehitur contra Iob, qui Deum de iniustitia arguere videbatur: cum tamen eius opera comprehendere non possit, & ideo dicit, *ausculta enim Iob*, quæ scilicet à me dicuntur de magnitudine diuinorum operum, *sta*, scilicet per mentis rectitudinem, & *considera*, scilicet per teipsum, *mirabilia Dei*, quæ scilicet in eius operibus manifestantur. Inter quæ mirabilia à pluuia incipit, quas quidem sensibilibus homines percipiunt, sed tamen earum primam originem, secundum quod à Deo sunt instituta, scientia comprehendere non potest: vnde subdit, *nunquid scis quando Deus præcepit pluuia*, quæ scilicet ex diuina ordinatione su-

Z





per terram cadunt: & post eorum casum, aer, qui prius erat tenebrosus, ex densitate nubium eis rarefcentibus redditur clarus, vnde subdit, *vt ostenderent*, scilicet pluuia cadentes *lucem nubium eius*, idest lucem solis per nubes rareficans splendentem: quæ per nubes condensatas occultabatur. De quarum motu subdit, *nunquid nosti semitas nubium*, quomodo scilicet & ex qua causa ad diuersas partes propellantur flatu ventorum. Nubium autem cognitio est principium cognoscendi omnes aeris permutationes, puta ventos: pluias, niues, grandines, tonitrua & cætera huiusmodi: & ideo subdit, *magnas & perfectas sententias*, magnas quidem propter hoc quod huiusmodi impressiones in sublimiori corpore fiunt, perfectas autem, quia per nubium scientiam comprehendit autem notitiam prædictarum impressionum & effectuum, qui ex eis consequitur ex iis inferioribus. Et quia nubes à ventis impelluntur, consequenter de effectu venti subiungit dicens, *Nome vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra austro*. Ventus enim auster quia procedit ex regionibus calidis aerem calefacit: ex cuius calore vestimenta hominis magis calefacere eum possunt, & signanter facit mentionem de effectu austri: quia ipse quasi ab imo veniens vapores congregando condensat in nubes & eas mouet, aquilo vero quasi ab alto veniens magis eas dispergit. Et quia ad omnes huiusmodi effectus virtus cælestium corporum operatur: ideo ulterius procedit vsque ad cælestia corpora: vnde subdit *Tu forsitan cum eo fabricatus es celos*. In quo metaphoricè causalitatè Dei super cælestia corpora exprimit. Nam sicut artifex est causa fabricæ ita Deus est causa cælestium corporum, aliter tamen & aliter nam artifex fabricam constituit ex materia præiacente, cælestia autem corpora ex materia præiacenti fieri non poterunt: sed simul in eorum productione fuit materia cum forma producta, & vt distingueret superiores celos à cælis qui dicuntur aerei: subiungit, *qui solidissimi quasi are fundati sunt*. Sciendū est autè quod apud nos quedā corpora sunt quæ nõ cedūt tangenti nec pertrāsiri possunt: sicut corpora lapidū & metallorū, & ideo vt ostēdat superiores celos non esse diuisibiles aut pertrāsibiles ad modū aeris & aquæ cōparat

eos erī præcipue inter cætera metalla, quia eo vt plurimum hominēs ad talia operavtebātur. Et ne forte presumptuose Iob diceret se dei opera perfecte cognoscere irrisorie subdit dicens, *Ostende nobis quid dicamus illi*, quasi dicat si tu es ita sapiens quod omnia Dei opera cognoscas & quod super his etiā possis disputare cum eo doceas nos vt possimus ei respondere, & necessitatem ostendit subdens, *nos quidem involuimur tenebris*, quasi dicat multū indigeremus quod prædicta nobis ostēderes: quia nos ea pœnitus ignoramus. Et quia ipse multa de effectibus diuinis loquutus fuerat, ne hoc ei ad præsumptionē imputaretur, quasi ipse existimaret se prædicta perfecte cognoscere, ad hoc excludēdū subdit, *quis narrabit ei quæ loquar*, quasi dicat hæc quæ de effectibus eius loquutus sum, nullus sufficienter narrare potest prout conuenit ei secundum excellentiam scilicet suæ virtutis. Et si quis in tantam præsumptionem erigeretur vt sufficienter de eo loqui se existimaret, ex hoc ipso sibi periculum immineret: vnde subdit, *etiam si loquutus fuerit homo*, quasi volens diuinos effectus comprehendere, *deuorabitur quasi absorptus*, à magnitudine materiæ de qua loquitur secundum illud. Qui perscrutator est maiestatis opprimetur à gloria. Vel potest aliter intelligi, vt sit sensus, non solum opus homo non potest conuenienter enarrare diuinos effectus, sed etiā si ipse Deus eos loquutus fuerit homini scilicet reuelando homo deuorabitur, quasi tantam rem capere non valens vnde dicitur. Multa habeo vobis dicere quæ non potestis portare modo & dicitur. Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuientis. Sed ne aliquis crederet quod cognitio veritatis diuinæ in perpetuum esset homini subtrahenda, ad hoc excludendum subdit, *at nunc*, idest in præsentī tempore, *non vident*, scilicet homines, *lucem*, idest claritatem diuinæ cognitionis. Amico tamen Dei annunciatur, quod ad eam quandoque possit ascendere vt supra dictum est. Et ad hoc similitudinem inducit dicens. *Subito aer cogetur in nubes*. Propter congregationem vaporum ab auitro, ex hoc redditur aer tenebrosus, sed huius tenebræ postmodum transeunt nubibus fugatis, vnde subdit. *Et ventus transiens*, scilicet

Prou. 25.

Ioan. 16.

Dent. 5.



11 aquilo, *fugabit eas*, quasi dicat per hunc modum: licet nunc tenebris inuoluatur: tamen superueniente morte, quæ est quasi quidam transitus venti prædictæ tenebræ fugabûntur.

12 Contingit autê quandoque quòd in aliquo loco tenebroso aliquid fulgidum inuenitur: sicut pars septentrionalis tenebrosa dicitur propter elogationem eius à sole: & tamen in septentrionalibus regionibus multû auri inuenitur, quod est inter cetera metalla fulgidius, & hoc ideo quia calore propter circumstans aeris frigus recurrente ad interiora viscerata terræ efficacius ibi operatur ad auri generationem, & hoc est quod subdit, *ab aquilone aurum ueniet*, quasi dicat in regione aquilonari aurum magis abundat, & sicut in tenebris septentrionis inuenitur fulgor auri, ita etiam inter tenebras ignorantæ huiusmodi uitæ inuenitur aliqua, licet obscura, refulgentia diuinæ cognitionis: unde subdit, *à Deo formidolosa laudatio*. Si enim nihil diuinæ lucis in nobis fulgeret, nullatenus eum laudare possemus. Rursus si fulgeret nobis diuina ueritas manifeste sicut in meridie eum secure laudaremus. Sed quia cum quadam obscuritate nobis aliquid de diuina luce fulget, cum formidine ipsum laudamus: sicut cum formidine homo facit illud quod scit se perfecte facere non posse, unde subdit, *digne eum inuenire non possumus*, ut scilicet per nostram inuentionem perueniamus ad eum cognoscendum, sicuti est. Quod quidem ex eius excellentia contingit: unde subdit, *magnus fortitudine*, quia scilicet eius uirtus in infinitum excedit omnes effectus suos: unde ex eis digne inueniri non potest. Et ne credatur propter uirtutis magnitudinem sola uolentia uti in hominum gubernatione: subdit, *et iudicio*, scilicet magnus est, quia scilicet incomprehensibilia sunt iudicia eius, nec hoc propter iustitiæ defectum, sed propter excellentem iustitiã unde subdit, *et iustitia*, scilicet magnus est, & propter suã magnitudinem, nec mente cogitare nec ore sufficienter de eo loqui: unde subdit, *et enarrari non potest*, scilicet digne ab homine. Et hæc est causa quare est eius laudatio formidolosa: unde subdit, *non timebunt eum uiri*, scilicet quantumcunque fortes propter fortitudinis magnitudinem, *et non audebunt contemplari*, scilicet præsumentes ad plenum

cognoscere, omnes qui sibi uidentur esse sapientes, & hoc signat: dicit quia sapientia hominis quantumcunque ei, uel aliis uideatur, diuinæ sapientiæ comparata, quasi nihil est.

¶ Est autem considerandû ex præmissis Eliud uerbis, quòd partim cum Iob conueniebat, partim cum amicis eius. In hoc enim conueniebat cum Iob, quòd credebatur remunerationem bonorum futuram post hanc uitam, & punitionem malorû. Cum amicis autem Iob conueniebat in hoc quòd credebatur omnes aduersitates præsentis uitæ pro peccatis prouenire, de quibus si quis pœniteat ad prosperitatem redibit. Conueniebat etiam cum amicis Iob, quantum ad personam ipsius Iob: quia putabat eum pro peccato punitum, & quòd iustitia, quæ in eo primitus fundabatur, seu uidebatur fuerit simulata. Praue etiam uerba Iob accipiebat, sicut & alij. Circa prosperitatem malorû in hoc mundo solus tangit hanc causam, quòd prosperantur pro peccatis aliorum. Similiter etiam solus manifeste tågere uidetur angelos esse medios inter Deum & homines, Iob autem uerbis eius non respondet. Primo quidem quia in principalibus dogmatibus cum eo concordat, in quibus amici eius errabant, quos supra uocauerat peruersorum dogmatum cultores, quid autem de sua persona sentiret Eliud non tantum cura erat ei quòd propter hoc cum Eliud uellet contendere, præsertim quòd puritatem conscientie suæ non aliter quam supra poterat probare scilicet diuino testimonio. Secundo quia ex iuuenili quadam præsumptione more contentiosorum Iob imponebat uerba, quæ nõ dixerat: uel quæ aliter dixerit, quam ipse acceperit, & ideo ut se à contentionibus separaret, decreuit magis esse silendum: & diuino iudicio committendum.

Cap. 31.

CAPITVLVM XXXVIII. LECTIO I.

**R**espondens autem dominus Iob de turbine dixit, 1  
 Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitus accinge sicut uir lumbos tuos interrogabo te, 2  
 responde mihi. Vbi eras quando ponebã fundamenta 3  
 terra. Indica mihi si habes intelligentiam. Qui posuit me- 4  
 Z iij 5



6 *suras eius si nosti? vel quis tetendit super eam lineam? Super qua*  
7 *bases illius solidatae sunt? Aut quis dimisit lapidem angularem*  
8 *eius, cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent om-*  
9 *nes filij Dei. Quis conclusit ostium mare quando erumpebat qua-*  
10 *si de vulua procedens, cum ponerem nubem vestimentum eius,*  
11 *& caligine illud quasi pannis infantiae obvoluerem? Circundedi*  
12 *illud terminis meis, & posui vectem, & ostia, & dixi: Vsq; huc*  
13 *veniet, & non procedes amplius, & hic confundes tumentes frus-*  
14 *tus tuos. Numquid post ortum tuum praecipisti diluculo, & ostē-*  
15 *disti aurora locum suum?*

¶ Præmissa disputatione Iob & amicorum eius de prouidentia diuina, dum Eliud sibi vices determinantis assumpterat, in quibusdam redarguens amicos ipsius, sed quia humana sapientia non sufficit ad veritatem diuinæ prouidentiae comprehendendam, necessarium fuit vt prædicta disputatione diuina auctoritate terminaretur, sed quia Iob circa diuinam prouidentiam recte sentiebat, in modo autem loquendi excesserat intantum quod malorum cordibus exinde scandalum proueniret, dum putabant eum Deo: debitam reuerentiā non exhibere: ideo Dominus tāquam questionis determinator, & amicos Iob redarguit ex hoc quod non recte sentiebant: & ipsum Iob de inordinato modo loquendi & Eliud de inconuenienti determinatione: vnde dicitur, *Respondens autem dominus Iob*, quia, scilicet propter eū ista responsio fiebat, quāuis non fuerit ipse immediate ante loquutus, modū autē respondendi ostēdit sub dē. *de turbine*, quod quidē ponitur & ad literā intelligi potest, vt dicatur formata esse vocē dei miraculose in aere cū quadā aeris turbatione: sicut in mōte synai factum legitur, vel sicut ad Christū vox facta est, quādo quidam dixerunt tonitruū factū esse, vt legitur, vel potest intelligi vt sicut metaphorice dictū, est vt hęc responsio dicta sit inspiratio interior diuinitus facta ipsi Iob, & sic dominus ei de turbine respondisse, tum propter turbationē, quā adhuc patiebatur, tū etiā propter turbinis obscuritatē: quia, scilicet diuinā inspirationē in hac vita non possumus clare percipere, sed eū quadā obumbratione sensibilū similitudinū, vt Dionysius dicit cęlestis hierarchie, & hoc etiā signauit dominus supra de turbine coporali

Exod. 20  
Ioan. 12

vocē suā sensibiliter fecit audiri. Determinata autē disputatione, quasi per sententiā iudicij nihil ultra restat dicendum nisi determinationis sententia reprobetur. Et ideo dominus primo improbauit determinationē disputationis, quā Eliud fecerat. Improbatur autē, quod veras sententias quas proposuerat, inuoluerat multis falsis & friuolis verbis. Sequitur: *Dixit quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis*. Sententias quidem Eliud dixerat arguendo Iob, de hoc quod dixerat se velle disputare cum Deo: & de hoc quod intantum se iustum dixerit, quod quasi videbatur iustitiæ diuini iudicij derogare. Sed istas sententias inuoluerat multis præsumptuosis & etiam falsis sermonibus, vt ex supra dictis patet, qui hic dicuntur sermones imperiti: quia omnis inordinatio ex defectu rationis procedere videtur: Sic ergo exclusa determinatione Eliud, dominus ipse incipit determinare disputationē. Et primo excitat Iob ad attendendum, cum dicit: *Accingere sicut vir lumbos tuos*, quia metaphoricē dicitur. Homines enim solent lumbos precipingere, ad hoc quod sint prompti ad iter vel ad quamlibet actionem. Vnde volebat eum dominus esse promptum ad considerandum, quod ei dicebatur: remotis quibuslibet impedimentis. Vnde signanter de præcinctiōne lumborū facit mentionem, quia per lumbos voluptas carnalis intelligitur, quæ præcipuē impedit spirituale auditū, secundū illud. *Quem docebit sapientiam: & quem intelligere faciet auditum ablatos à lacte, auulsos ab vberibus.* *Esa. 18.*

¶ Primo autem incipit in sua determinatione Iob arguere, de hoc quod præsumptuose videbatur esse loquutus, dum Deum ad disputandum prouocaret. Et quia supra. 13. videtur Deo dedisse duorum optionem, cum dixit: *Voca me, & ego respondebo tibi: aut certe loquar, & tu responde mihi*, quia Iob non ultra loquutus fuerat, quasi alteram partem eligit, cum subdit: *Interrogabo te responde mihi. Que quidem interrogatio Dei, non est vt addiscat, sed vt hominem de sua ignorantia conuincat.* Interrogat autem ipsum de suis effectibus, qui humanis sensibus præsto sunt: quos tamen homo ignorare ostenditur, multo magis conuincitur sublimiorum scientiam non habere. *Inter alios autem sen-*



sibiles effectus, incipit interrogare de principalibus partibus mundi, inter quas terra est nobis notior, utpote propinquior de qua interrogare incipiens dicit, *Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ.* Rectè fundamento terræ comparat: quia sicut fundamētū est infima ædificij pars, ita etiā terra est infimum corpus, quod subiacer omnibus. Et quia terra est præcipuè materia humani corporis, materia autē tempore præcedit id quod ex ea fit: & multo magis ratio artificis, qui materiam condidit, ideo signanter dicit: *Ubi eras quando ponebam fundamēta terræ.* Ac si dicat cognoscere rationem foundationis terræ non potes: quia cum terra fundata est, nondum eras in rerum natura. Est autem considerandum quod quidam antiquorum situm terræ & aliorum elementorum, non attribuebant alicui rationi ordinanti, sed necessitati materiæ: secundum quod grauius leuius succedunt. Ut autem hæc opinio excludatur, dominus consequenter comparat fundamētū terræ foundationi ædificij, quæ sit secundum ædificatoris rationes: & similiter fundatio terræ est facta secundum prouidentiam diuinam, quam humana intelligentia comprehendere non valet. Et hoc signat cum subdit: *Indica mihi si habes intelligentiam.* Quasi dicat, ideo horum ratione indicare non potes, quia ad hæc capienda intelligentia tua non sufficit.

¶ Est autem considerandum quod artifex in ædificij fundatione quatuor disponit. Primo quidem quærum debeat esse fundamentum: & similiter diuina ratione dispositum est, quod tanta debeat esse quantitas terræ & non maior, vel minor: & quantum ad hoc subdit: *Quis posuit mensuras eius.* scilicet secundum omnes dimensiones. Et signanter dicit: *posuit.* non enim species terræ ex necessitate talem quantitatem requirit, sed hæc quantitas est terræ imposita ex sola ratione diuina, quam homo recognoscere non potest: & ideo subdit, *si nosti.* Quia scilicet, hæc homo nec noscere nec iudicare potest.

¶ Secundo artifex per suam rationem disponit determinatum situm fundamenti, quem comprehendit per extensionem lineæ mensuralis: unde subdit, *vel quis tetendit super eam lineam.* Per quam scilicet significatur ratio di-

uinæ dispositionis designans determinatum situm terræ in 7 partibus vniuersi.

¶ Tertio excogitata quantitate fundamenti, & ubi collocandum sit disponit artifex, in quo possit fundamentum firmiter collocari: & quantum ad hoc subdit: *super quas bases illius.* scilicet terræ fundatæ sunt quia firmata est super centrum mundi.

¶ Quarto autē prædictis tribus excogitatis, artifex iā incipit iacere lapides in fundamētū. Et primo lapidē angularem, ad quem diuersi parietes congregantur: & quantum ad hoc subdit, *aut quis demisit.* id est deorsum misit. *lapidem angularem eius.* Per quē scilicet significatur ipsum centrū terræ, cui diuersæ partes terræ connectuntur. Solet autem homo fundamentum ædificij collocare propter necessitatem habitationis: sed ut ostendatur Deus non ex indigentia fundamenta terræ iecisse, subiungit: *Cum me laudarent singula astra matutina.* Quasi dicat, quamuis adesset mihi habitatio cœli, cuius astra me laudant: terram tamen fundari non ex indigentia famulantium, qui eam inhabitarent, sed ex sola voluntate. Non aurem hic dicitur quasi cœlum prius sit factum quam terra. præsertim cum in Gen. legitur. In principio Deum creasse cœlum & terram. Astra autem de quibus hic fit mentio, leguntur facta fuisse quarta die. Sed hoc dicitur ad ostendendum quod ordine naturæ cœlum & astra priora sunt terra: sicut incorruptibile de corruptibili, & mouens moto. dicit autem. *Astra matutina.* id est de nouo condita: sicut apud nos astra matutina dicuntur, quæ in principio diei solent apparere. quod autem dicuntur astra matutina Deum laudare potest. Vno modo intelligibili materialiter, in quantum, scilicet propter sui claritatem & nobilitatem erant diuinæ laudis, & si non hominibus, qui adhuc non erant, saltem angelis, qui iam erant secundum illos qui dicunt corpora cœlestia animata, astra in suæ institutionis initio Deum laudabant: non laude vocali, sed mentali. Quod etiam potest referri ad angelos, quorum ministerio cœlestia corpora mouentur, ut subditur. *et iubilarent omnes filij Dei.* referatur ad angelos supremæ hierarchiæ, quos Dionysius dicit esse collocatos in ve-

Gen. 1.



stibus deitatis: & ideo signanter illis tanquam inferioribus laudem, istis autem tanquam superioribus attribuit iubilationem, quæ excellentiam quandam laudis importat.

¶ Præmissis igitur de fundatione terræ, subiungit consequenter de aquis, quæ immediate superponuntur terræ. Videtur autem naturalis ordo elementorum requirere, ut aqua ex omni parte circumdaret terrā: sicut aer ex omni parte circumdat terram & aquam. Sed diuina dispositione factum est, propter generationem hominum animalium, & plantarum, ut aliqua pars terræ discooperta remaneret ab aquis, Deo sua virtute aquas maris sub certis limitibus retinente: vnde subdit, *quis conclusit ostia mare*. id est certis terminis. Fuerunt autem aliqui, qui putauerunt per actionem solis aliquam partem terræ exciccatam esse: sed dominus ostendit à principio ita fuisse dispositum, ut mare non vndique terram operiret. Describit autem productionem maris, sub similitudine natiuitatis rei viuientis, scilicet pueri. Quia aqua est res maximè formabilis in res viuas. vnde & omnia semina generatiua humida sunt. Puer autem primo de utero matris progreditur. Et hoc significat cum dicit: *Quando erumpet at quasi de vulua procedens*. Vtitur autem in productione maris verbo erumpendi. quia scilicet proprium est aquæ quasi continue moueri. Dicitur autem quasi de vulua procedere, non quod ortum habuit ex alia materia corporali, sed quia ex occulto diuinæ providentiæ procedebat, quasi ex utero quodam. Secundo autem puer natus induitur, & quantum ad hoc subdit: *Cum poneret iuuenem vestimentum eius*. Quia enim nubes ex vaporibus resolutis ex aqua generantur, consequens est ut in locis maritimis huiusmodi nubes magis multiplicentur.

Tertio autem puer natus quibusdam faseis inuoluitur: & quantum ad hoc subdit, *et caligine illud quasi pannis infantie obuoluerem*. Et possunt per caliginem designari vapores non eleuati nec condensati in nubes: sed super maris superficiem aërem obscurantes, & fortè alludit ei quod dicitur Gene. i. quod tenebræ erant super faciem abyssi.

¶ His igitur positis quæ pertinent ad nouam maris productionem, explicat eius conclusionem. Ac sic dicat quan-

10

do in aëre de nouo factum est, *Tunc circumdedit illud terminis meis*. Et videtur tria ponere pertinentia ad conclusionem maris. Quorum primum signatur, cum dicit: *terminis meis*. id est à me positis. Secundum signatur cum dicit: *et posui veltem*. Tertium est cum dicit. *et ostia*. Hæc autem tria pertinent ad imperium diuinæ virtutis. Vnde quasi exponens prædicta subdit, *et dixi: huc vsque venies*. Quod pertinet ad rationem terminorum. Nam terminus est vltimus motus. *et non procedens amplius*. Quia scilicet pertinet ad venem per quam processus alicuius impeditur. *et hic confringes iuuens fluctus tuos*. Quod pertinet ad ostia quæ ad hoc ponuntur, quod aliquis non passim egredietur aut ingrediatur, sed secundum certam regulam: ita etiam mare non passim transgreditur littus: sed secundum quandam mensuram fluctuum intumescentium. Post terram autem & aquas vltterius procedit ad aërem, qui secundum aspectum cælo continuatur. Prima autem dispositio communi ad totum corpus quod superiacet aquæ & terræ, est variatio noctis & diei, qui sunt secundum motum diurnum, qui est primus motus: & ideo consequenter dicit: *Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo*. Quasi dicat, nunquid ex præcepto tuo alterantur nox & dies super terram. Diluculum enim est quoddam confinium diei & noctis, & signanter dicit: *Nunquid post ortum tuum*. Sicut & supra quando de terra loquebatur, dixerat: *Vbi eras*. Quia sicut terra est principalis materiale principium hominis: ita etiam supremum cælum, quod suo motu generat diem & noctem, est principale principium humani corporis inter causas corporales.

¶ Est autem considerandum quod claritas diluculi siue auroræ diuersificatur secundum diuersas partes eleuationis signorum, quæ sol perambulat. Quia quando est in signo velocis ascensionis, quo cum oritur, parum durat aurora. Quando autem est in signo tardæ ascensionis, amplius duratur, & est determinata mensura loci: ex quo sole ibi existente, incipit claritas diluculi apparere: & hoc est quod subdit: *ostendisti aurora locum suum*. Quasi dicat, nunquid tu dispesasti loca in cælo ex quibus aurora illucescat,

11

12



quasi dicat non, & ex iis omnibus datur intelligi quòd tua ratio deficit à comprehensione diuinorum operum, vnde patet quòd tu non es idoneus ad disputandum cum Deo.

## LECTIO II.

**N**unquid tenuisti concutiens extrema terra, & excussisti impios ex ea? Restituetur vt lutum signaculum, & stabit sicut vestimentum. Auferetur ab impiis lux sua, & brachium excelsum confringetur. Nunquid ingressus es profundum maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? Nunquid aperta sunt tibi portae mortis, & ostia tenebrosa vidisti? Nunquid considerasti latitudinem terrae? Iudica mihi, si nosti omnia, in qua via lux habet, & tenebrarum quis locus sit, vt ducas vnumquodque ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius? Sciebas tunc quod nasciturus esses, & numerum dierum tuorum noueras? Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti, quae preparauit in tempus hostis, in diem pugnae & belli. Per quam viam spergiuntur lux, diuiditur aestus super terram. Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam fontantis tonitruui, vt plueret super terram absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur, vt impleat in viam & desolatam, & produceret herbas virentes. Quis est pluuiae pater? vel quis genuit stillas roris? De cuius vtero egressa est glacies, & gelu de caelo quis genuit? In similitudinem lapidis aqua durantur, & superficies abyssi confringitur. Nunquid coniungere valebis micantes stellas pleiadas, aut girum acturi poteris dissipare? Nunquid producis luciferum in tempore suo, & hesperum super fines terrae consurgere facis? Nunquid nosti ordinem caeli, & pones rationem eius in terra? Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te? Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuerrentia descendent tibi adsumus.

¶ Postquam Dominus connumeravit principales partes creaturae corporalis scilicet terram, mare, & caelum. Hic incipit prosequi mirabilia diuinorum operum, quae in dispositione praedictarum trium partium mundi apparent, & incipit à terra, in qua praecipue admirandum apparet quod accidit circa terrae motum, de quo metaphisice, loquitur ad

similitudinem hominis, qui tenens corpus aliquod concutit ipsum, vnde dicit. *Nunquid tenuisti.* id est, virtute tua comprehendisti. *Concutiens extrema terra.* quod non est sic intelligendum quòd tota terra simul concutitur, in terrae motu, sed quia aliqua extremitates terrae concutiuntur.

Omnia vero quae ceciderunt in corporali creatura in vilitatem hominum redundant, terrae motus autem & alia huiusmodi, vtilia sunt ad hoc quòd homines territi à peccatis desistant, vnde subdit, & excussit impios ab ea. Et loquitur ad similitudinem hominis, qui concutit vestimentum, vt ex eo excutiat puluerem seu tineam, ita etiam Deus videtur concutere terram, vt excutiat peccatores ex ea, quandoque quidem per mortem, quandoque autem per emendationem vitae. Solet autem in terrae motu contingere quòd aliqua aperta recluduntur, sicut parietes, vel aliquid huiusmodi, & quantum ad hoc subdit, *restituetur vt lutum signaculum.* Lutum enim quòd diuiditur de facili ad eandem dispositionem reintegratur, ita etiam aliquod signaculum, puta in pariete vel in quocunque aliquo huiusmodi, quod videbatur immutatum per apertionem parietis. Quandoque diuina virtute restituitur in pristinum statum: contingit & quandoque quòd turres & arbores & alia huiusmodi per terrae motum concutiantur, & non cadunt, & quantum ad hoc subdit, & stabit sicut vestimentum. Quod scilicet si concutiat, pristinam integritatem non perdit. Contigit autem quòdque e contrario, quòd homines vel absorpti terrae, vel etiam oppressi parietibus per motum terrae cadentibus, moriuntur, & quantum ad hoc subdit, *Auferetur ab impiis lux sua.* Per mortem. Contingit etiam quandoque quòd munitiones & turres fortissimae per terrae motum deiciuntur, & quantum ad hoc subdit, & brachium excelsum confringetur. Id est aliqua fortissima munitio vel aliquis potens amicus, in quo homo confidit sicut in suo brachio.

¶ His igitur praemisissis de terrae motu & de effectibus eius, procedit ad dispositionem medij elementi, scilicet maris, in quo hominibus videntur occulta, & mirabilia. Primo quidem ea quae sunt in profundo maris, puta piscium dispositiones in mari viuentium, & quantum ad hoc dicit.



*Nunquid ingressus es profundum maris. Vt scilicet cognosce-  
res animalia quæ in eo latent? Aliud autem quod in mari  
videtur occultum & admirandum, est dispositio terræ sub  
aquis maris existentis, & quantum ad hoc subdit, Et in no-  
uissimis abyssi deambulasti. Id est, in infimis eius partibus.*

Post dispositionem autem terræ & maris, procedit ad dispo-  
sitionem cæli, sub quo etiã continetur aer, & in hoc latius  
immoratur propter multa mirabilia quæ in eo apparent.

¶ Et primo incipit à dispositione lucis & tenebrarum, quæ  
communiter respicit totum superius corpus.

¶ Est autem considerandum quod corpora cælestia per lu-  
cem suam agūt in ista inferiora, eo quod lux est quasi qua-  
litas actiua cælestium corporum sicut calor, & frigus ele-  
mētorum, & ideo effectus cælestium corporum in istis in-  
ferioribus coniungit cum consideratione lucis & tenebra-  
rum. Inter alios autem effectus cælestiū corporum in istis  
inferioribus, communior est generatio, & corruptio, & ab  
hoc incipit dicens: *Nunquid aperta sunt portæ tibi mortis.*  
Mors enim est corruptio corporis viuētis, & sic propriè ad  
hominem pertinet, cui præsens sermo dirigitur portæ au-  
tem mortis sunt causæ corruptionis, quantum ad virtutes  
cælestium corporum, per quas primo proceditur ad talem  
effectum. Est autem difficillimū cognoscere quis sit perio-  
dus vitæ & permanentiæ cuiuslibet rei: & ideo portæ mor-  
tis nobis apertæ non sunt, quia non possumus in corpori-  
bus cælestibus cognoscere propriam causam corruptionis  
cuiuscunque rei, morti autem competit tenebra. Tum quia  
per mortem homo priuatur corporali visu, cuius cognitio  
est per lumē. Tum etiam quia post mortem homo in obli-  
uionem, quasi in tenebras quisdam vadit, & ideo subdit:  
*Et ostia tenebrosa vidisti.* Vt intelligatur idem appellare o-  
stia tenebrosa propter proprietatem mortis, quod prius ap-  
pellauerat portas mortis, vel hoc quod dicit: *Ostia tenebro-  
sa.* Potest referri ad alium effectum cælestium corporum,  
qui est obtenebratio aeris, vt sic hoc quod dixit de portis  
mortis referatur ad sola viuētia corpora, quod autem di-  
xit de ostiis tenebris, ad corpora perspicua. Subdit autem  
de diuersitate caloris frigoris circa terram dicens, *Nunquid*

*considerasti latitudinem terræ.* Vbi considerandum est, lon-  
gitudō terræ secundum Astrologos attenditur secundum  
progressum ab oriente in occidentem, latitudo terræ atten-  
ditur à meridie in septentrionem, eo quod in alia qualibet  
re maior dimensio vocatur longitudo, minor autē dimen-  
sio vocatur latitudo. Est autem experimento probatum,  
quod dimensio terræ à nobis habitatæ maior est ab oriēte  
vsque ad occidentem quam à meridie vsque in septentrio-  
nem, vnde latitudo terræ accipitur secundum progressum  
à meridie vsque in septentrionem. In quo quidem progres-  
su est diuersitas caloris & frigoris, quia quanto magis ap-  
propinquatur à meridie in nostro habitabili, tanto locus  
calidior est propter solis propinquitatem, vnde quod de  
latitudine terræ dicitur potest referri ad diuersitatem loco-  
rum calidorum & frigidorum.

¶ Iis ergo præmissis quæ pertinent ad effectus cælestis lucis  
in iis inferioribus facit mentionem de ipsa luce cum sub-  
dit. *Indica mihi si nosti omnia.* Vt scilicet sis idoneus ad dis-  
putandum cum Deo, qui omnia nouit. *In qua via lux habi-  
tat.* Vbi considerandum est quod lux in luminariis mūdi  
inuenitur, quæ propter hoc luminaria dicuntur, quia sunt  
luminis vasa, sed quia via ad motū refertur, quæstio de via  
in qua lux habitat, refertur ad luminarium motū. Excedit  
autem humanam cognitionem qualiter luminaria moueā-  
tur, quod ostenditur ex diuersis opinionibus circa motus  
hominum eorum, dum quidam asserunt ea moueri per ex-  
cētros & epiciclos, quidam autem per motum diuersarum  
sphærarum, & sicut lux ex motu luminariū causatur, prout  
in superiori hemisphærio mouētur, ita etiam tenebræ pro-  
cedunt ex motu eorum, prout mouentur hemisphærio in-  
feriori, quod etiam habet eandem difficultatem, vnde sub-  
dit, *tenebrarum quis locus sit.* Non potest autem perfectè  
mensurari motus alicuius corporis, nisi via per quam am-  
bulat, cognoscatur, quia magnitudo mensuratur motu, &  
motus magnitudine, vt dicit philosophus in quarto philo-  
sophicorum, & ideo quia per certitudinē via motus lumi-  
narium cognosci non potest ab homine, consequens est  
quod nec mēsurā motuum eorum perfectè sciri possit, vn-



de subdit, *Vt duas vnumquodque*. Scilicet lucē & tenebras. *Ad terminos suos*. Ostēdendo scilicet rationem apertionis & occultationis vniuscuiusque luminarium, quantum ad principium & finem, & etiam quantū ad medium, ad quod pertinet quod subdit: *Et intelligas semitas eius domus*. Scilicet lucis, quando enim in meridie circa summū cœli mouetur, tunc quasi perambulat semitas domus suæ, termini autem eius sunt apud ortum & occasum. Secundum autem **8** motus cœlestium corporum, mensurantur durationes inferiorum corporū, & tempora generationis & corruptionis, vt Dionysius dicit de diuinis nominibus, & ideo ignoratis illis causis, consequens est vt ij effectus ignorentur, & ideo subdit: *Sciebas tunc quod nascitus esses*. Quasi dicat, nūquid præcognoscere potuisti per considerationem motus cœli tempus tuæ natiuitatis, & tu quidem hoc nō potuisti, quia antequā nascereris non eras, sed nec alius homo præcognoscere potuit, propter debilitatē cognitionis humanæ. Loquitur enim Dominus ad Iob in persona omnium hominum, & sicut non potuisti præcognoscere tempus natiuitatis tuæ, ita non potes præcognoscere terminum vitæ tuæ, vnde subdit, *& numerum dierum tuorum non eras*. Quasi dicat, cognoscere hoc non potes ex computatione cœlestium motuum, quorum terminum & mensuram ignoras. **9** ¶ Iis autem præpositis, quæ pertinent ad immutationem lucis & tenebrarū, procedit ad diuersas immutationes aeris secundum quod aer variatur per tempestatem & serenitatem, & incipit à niue & grādine dicens: *Nunquid ingressus es thesauros niuis aut thesauros grādinis aspexisti*. Thesauros niuis & grandiniss vocat vapores sursum eleuatos, ex quibus niues & grandinis generantur sed quia grandines grossioris substantiæ sunt, & multo magis propinquo nobis generantur frigore ad interiora nubis expulso circumstante calore, ideo circa grandines facit mētionem de visu, quia magis visui subiecti possunt. Circa niues autem de ingressu, quia magis propter eorum tenuitatem possunt penetrari, huiusmodi autem quandoque Deus vtitur ad hominum correctionem, sicut supra, habitum est, per hoc iudicat populos. Vnde subdit. *Quæ preparavi in tempus hostis*, id est,

Id est, in tempus quo est vltio sumenda de hostibus contra quos Deus vtitur iis quasi bellicis armis, vnde subdit: *In diem pugne*. Id est, actualis conflictus. *& belli*, id est, guerra: in qua sit præparatio ad pugnam. Finita autem tempestate **10** niuis & grandinis, subsequitur serenitas, in qua claritas & calor aeris præparantur, vnde subdit. *Per quam viam spargitur lux*. Quod pertinet ad claritatem. *Diuiditur æstus super terram*. Quod pertinet ad calorem. Vbi considerandum est quod supra vbi de luce loquebatur, quantum ad ipsā luminaria in quibus habitat, fecit mētionem solum de via eius, quia scilicet lux per motum luminarium viam suā peragit, siue sit tempestat, siue serenitas, sed ad nos ex ea non peruenit claritas, & calor, nisi cessante tempestate. Nō autem sensibiliter diuersificatur claritatis intētio in diuersis terris, cum aer fuerit serenus, sensibiliter autem diuersificatur intentio caloris, ideo lucem spargi dixit quasi indifferenter effusam, æstum autem diuidi quasi pro diuersitate locorum diuersimode distributum. Consequenter autem **11** procedit ad effectus quosdam ventorum in aere, ex quibus dum pluuia impellitur, causatur imber, vnde dicit. *Quis dedit vehementissimo imbri cursum*. Est enim vehementia imbris cursus ex forti impulsu ventorum, quos diuina virtus producit. Similiter autem dum ex ventis nubes impelluntur, causatur sonus tonitruī, propter quod non auditur huiusmodi sonus in vno loco scilicet quasi alicuius corporis transeuntis, vnde subdit, *& viam sonantis tonitruī*. Subdit autem rationem quare pluuix & nubes à ventis impellantur, cum dicit. *Vt plueret super terram absque homine in deserto*. Quia scilicet habitari non potest propter terræ ariditatem, vapores autem pluuiosi eleuātur maximè ex locis humidis, vnde si nubes & pluuix non impellerētur à ventis, sequeretur quod nunquam in locis siccis plueret. Contingit autem quandoque quod aliqua loca humana industria irrigantur, id est, cessantibus pluuīs, sed hoc ibi accidere non potest, vnde subdit: *Vbi nullus mortalium commoratur*. Et sic illi terræ per humanam industriam prouideri non potest, & propter hoc Deus ordinauit, vt vētis impellerentur nubes & pluuix, vt etiam in locis desertis plueret,



vnde subdit, *ut impletet. Scilicet pluuiis. In viam. Id est, terram per quam nec transire potest homo, & desolatam. id est, destitutam humana procuratione, & sic sola procuratione diuina produceret herbas virentes, scilicet ad decoré terræ & ad pastum animalium syluestriū, quæ etiam diuina prouidentia procuratur. Consequenter autem facit mentionem de pluuiis absque vëto, cum dicit, *quis enim pluuiæ pater. id est, efficiens causâ non ex necessitate, sed ex ordine prouidentia, quæ cõuenit patri, à Deo enim mouetur sol & alia cœlestia corpora, quæ sunt proxima causâ efficiens generationis pluuiarū, ros autem ex eadē causâ generatur, ex qua & pluuiæ, nec differt nisi secundum multitudinē & paucitatem materiae, vnde dicit, *vel qui genuit stillas roris. Signanter***

12 stillas nominat ad designandum paruitatem guttarum. Est autē considerandum, quod sicut pluuiæ congelatæ sunt niues, ita ros congelatus est pruina, vnde subdit. *De cuius vterio est glacies. Vbi notandum quod glaciei causâ est frigus, quæ est qualitas fœminina. Pluuiarū autem & roris causâ est calor resoluens & non permittens congelari vaporē. Calor autē est qualitas masculina, & ideo signanter circa generationem pluuiæ & roris vsus est nomine patris, circa generationem autem glaciei vsus est nomine vteri, quæ pertinet ad matrē. Ex frigore autē duplex glacies causatur. Vna quidē in aere quod pertinet ad pluuiā de cœlo cadētē, vnde subdit, *gelu de cœlo quis genuit. quod adhuc attribuit patri, quia non apparet tanta virtus frigoris in pruina, sicut in vteriori glacie, alia vero est glacies quæ generatur in inferiorib⁹ aquis, in qua maior via frigoris apparet, vnde subdit. In similitudinem lapidis aquæ durantur. Scilicet per vehemens frigus in glaciem condensatæ, & hoc quādoque intantum procedit quod in frigidissimis terris etiā maria congelantur, & hoc est quod subditur, *superficies abyssi constringitur. Scilicet aqua quæ est in eius superficie per frigus condensata, non autem frigus rumpere potest vsque ad maris profundum.***

13

14

15


¶ His ergo enarratis de variis mutationibus aeris, procedit vterius ad immutabiles immutationes cœlestiū corporū. Circa quæ primo in stellis fixis consideratur immobilitas, quia quælibet earum cõseruat situm suum. Ita quod vna alteri

nō appropinquat magis vel minus, & hoc præcipuè apparet in stellis vicinis, quæ nunquā coniunguntur, vnde subdit. *Nunquā coniungere valebis micætes stellas pleiades. Stellæ pleiades dicuntur quædam stellæ quæ lucent in capite tauri, quarum sex apparent valde propinquæ, septima autem obscurior. Secundo consideratur in cœlestibus corporibus vniuersitas primi motus, quo reuoluitur totū cœlū & omnes stellæ in eo semel in die & nocte super polos mūdi, hic autē motus sensibilibus percipitur ex stellis propinquis polo septentrionali, quæ sunt multum perpetuæ apparentiæ propter eleuationē poli super nostrū orizontē, inter quas stellæ vocatur maximè cõstellatio arcturi, qui est vrsæ maior, cuius stellæ manifeste apparent vniuersimoueri in gyro circa polum mundi, & quantum ad hoc subdit, *Aut gyrū arcturi poteris dissipare. Vt scilicet nō circueat polum. Tertio admirabilis apparet in cœlestibus corporibus motus planetarū, in quo cum sit omnino vniuersimouens quædam irregularitas ad sensum videtur, & hoc maximè deprehēdi potest in stella veneris, quæ quandoque oritur ante solem, & tunc vocatur lucifer, quādoque autem occidit post solem, & tunc vocatur vespereus. Manifestum est autem quod stellæ, quæ semper sunt tardioris motus, quā sol, incipiunt primo apparere ante ortū solis, eo quod sol primo suo motu, quo mouetur ab occidente in orientem, deserit eas, sicut patet in saturno ioue, & marte. Luna autem, quæ habet velociorem motum quam sol, semper incipit apparere in sero, quasi deserens solem, præcedens ipsum versus orientem. Venus autem & mercurius quandoque incipiunt apparere de mane, quādoque autem de sero, sed de mercurio, quia raro videtur est parue quātitatis, nō ita est manifestū, in venere autem omnibus apparet, vnde manifestum est quod quandoque habet velociorē motum quā sol, quādoque tardiorē, ex quo manifeste apparet irregularitas in motu planetarum, & ad hoc designandū subdit, *Nunquid produces luciferum. Id est, venerem mane apparētē. In tempore suo, id est, indeterminato tempore, quia hæc diuersitas semper in eo contingit, & vespereum. id est, eandem venerē sero apparentem. Super filios terræ consurgere facis. Et notandum est quod per hoc quod***



17 dicit. *Construere & producere facis.* Designatur noua appari-  
 tio stella. Quarto autē admirabilis videtur in cœlestibus  
 corporibus ordo situs, & motus ipsorum, vnde dicit. *Nun-*  
*quid nosti ordinem cœli,* qui scilicet ab homine comprehendī  
 non potest. Quintū autem admirabile est dispositio in fe-  
 riorum corporū secundū superiora, & quantum ad hoc sub-  
 dit, & *pones rationē eius in terra,* Vt scilicet cognoscas effe-  
 ctus proprios singularū causarū cœlestiū corporū. Prædicti  
 autē effectus diuinæ virtutis maximē quidē sunt, non tamē  
 in eis apprehēditur à multitudine vulgata illa magnitudo  
 virtutis diuinæ, sicut in tonitruo & fulgure, & ideo istos  
 effectus vltimo ponit, vnde quantum ad tonitruum dicit:  
*Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam.* Tonitruū enim ge-  
 neratur in nube, cuius sonitus videtur quasi vox Dei. Post  
 tonitruum autem, vt plurimū pluuiæ magnæ subsequuntur,  
 propter condenfatōnē nubium ex commotione ventorū,  
 ex quibus tonitruū causatur, vnde subdit. & *impetus aqua-*  
*rum operiet te.* Videtur enim multitudo pluuiæ quasi Deum  
 operire in quantum nobis cœlum, quod dicitur sedes Dei.  
 19 ¶ Consequēter subiungit de fulgure dicens: *Nunquid mit-*  
*tes fulgura.* Id est, nunquid per tuā virtutē erit motus eorū,  
 & *ibunt,* quasi scilicet obediant tuo imperio. Solent autem  
 motus fulgurū repercuti ab vno loco in alium, & hoc desi-  
 gnat subdens, & *reuerentia dicent tibi, ad sumus,* quasi in sua  
 reuerfione parata esse, vt iterū obediant diuino imperio,  
 vt ad alium locum mandat seu mittantur. Hæc autē omnia  
 inducuntur ad oster dēdum, quod homo non potest attin-  
 gere neque ad sapientiam, neque ad virtutem diuinam.

LECTIO III.

1  *uis posuit in visceribus hominis sapientiam, vel*  
 2 *quis dedit gallo intelligentiā. Quis enarrabit cœ-*  
 3 *lorum rationem, & concentum cœli quis dormire*  
 4 *faciet. Quando fundabatur puluis in terra, & gle-*  
 5 *be compingebantur. Nunquid capies leana prædā,*  
 & *animum catulorū eius implebis? quando cubant in antris &*  
 & *in specubus insidiantur? Quis preparat coruo escam suā, quando*  
 & *pupilli eius clamant ad Deū vagiētes, eo quod non habeāt cibos.*

¶ Postquam Dominus commemorauit mirabilia suorum  
 effectuum, quantum ad principales partes mundi, quæ sunt  
 terra, mare, cœlū, & quantum ad dispositiones eorum. Nunc  
 accedit ad enarrandū mirabilia suorum operū, spiritualiter  
 quantum ad diuersas proprietates animalium, inter quas præ-  
 pollet cognitio, quæ quidē perfectius in homine quam in  
 cæteris animalibus inuenitur, & ideo ab homine incipiens  
 dicit, *quis posuit in visceribus hominis sapientiam.* Per viscera  
 hominis intelliguntur intimæ vires animæ ipsius scilicet in-  
 tellectus & ratio, quibus Deus sapientiā indidit, in quantum  
 lumen rationis homini dedit quædā seminaria sapientiæ &  
 sciētiae naturaliter indidit rationi ipsius in pernitione pri-  
 morum principiorū. In aliis autem animalibus multa indi-  
 cia apparent naturalis cuiusdā prudētiae. Sed præcipuē hoc  
 manifestatur in gallo, quasi in animali noto & domestico,  
 vnde subdit. *Aut quis dedit gallo intelligentiam.* Intelligentia  
 hic sumitur pro naturali quadam existimatione, secundum  
 quemadmodū intelligentis operatur, quia ipsa eius natura  
 2 existimatio ab intellectu diuino ei datur. In hoc autem  
 videtur gallus quadam intelligentiæ similitudinē habere,  
 quod determinatis horis intatum prorūpit, ac si cognosce-  
 ret proportionēs cœlestiū motuum, vnde subdit. *quis enar-*  
*rauit.* Scilicet gallo. *Calorum rationē.* Id est, proportionem  
 cœlestium motuum, vt possit ex hoc determinatas horas  
 cognoscere seu discernere ad cantādum. Solent autē vigi-  
 les quodam cantu alicuius instrumētī sono propinquitatē  
 dici declarare & certarū horarū noctis. Nō autē potest dici  
 qd aliquis sonitus cœli determinatis tēporibus audiatur &  
 aliis tēporibus vt ex hoc gallus discernat ad cantādū, vnde  
 subdit. & *concentum cœli quis dormire faciet,* quasi dicat con-  
 cētus cœli nō silet sicut vigilis dormiētis, vt ex eius auditu  
 vel silētio possit gallus instrui ad cantādū. Considerandū  
 autē est hic, qd ex motu cœlorū pythagorici posuerunt fon-  
 nitū armonizatū prouenire propter conueniētissimā pro-  
 portionē cœlestiū motuū, & quia ponebant cœlestia cor-  
 pora animata, ideo talis consonantia sonorum possit con-  
 centus cœli vocari, sed Aristoteles probat, in secundo de  
 cœlo, quod ex motu cœlestium corporum, nullus sonitus

De gallo.



procedit, & ideo hic concentum accipere possumus metaphoricè positum pro sola conuenientia cœlestium motuum, qui nunquam requiescunt, huius autem inspiratio sapientia, vel intelligentia aut etiam concentus cœli, ab initio foundationis terræ fuit, vnde subdit: *quando fundabatur puluis in terra.* Quod refertur ad situm terræ, quæ in imo ponitur sicut in fundamento. & *glebe compingebantur.* Quod refertur ad humorem continentem in vnum partes terræ, ne scilicet terra propter siccitatē in puluerem resoluatur.

4 ¶ Deinde accedit ad aliam proprietatem animalium, quæ attenditur secundum acquisitionem nutrimenti, circa quam admirabile aliquid apparet in leæna, cum leo multo cibo indigeat, mirabile videtur quomodo in aliqua regione tantum potest de præda animalium capere, quod sibi sufficiat & filiis suis, vnde subdit: *Nunquid capies leæna prædam.* Id est, nunquid tantam abundantiam, prædæ æquiparabis, vt habeat sufficienter sibi & filiis suis, vnde subdit: *Et animam catulorum eius implebis.* Hoc autem non videtur multum difficile, quando per diuersa loca discurrunt, sed quando in eodem loco manent, vel propter necessitatem nutritionis filiorum ad quod pertinet quod dicit: *Quando cubant in antris.* Vel quia infidantur aliis animalibus capiendis, apparet etiam aliquid mirabile in aubus circa coruū, dicitur enim quod coruus pullos ouis eductos non pascit, donec suos deprehendens plumis nigrescere, viderit, vnde septem diebus eis cibos non ministrat, sed à Deo sustentantur per naturalem virtutem eis inditam, vnde subdit: *Quis preparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum vagientes.* Id est, huc & illuc prospicientes. *Et quod non habeant cibos.* Quasi à parentibus derelicti. Hoc autem non est intelligendum, quasi pulli coruorum Deum cognoscant, sed hoc dicitur, quia qualibet res naturalis suo desiderio in hoc ipso quod aliquod bonum appetit, quasi intendit aliquid à Deo inquirere, qui est actor bonorum omnium.

## CAPITVLVM XXXIX.

## LECTIO I.



Nunquid nostri tempus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obseruasti? Dinumerasti menses conceptus earum: & sisti tempus partus earum. Incuruantur ad fetum, & pariunt, & rugius emittunt. Separantur filij earum & pergunt ad partum: egrediuntur & non reuertentur ad eas. Quis dimisit onagram liberum, & vincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudinem domum, & tabernacula eius in terra sanguinis. Contemnit multitudinem ciuitatis: clamorem exactoris non audit. Circūspicit montes pascuae suæ, & virentia quæque perquirit. Nunquid volet rhinoceros seruire tibi aut morabitur ad præsepe tuum. Nunquid alligabis rhinoceros ad arandum loro tuo, aut confringet glebas vallium post te. Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinquas ei labores tuos. Nunquid credes illi, quoniam sementem reddat tibi & arcam tuam congreget? Penna strutionis similis est pennis herodij & accipitris. Quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea. Obliscitur quod pes conculeet ea, aut bestia agri conterat. Duratur ad filios suos, quasi non sint sui: frustra laborauit nullo timore cogente. Prius autem eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam. Cum tempus fuerit in altum alas erigit, deridet æquum & ascensorem eius. Nunquid prebebis æquo fortitudinem, aut circumdabis collo eius himitum. Nunquid suscitabis eum quasi loquistas? Gloria nauium eius terror terram vngula fodit. Exultat audacter, in occursum pergit armatis. Contemnit pauorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus. Feruens & fremens sorbet terram, nec reputauit tubæ sonare clangorem. Vbi audierit buccinam, dicit: Vah procul, odoratur bellum exhortationem ducum & ululatum exercitus. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum? Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? In petris manet in præruptis silicis commoratur, atque inaccessus rupibus. Inde contempletur escam, & de longe oculi eius prospiciunt. Pulci eius lambunt sanguinem, & vbiicumque cadauer fuerit statim adest. Et adiecit dominus, & loquutus est ad Iob. Nunquid qui contendit cum Deo, tam facile conquiescit. Vtique qui arguit Deum, debet & respondere ei. Respondens autem Iob domino dixit. *Qui*



6 *leuiter loquutus sum, respondere quid possum. Manum meam ponam super os meum. Vnum loquutus sum, quod vnam non dixissem, & alterum, quibus vltra non addam.*

- 1 ¶ Commemorauerat dominus in præcedentibus, id quod pertinet ad vim cognoscitiuam, loquens de sapientia hominis & intelligentia galli. Commemorauerat etiam de præda leonum & esca coruorum, quæ pertinent ad vim nutritiuam. Nunc autem commemorat quædam pertinentia ad vim generatiuam. Et incipit agere de partu ibi cum & ceruarum: in quibus aliquid occultum esse videtur. Ibices enim sunt quædam animalia parua corpore, quæ in locis petrosis habitant: in quibus & pariunt, vnde ad huiusmodi loca de facili non patet hominibus accessus, propter quod dicit, *nunquid nosti tempus partus ibicum in petris*, quasi dicat hoc hominibus est ignotum propter asperitatem locorum, in quibus pariunt. Ceruæ autem, vt dicitur eligunt loca occulta: in quibus pariunt, vbi lupi accedere non solent, & ideo ad ostendendum occultationem partus ipsarum subdit, *vel parturientes ceruas obseruasti?* quod dicitur ad diuinę prouidentię commendationem, mulieres enim cum pariunt indigent obstetricum obsequio, sed animalibus quorū partus homines latet, Deus sua prouidentia exhibet auxilium, quod est eis necessarium: vt cognoscat ea quæ sunt in talibus cognoscenda. Quorum primum est quod sciatur spatium temporis, quo fetus in vtero perficitur: & quantum ad hoc dicit, *dimuerasti menses conceptus earum*, vt scilicet eis indicares quando se debent præparare ad partum vnde subdit, *& scisti tempus partus earum*, vt scilicet eis indicares quando parere deberent. In iis enim solent mulieres puerperæ ab aliis instrui: sed animalia, quæ etiam sunt longe à cõuersione humana, per naturalem industriam ei diuinitus inditam, hoc cognoscunt, & determinato tempore se præparant ad partum: eo modo quo facilius possit partus emitti, vnde subdit, *incuruantur ad fetum*, scilicet emittendum, & pariunt scilicet per seipsas instruente natura: & tamen partus non est delectabilis eis, sed pœnositus, vnde subdit, *& rugitus emittunt*, scilicet per dolore quem pariendo patiuntur.
- 4 Et sicut matres naturali industria se præparant ad partum,

ita, etiam & filij naturali industria diuinitus indita, sibi necessaria conquerunt, vnde subdit, *separantur filij earum*, quod dicit ad differentiam fetus humani, nam puer mox natus nõ potest se mouere, vt discedat à matre, quod tamen in prædictis animalibus contingit. Statim enim postquam nascuntur mouentur: & primus eorum motus est ad escam quæredam, vnde subdit, *& pergunt ad pastum*, sed tamen in principio indigent pasci lacte matris. vnde sic à matre separantur quod tamen ad eam redeant. Postmodum verò cū perfecta fuerint hæc animalia, totaliter à matre separantur. vnde subdit, *egrediuntur & non reuertuntur ad eas*. Quia scilicet vltius ab eis lactari non indigent.

¶ Iis autem præmissis quæ pertinent ad speciales quasdam animalium proprietates pertinentibus scilicet ad cognitionem escam & partum, commemorat ea quæ pertinent ad totam conuersionem vite.

¶ Circa quam primo mirabile apparet, quod quædam animalia dum sunt domestica, sustentari non possunt absque hominis cura. Inueniuntur tamen aliqua ad illud genus pertinentia, quæ sunt syluestria: & absque hominum prouidentia gubernantur: & hoc maximè mirabile apparet in asino: qui cū est domesticus totaliter videtur humanæ seruituti deputatus: à qua tamen seruitute asini syluestres, qui onagri dicuntur, liberi esse apparent. vnde dicit, *quis dimisit onagrum*, id est, asinum syluestre, *liberum*, id est ab hominum seruitute. Quod quidem dicitur secundum quod id quod consuetum est, apprehendatur ab hominibus quasi naturale. Vnde quia consueti sunt homines non videre asinos, nisi seruituti subiectos: videtur eis quod sint naturaliter serui: & ideo si inueniantur aliquando liberi, videtur eis quod sint à seruitute dimissi. Ecõtrariò autem se habet: nam prius fuerunt huiusmodi animalia homini tamè subiecta, per modum quo nunc sunt, postmodum autem humano artificio sunt domita, & hominum seruituti deputata. Signa autem seruitutis asinorum sunt vincula, quibus ligantur, sicut chamus vel aliquis huiusmodi: & quantum ad hoc subdit, *& vincula eius quis soluit*. Onagri enim vinculis carent. Apparet etiam in asinis domesticis, quod pereat,

si remaneat, abſq; habitaculis ab hominibus preparatis: ſed onagri habet ſibi per diuinā prouidentia habitaculū preparatū. vnde ſubdit, *cui dedi in ſolitudine. ſ. ad quā homo nō accedit. domū.* puta aliquod antrū vel cauernā quācūq; & *bernacula eius,* puta ſub herbis aut arborib⁹, *in terra ſanguinis. i. in* aliqua terra inhabitata propter ſcicitatem, & ſolis exuſtionem, ex qua humor eius quaſi in ſaporem ſalis conuertitur. Et quāuis huiusmodi habitatio videatur incultior & horridior propter ſolitudinem, tamen eam præfert quātuncunq; nobili ciuitati, vnde ſubdit, *contemnit multitudinem ciuitatis,* ſcilicet in comparatione ad habitationem deſerti: & aſignat duplicem rationem.

¶ Quartum prima eſt, quod ibi nō exiguntur ab eo laborioſa opera vnde ſubdit. *Clamorem exactoris non audit.* id eſt domini exigentis ab eo portationem onerum vel aliquiū huiusmodi.

¶ Alia ratio eſt quia ibi liberius euagatur ad paſtū querendum, vnde ſubdit, *circumſpicit montes paſcuę ſuę,* quia ſcilicet patet ei liber aditus ad diuerſa loca pro paſcuis querendis & ipſa etiam paſcua pro ſuo libitu accipit, vnde ſubdit, & *uidentia quaque perquiri.* Aſinis autē domeſticis non dantur omnia paſcua: ſed interdum viliora melioribus paſcuis nobilioribus animalibus reſeruatis. Sicut autē aſinus ſeruit homini ad onera deſerēda: loco cuius in ſylueſtribus inuenitur onager, ita etiā ſeruit homini inter domeſtica animalia, bos ad arandum propter ſui fortitudinem: cui comparat inter ſylueſtria rhinocerotem id eſt vnicornium, quod eſt animal quadrupes valde forte & ferum habens vnū cornu in media frōte, hoc autē animal propter ſui ferocitatem nō deſacili poteſt domari, ſicut bos domatur, vnde ſubdit, *nunquid uolet rhinoceros,* id eſt vnicornis, *ſeruire tibi.* vt ſcilicet domeſticatus ſponte tibi obediat. Animalia autem domeſtica cibum libenter ab hominibus capiūt, ad quod excludendum ſubdit, *aut morabitur ad præſepē tuum,* vt ſcilicet paratus ſit comedere quod à te ei offertur. Boues autē domeſticati ad hoc nutriantur, vt in miniſterio, arationis applicentur, & ad hoc excludendum ſubdit, *nunquid alligabis loro tuo rhinoceros,* id eſt vnicornem ad arandum, ſicut ſcili-

cet aratur in bobus, vtuntur etiam homines bobus ad aliud miniſterium vt ſcilicet trahentes quoddam raſtrum terram aratam complanent glebas comminuendo, vnde ſubdit, *aut confringet glebas uallium,* quæ ſcilicet ſolent diligentius excoli propter maiorē ſecunditatem, *poſt te,* id eſt poſtquā terrā araueris vel, *poſt te. i. vt præcedēte ille ſequatur* glebas cōfringēs. Dimittūtur etiā quædā animalia fortia ad agrorum 11  
cuſtodiam contra latrones vel animalia quæ poſſent ſegetes deuaſtare ſicut cuſtodiantur agri per aliquos canes feroces, ſed hoc per vnicornem fieri non poteſt, quia non domeſticatur vnde ſubdit, *nūquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius,* & *derelinques ei labores tuos,* id eſt fructus agrorum ad cuſtodendum, ſic ergo non potes eo, *vti ſicut* boue ad arandum: neque ſicut cauſæ ad cuſtodendum. Similiter nō potes eo *vti:* ſicut forti agricola ad fructus terræ 12  
procurandos vnde ſubdit, *nunquid credes ei quod reddet ſementem tibi* & *aream tuam congreget,* ſicut ſcilicet facit operarius, qui ſemen à domino ſerit, & multiplicatum reddet ſegetes congregando in horreum, & poſt trituram in horreum domini reportando.

¶ Iſis igitur poſitis in quibus quædam animalia ſylueſtria à domeſticis diuerſificātur: ſubdit quaſdā proprietates quorundā animalū, in quibus videntur ab omnibus aliis animalibus quædā proprietates diuerſæ, & hoc præcipue apparet in ſtrutione, qui eſt auis quædā appropinquas ad genus beſtiarū, vnde licet habeat pennas ad modū animalū alte volantium: non tamen ſe poteſt in altum eleuare, vnde dicit, *penna ſtrutionis ſimilis eſt pennis herodū,* id eſt nobiliſſimi falconis qui grifalcus dicitur, & *accipitris,* quæ eſt auis nota, & ambo ſunt aues boni volatus. Eſt autem & alia 14  
proprietates ſtrutionis diuerſa ab aliis auibus quod ſcilicet ſua oua non fouet: ſed fodiens in arena ea dimittit, & operit ſabulo, vnde ſubdit. *Quæ dereliquit in terra oua ſua.* Habet autem hanc naturalem induſtriam quod obſeruat tempus calidum ſcilicet quando incipiunt ſtellæ apparere, quæ dicuntur vergiliæ ſcilicet in menſe Iulij, & tunc parit oua: & ſic ex calore temporis & loci, quia ſcilicet non moratur niſi in locis calidis, oua uiuifi-

cantur: & ex eis pulli nascuntur. vnde subdit, *Tu forsitan in puluere calefacies ea.* Quasi dicat non: sed hoc agitur prouidentia diuina: per quam etiam in puluere conseruantur illesâ. Strutio enim est naturaliter animal obliuiosum: & nullam curâ adhibet de cōseruatione ouorū. vnde subdit: *obliuiscitur quod pes,* scilicet hominis transeuntis, *per viam conculecet ea.* scilicet oua. *aut bestia agri cōterat.* vel casu trâl-  
 16 eundo, vel propter appetitum cibi: Et sicut non habet curâ de cōseruatione ouorum, ita non habet curam de nutritione pullorum. vnde subdit: *Duratur ad filios suos quasi non sint sui.* Quia scilicet nullâ curam habet de nutritione eorum. Et ita quantum in se est perdit fructum generationis. vnde subdit, *frustra laborauit.* scilicet cōcipiendo & conceptum portando ex quo filios non nutrit. Contingit etiam quandoque quod etiam alia animalia fœtus suos deserunt propter timorem: sed strutio hoc facit nullo timore cogente. Facit tamen hoc & si non propter timorem, tamen propter defectum naturalis industriæ: quam circa hæc & alia animalia habent. vnde subdit, *Prinauit enim Deus eam.* scilicet fœminâ strutionis. *sapiētia.* scilicet inordinatè nutriendum & gubernandum fœtum. *nec dedit illi intelligentiam.* Per quam scilicet sollicitudinem habeat de pullis suis. Sapientiam autem & intelligentiam nominat industriam naturalem: Et quia supra dixerat quod habet pennas similes  
 18 pennis Herodij & Accipitris, consequenter ostendit, ad quid ei huiusmodi pēnæ profint, dicens: *Cum tempus fuerit.* id est cū aliqua necessitas velocitatis motus sibi immineat. *in altum alas erigit.* Ita tamē quod per alas corpus eius sursum eleuari nō potest, sed per eas inuatur ad velociter currendū, vnde subdit: *deridet equum.* Quis. *velocius currit quā equus hominē deserēs,* & *ascensorē eius.* s. equi: quia. s. velocius curreret quā homo si suis pedibus iret. Sicut autem  
 19 strutio habet quasdam proprietates à pluribus animalibus diuersas quibus ab aliis animalibus differt: ita equus habet quasdam proprietates ad nobilitatem pertinentes: in quibus ab aliis animalibus differt. Primo autem equi fortitudinem commemorat, cum dicit: *Nunquid prebebis equo fortitudinem.* scilicet non solum corporis prout est potens ad

onus ferendum: sed etiam animi prout audacter ad pericula vadit. Aliam autem proprietatem eius cōmemorat, quōd scilicet, ex exteriori ornatu ad libidinem prouocatur: dicitur enim de equis quod iubarum decore ad coitum concitantur: & iubis eorum libido extinguitur, ad quod significandū subdit: *aut circundabis collo eius hinnitum.* Solēt enim equi hinnire propter libidinem, secūdum illud. Equi amatores in fœminas & emissarij facti sunt, vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat. Ergo hinnitus collo equi adeo circundatur, quādo iubæ ei dantur à Deo ex qua consideratione ad libidinem prouocatur. Est autem alia equi proprietas, quōd vehementer salit: contra morem multorum quadrupedum, vnde subdit. *Nunquid suscitabis eum.* scilicet eleuando in altum. *quasi locustas.* quæ scilicet, saliendo mouentur. Alia verò proprietas equi est audacia ipsius in bellis, quam diffusus describit, quia est nobilis & admiranda. Et primo manifestatur eius audacia, quando adhuc odoratu bellum percipit à remotis. vnde sequitur: *Cloria narium eius terror.* id est bellum, quod est aliis ad terrorem naribus ab equo perceptum: est ei ad gloriam, id est, ad quandam animi magnitudinem: Et hoc signum statim in eo apparet: 22 de quo subditur, *terram vngula fodit.* Quasi præparans se ad pugnandum. Ex hoc autem quod bellum percipit interiorius, gaudet. vnde subdit: *exultat.* scilicet percepta opportunitate pugnandi: & hoc per effectum ostendit cum subdit: *audacter in occursum pergit armatis.* Nec in ipso prælio existens terrore deiicitur. vnde subdit: *contemnit pauorē.* Et quod est amplius etiam vulnerum dolore non pellitur. vnde subdit, *nec cedit gladio.* Solent autem plura animalia ex solo strepitu terreri, sed hoc equo nō accidit. vnde subdit, *Super ipsum sonabit pharetra.* scilicet plena sagittis eum concutitur ad motum militis equo insidentis. Similiter etiam ex hasta & clypeo militis, sonus aliquis procedit. vnde subdit, *vibrabit hasta.* id est, hasta dum vibratur sonum emittit. Similiter clypeus dū mouetur, ad arma colliditur, sonum facit. vnde subdit, *& clypeus.* scilicet sonat: Sed tamē adhuc sonitum equus non stupefcit. vnde subdit, *feruens.* scilicet interior per audaciam, & fremens. scilicet hinnitus: 25



quem fremitum nominat, qui est proprie leonum propter equi audaciam: & non solum voce interiori feruore animi demonstrat, sed etiam exteriori actu: vnde subdit: *forbet terram*. id est videtur eam forbere pedibus fodiendo. & non solum obstupefcit sonitu pharetræ hastæ & clypei. Sed nec etiam sono tube: qua vtuntur in bellis. vnde subdit: *nec reputat tubæ sonare clangorem*. vt scilicet, propter hoc obstupefcit. Quinimmo gaudere dicitur ad sonum buccinæ. vnde subdit: *vbi audierit buccinam dicunt vah*. id est emittunt exultationis vocem. Nam vah est interiectio exultantis: Et quia hæc quæ prædicta sunt, pertinent ad equi audaciam: subiungit de perspicacitate dicens, *procul odoratur bellum*. id est cum hostes adhuc procul sunt odoratu percipit bellum imminere. Et quia videtur sentire belli præparationem: dum scilicet duces suis exhortationibus animant milites, & quantum ad hoc subdit: *exhortationem ducum*. scilicet percipit. & *ululatum*. id est confusum clamorem & strepitum. *exercitus*. scilicet præparantis se ad bellum.

- 27 ¶ **I**is autem præmissis de animalibus quæ gradiuntur in terra, accedit ad animalia quæ volant in aëre. Et primo commemorat naturalem indultriã accipitris, qui tempore mutationis pennarum expandit alas suas ad austrum, qui est ventus calidus: vt apertis poris veteres pennæ decidant, & novæ renascantur. vnde dicit: *Nunquid per sapientiam tuã plumescit accipiter*. scilicet quando pennæ eius renouantur. *expandens alas suas ad austrum*. vt scilicet facilius pennas mutet. Vltimo autem loquitur de aquila, quæ cæteris auibus altius volat. vnde dicit: *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila*. scilicet sicut ad meum: facit enim hoc aquila naturali instinctu. Omnis autem naturalis cursus rerum, est quadam motio creaturæ ad præceptum Dei secundum illud. Ignis, grãdo, nix, glacies spiritus procellarum quæ faciunt verbum eius. Et sicut aquila habet motum in altum: ita etiam in altis conuersatur: quod pertinet ad nobilitatẽ suæ naturæ. Et ideo dicit: *in arduis ponit nidum suum*. Vt pulli eius statim nati consuescant in altis morari: Et ideo subdit: *in petris manet*. Quasi gaudens aëris puritate: eo quod in petrosi locis non sit multa vaporum resolutio. & in præ-

*ruptis silicibus comoratur*. Ad quas scilicet noxiis bestiis non patet accessus. atque inaccessis. scilicet homini. *rupibus*. per quod scilicet eius securitati prouidetur. Habet autẽ aquila <sup>30</sup> visum valde acutum, vt possit ex longinquo videre, necessarium cibũ. vnde subdit: *inde*. scilicet de locis altis. *contemplatur escam*. scilicet non solum propinquam, sed etiam remotam. vnde subdit: *oculi eius de longe prospiciunt*. Est autem <sup>31</sup> aquila potens in præda sicut & leo inter quadrupedia. & ad hoc designandum subdit. *Pulli eius labunt sanguinem*. scilicet animalium viuentium quem aquila ad nidum desert. Pascitur autem aquila, non solum animalibus viuus, sicut falcones & accipitres: sed etiam cadaueribus animalium mortuorum. vnde subdit: *vbiunque cadaver fuerit, statim adest*. Per quod etiam velocitatem volatus eius designat. Hæc autem omnia sunt inducta ad ostendendum magnitudinem diuinæ sapientiæ & virtutes, per quã tam mirabiles effectus producantur. Vnde datur intelligi quod Iob auditis tot mirabilibus diuinorum effectuum stupẽs siluit: sed dominus eum excitat ad considerandum, quod homo non est idoneus ad disputandum cum Deo. vnde subdit, *Adiecit dominus*. scilicet super verba præmissa. & *loquitur est ad Iob*. scilicet eo tacente. *nunquid quis contendit cum Deo*. <sup>33</sup> Id est, qui offert se disputaturum cum eo. *tam facile conuiscit*. scilicet quasi sit superatus, sicut tu qui taces. *utique qui arguit Deum*. quasi de eius iudiciis disputas. *debet & respondere illi*. Iustum est enim vt qui alium ad disputandum prouocat, etiam ipse paratus sit respondere. Et ne videretur Iob licet conuictus, in sua sententia obstinatus permanere, in verba humilitatis prorumpit. vnde sequitur. *Respondens autem Iob domino, dixit: qui leuiter loquutus sum, respondere quid possum*. Vbi considerandum est quod Iob coram Deo & sua conscientia loquens, non de falsitate loquutionis, aut de superba intentione se accusat: quod ex puritate animi fuerat, loquutus sed à leuitate sermonis: quia scilicet etiam non ex superbia animi loquutus fuerat. verba tamen eius arrogantiam sapere videbantur: vnde amici eius occasionem scandalii sumpserant. Oportet autem vitare non solum mala: sed etiam ea quæ habent speciem mali secundum Apostolum. *1. Thess. 5.*



36 Ab omni specie mala abstinete vos. Et ideo subdit: *Manum meam ponam super os meum. vt scilicet ad similia verba de cetero non prorumpā: Et de iis quæ dixi pœniteo. vnde subdit: vnum loquutus sum quod verum non dixissem. scilicet quod dixi me disputare cum Deo. & alterum. scilicet quod meam iustitiam pretuli dum de diuinis iudiciis ageretur. Tertium autem quod ei Eliud imposuerat. vt scilicet diceret iudicium Dei esse iniustum, non recognoscit: quia hoc non pertinet ad leuitatem loquutionis, sed ad blasphemiam. Sic autem de leuiter dictis pœnitet: quod emendationem proponit. vnde subdit: *quibus ultra non addam.* vt scilicet alia verba leuia proferam. Est autem considerandum quod prædicta loquutio domini ad Iob non fuit per exteriorem sonum prolata, sed interius inspirata. Iob tripliciter in hoc libro inuenitur fuisse loquutus. Primo quidē quasi repræsentans affectū sensualitatis, in prima quæstione cum dixit: *pereat dies:* Secundò exprimens deliberationem rationis humane, dum contra amicos disputaret. Tertiò inspirationem diuinā: dum ex persona domini verba induxit. & quia humana ratio dirigi debet secundum inspirationem diuinam, post verba domini quæ secundū rationem humanam dixerat reprehendi.*

## CAPITVLVM XXXX.

## LECTIO I.

**R**espondens autem dominus Iob de turbine dixit. *Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & indica mihi. Nunquid irritum facies iudiciū meum, & condemnabis me vt iustificeris? Et si habes brachium sicut Deus, & voce simili tonus? Circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus. Disperge superbos in furore tuo, & confunde eos, & respiciens omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impius in loco suo. Absconde eos in puluere simul, & facies eorū demergere in foueam: & ego confitebor quod saluare te possit dextera tua.*

¶ In præcedentibus dominus per commorationem mirabilium

bilium, quæ apparent in eius effectibus, demonstrauit suam sapientiam & virtutē: vt ex hoc manifestū sit. quod nullus homo, nec sapiētia, nec potestate potest cū Deo contendere. Nūc autē vterius procedit ad arguendū Iob de hoc, quod suā iustitiā cōmemorauerat, per quod aliquib⁹ sonare videbatur in derogationē diuini iudicij. præmittitur etiā modus diuinę loquutionis cū dixit. *Respondens autē dominus Iob de turbine dixit.* Et excitatio attētionis cū subditur. *Accinge sicut vir lumbos tuos.* & petitio responsionis cū subditur. *interrogabo te, & indica mihi.* quæ quia supra exposita sunt, hic iterare non oportet expositionē eorū. Est autem considerandū quod Iob suā iustitiā cōmemorando nō intendebat imponere iniquitatē diuino iudicio, sicut tres amici eius, & Eliud peruersē intelligebant: sed intēdebat ostēdere quod non erat punitus in vltione peccatorū, sicut ei imponabāt: sed ad probationem sicut supra dixerat. Probabit me quasi aurum quod per ignem transiit. Veritatem hoc ipsum reprehensibile videbatur, quod sic suā iustitiā cōmendabat, quod aliis videbatur hoc redūdare in derogationē diuinæ iustitiæ. vnde subdit: *Nunquid irritum facies iudicium meum. Q. d. nunquid hoc tibi videtur, vt cōmendando tuā iustitiā facias ab hominibus reputari. i. falsum esse iudiciū meum. Falsitas autē iudicij, est cōdemnatio iudicantis, qui iniquū iudiciū profert, vel ex ignorantia, vel ex malitia. vnde subdit, & condemnabis me vt iustificeris. Q. d. nūquid intātū vis te ostendere iustū, quod ego apud alios cōdēnabilis videar.*

¶ Est autem notandū quod si fuerint duo equales, si oporteat alteri culpā imponi, nō est reprehensibile, si alter eorū à culpa imposta se expurget: quamuis alter, culpabilis in aliorū opinione remaneat, quia homo plus se, quam alium naturaliter diligit: sed vbi tanta distantia, quāta est Dei & hominis: potius homo debet pati culpā iniuste in se referri: quā quod iniuste referatur in Deum. & ideo dominus ad arguendū Iob, proponit excellentiā Dei super homines. Quæ quidem excellentia ex eius effectibus manifestatur: sed quia nūc agitur de comparatione iustitiæ, quæ propriē attenditur respectu irrationabiliū rerū. Ideo ad ostendendā diuinā excellentiā, accipit effectus quos Deus operatur in





rationabilibus creaturis: qui quidē effectus secūdu duo cōsiderari possunt. Vno modo secūdu virtutis suae operationem. & quantū ad hoc dicit. *Si habes brachiū sicut Deus*. Per brachiū enim potētia diuinā virtutis exprimitur, quo quidem brachio vtitur, & ad sustentationē bonorū secundum illud. In brachio suo cōgregabit agnos. & ad punitionem malorū secūdu illud. Fecit potētia in brachio suo: disperfit superbos mēte cordis sui. Alio modo operatur Deus in rationabilibus creaturis per suae sapientiae doctrinā: quā propter eius excellentiā tonitruū nominat: & quātū ad hoc subdit. *Et si voce similit̄ tonas*. hoc autē tonitruo vtitur Deus ad instructionē bonorū, secundū illud. Quamuis parua stillā sermonum eius audierimus: quis poterit tonitruū magnitudinis eius intueri. & ad terribilē inreparationē malorū secūdu illud. Vox tonitruū tui in rota: & postea sequitur. Cōmota est & contremuit terra. Et in huiusmodi autē effectibus excellentiā diuinā demōstrat quantū ad tria. Primo quidē ad decorem cū dicit. *circūda tibi decorem*. Quasi dicat, si tam potens es in effectibus, sicut Deus: attribuas tibi eius decorem. vnde signanter dicit. *circūda tibi*. Deus enim non habet circūdatum decore, quasi superadditū eius essentiae: sed ipsa essentia eius est decor: per quē intelligitur ipsa claritas, siue veritas & puritas, siue simplicitas & perfectio essentiae eius: sed homo non potest habere decorem nisi circūdatum, quasi participando ipsum a Deo vt superadditum suae essentiae. Secundo tangit diuinam altitudinem, cū subdit. *Et in sublime erigere*. Attenditur autē diuina sublimitas, non loco, quia Deus loco non comprehenditur, sed perfectione & virtute: quia quicquid de eo dicitur: cōuenit ei in somno: huiusmodi autē sublimitas Deo esse conuenit vnde ad eam non erigitur, sed in ea immobiliter manet. Homo autē secundū suā naturā est infimae cōditionis. vnde ad illā sublimitatem diuinā peruenire non posset: nisi se supra se subleuando. Ideo signanter dicit. *in sublime erigere*. Tertio tāgit eius gloriam, cū subdit. *Et esto gloriosus*. gloria quidē importat notitiā de bonitate alicuius: vnde Ambro. dicit quod gloria est clara cū laude notitia. Bonitas autem Dei infinita est: cuius notitia perfecta nō est, nisi apud Deū.

Cap. 26.

Psal. 76.

Esā. 40.

Luce. 1.

dh

Et ideo gloria in solo Deo est: in quantum seipsum cognoscit: ad quam gloriam homo peruenire nō potest, nisi participādo cognitionē diuinā, secundū illud. In hoc gloriatur, qui gloriatur scire & nosse me. Et ideo signanter dicit. *esto gloriosus*. quia homo essentialiter hanc gloriā nō habet. ¶ His igitur positis, quae pertinent ad excellentiā diuinā potestatis & naturae procedit vterius ad cōmemorandum diuinos effectus in rationabilibus creaturis, & quantum ad bonos, & quantum ad malos. Sed sciendū est quod effectus, quos Deus operatur, in sublimatione iustorum magis attribuantur misericordiae, effectus autem quos operatur in punitionem malorum, propriē attribuantur iustitiae: & ideo quia nunc agitur de iustitia. Primo breuiter tangit effectū diuinae operationis quantum ad bonos, cum dicit. *Et speciosus induere vestibus*. Omnes enim boni tam angeli quā homines, speciosi sunt ex participatione diuinā essentiae, sapientiae, & iustitiae: & sicut homo ornatur ex specioso vestimento. Ita omnis decor sanctorum angelorum & hominum, redūdat in ornatū Dei: in quantum ex hoc Dei bonitas cōmendatur per modum quo dicitur. His omnibus velut ornamenta vestiens. Est autem considerandū, quod hoc ad misericordiam Dei pertinet, quod sanctos suos faciat speciosos: sed quod eorum decore vtatur ad suam gloriā, hoc ad iustitiam pertinet: de qua nunc loquitur. Et ideo nō dicit speciosas fac vestes, sed speciosis induere vestibus. ¶ Deinde diffusius exequitur effectus diuinae iustitiae, quos exercet in malos. Et primō hoc prosequitur quātū ad hoīes. ¶ Sciendum est autem quod omnis malitia hominum a superbia initium habet, secundum illud. Initium omnis peccati superbia: Inter cuncta etiam vitia Deus maximē superbiam detestatur, vnde dicitur: quod Deus superbis resistit. Et hoc ideo quia superbi quasi Deo rebellant, dum ei humiliter subdi non volunt: & ex hoc in omnia peccata incidunt diuinis praeceptis contemptis: vnde & terreni principes maximē detestantur rebelles. Et ideo dominus specialiter commemorat effectum suae potētia, quem contra superbos exercet. Est autem duplex genus superbiorum, quidam enim ex bonis, quae habent se super alios, efferūt sicut

Hier. 9.

Esā. 49.

Ecc. 10.

Iac. 4.

Duplex genus superbiorum

panā cortū

Bb ij



Luc. 18. ille qui dicebat. Non sum sicut ceteri hominum. & ij proprie superbi dicuntur: vt ipsum nomen sonat. Est autē propria superborum pœna discordia: quia dum quilibet alij superesse nititur, & subijci recusat, ad inuicem concordare non possunt. vnde dicitur. Inter superbos semper iurgia sunt. Et ad hoc designandū dicit: *Disperge superbos in furore tuo.* Q. d. exerce officiū Dei, quod est dispergere, vt in vnū conuenire non possint. Per furorem autem Dei intelligitur grauis vindicta. Aliud autem genus superborum est, qui sibi arrogāt id quod supra ipsos est. Et ij proprie arrogantes dicuntur. vnde dicitur. Arrogantiā & altitudinē cordis ipsius, ego scio, ait dominus: & quod non sit iuxta eam virtus eius. horū autē pœna propria est deiectio. Cū enim volunt se erigere supra posse consequens est vt periculose corruant secundū illud. Deiecisti eos dū alleuaretur, vnde subdit: *respiciens omnem arrogantē humiliā.* id est deicias ex prospectu tuā prouidentię. Cōmunis autem vtrorūque prima pœna est confusio: quia cum non possunt consequi altitudinem, quam prætendebant, confunduntur apparete defectu eorum. vnde subdit, *respice cunctos superbos & confunde eos.* Vnde & supra. 20. dictum est, Si ascenderit vsq; in cœlum superbia eius, quasi sterquiliniū in fine perdetur. Consequenter autem ponit cōmunes pœnas eorū. Secunda pœna autem eorū, est eorum destructio, quam designat subdēs: *contere impios in loco suo.* Superbos impios nominat, quia sicut dicitur: Initium superbiē hominis est apostatare à Deo, quod repugnat diuino cultui, qui pertinet ad pietatē. Conueniens autē pœna est superborū quod conterantur: quod enim conteritur, quadā violētia fortioris corporis in minimas partes resoluuntur. Iustum est autem vt superbi, qui se inordinatē magnos existimant, fortiori virtute, scilicet diuina, ad minimum deducantur. Signanter etiā addit, *in loco suo.* vt ostendatur id quod in quo confidunt, eos liberare non potest. Vnumquodq; enim in suo loco conseruatur. vnde multitudo diuitiarū, vel status dignitatis, vel siquid aliud huiusmodi est, in quo homo confidat, locus enim dici potest: quibus non obstātibus superbus adeo cōteritur, vt quasi in loco suo contritus videatur.

Hier. 48.

Isal. 72.

Ecc. 10.

Tertia pœna est quod postquā sunt ad infimū redacti, claritas famę eorū cessat. Iustum est enim qui gloriā & pompam quærebāt, ab hominū memoriis deleantur, secundū illud. Nomē impiorū putrescet. vnde sequitur: *absconde eos in puluere.* i. facies eos obscuros propter statū vtilitatis ad quem deducetur quod autē addit *simul.* potest ad duo referri, videlicet ad hoc quod omnes superbi depereunt, scilicet simul, id est, subito deiiciuntur. Quarta autem pœna eorum est, quod non solum ipsi ab aliis non cognoscantur, sed etiam bona, de quibus superbiuerunt, agnoscere non sinantur. vnde subdit: *facies eorum.* Per quas, scilicet virtutes eorum cognoscitiue signantur, eo quod visus hominis in facie ponitur. *demerge in foueam.* In profundo inferni, & loquitur de damnatione mortis, secundā per similitudinem mortis primæ, per quam homines in corporalem puluerem reducuntur in foueam demersi. Hoc autem dominus præmiserat, quasi propria sua opera: eius autem proprium est, vt non egeat alieno auxilio. quod homini conuenire non potest: sicut nec potest prædicta opera exercere. vnde subdit: *ego confitebor quod saluare te possit dextera tua.* Quasi dicat, si prædicta opera facere potes: quæ sunt Dei solius, potes rationabiliter attribuere quod diuino auxilio non egeas ad salutem: sed sicut illud non potest: ita nec hoc, vnde non debes de tua iustitia gloriari.

LECTIO II.

**R**ece Vehemot, quem feci tecum, senum quasi bos comedet. Fortitudo eius, in lumbis eius, & virtus illius in ymbilico vteris eius. Stringit caudam suam quasi cedrum, nerui testicularum eius perplexi sunt. Ossa eius velut fistula aris, cartilago illius quasi lamina ferrea. Ipse est principium viarum Dei. Qui fecit eum, applicabit gladium eius, huic montes herbas ferunt. Omnes bestia agri, ludent ibi, sub ymbra dormit in secrete calami in locis humentibus. Protegunt ymbra ymbra eius, circumdabunt eum salces torrentis. Ecce absorbebit flumen & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat torrentans in os eius. In oculis eius quasi hamo capiet eum, & in sudibus perforabit nates eius.



¶ Supra dominus narrauerat effectus virtutis suæ: quos in malis hominibus operatur. Nunc autem accedit ad describendum malitiam diaboli. Manifestum est autem ex præmissis quod apud Iob & amicos eius eadem erat opinio de dæmonibus: quam nūc ecclesia catholica tenet, vt scilicet ex angelica dignitate per peccatum corruerint vnde supra dictum est. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles: & sic homo per peccatum decidit à ratione dignitatis, & contra rationem agens, irrationabilibus comparatur. Ita etiam diabolus per peccatum aduertentes se à supremis & intelligibilis bonis, dum principatum super inferiora & terrena appetiit, animalibus brutis comparatur: in quorum effigie dæmones frequenter apparent hominibus, Deo proidente, vt tales figuras corporum sinantur assumere, per quas eorum conditio designetur. Est autem considerandum, quod angeli in sua dignitate remanentes, excellentiam quandam habent super hominum dignitatem. vnde & in fulgentiori quadam claritate apparent hominibus. Ita etiam dæmones excellentiam quandam & principatum in malitia supra homines habent, & ideo sub figura quorundam excellentium, & quasi monstruorum animalium, describuntur. Inter omnia terrestria animalia excellit elephas magnitudine & virtute: inter animalia verò aquatica excellit cetus. Et ideo dominus suscribit diabolus sub figura elephantis & ceti: vt hoc nomen Vehemoth, quod significat animal, referatur ad elephantem: qui inter cætera animalia terrestria, quæ cõmuniter animalia dicunt, quoddam principatū tenet propter magnitudinē corporis. Nomen autē leuiathan, quod significat additamentū eorū, referatur ad cetē gradia, quæ habet magnitudinis additamentū supra omne animalium gen<sup>o</sup>. Posset autē fortē alicui videri qd dominus ad literā intēderet exprimere proprietates horū animalium: sed opin figurā alterius describatur. Manifestū est ex hoc quod proprietatibus positis ad figurā pertinentibus subdit veritas. Nā præmissis proprietatibus, *Vehemot*, id est elephātis: quasi exponendo veritatē subdit. *Ipsē enim principiu viariū Dei*: præmissis autē proprietatibus *leuia*. i. ceti subdit. *Rex super oēs filios superbiæ*. Et quasi satis cõueniēter

in hac disputatione domini in descriptione diaboli terminatur disputatio Iob, quæ est de aduersitate ipsius, quia etiã supra commemoratur satan fuisse principium aduersitatis ipsius, & sic dum aduersitatis ad ipsum Iob referre niterentur, putantes ipsum propter peccata sua à Deo esse punitum, Dominus postquam Iob redarguerat de inordinata loquutione quasi finalem determinationem disputationū adhibens, ait de malitia satã quæ fuit principium aduersitatis Iob, & est principium damnationis humanæ, secundum illud. Inuidia diaboli introiuit mors in orbem terrarum. Primo ergo incipiens describere satã sub figura vehemot, assignat conuenientiam eius ad hominem dicens: *Ecce vehemot quem feci tecum*. Et siquidem licet referatur ad tempus incohatationis vtriusque, quãtum ad figuram veritas apparet. Nam sexto die simul cum homine terrena animalia sunt producta, si referatur ad diabolus, de quo figuratiter siue metaphoricè, hæc dicuntur, non videtur simul diabolus factus cum homine, nã homo factus legitur die sexto. Satan autem inter Angelos factus creditur in principio, quo creauit Deus cælum & terram. Sed si illa dierum enumeratio non designat temporis successiõnem, sed diuersa rerum productarum, secundum sententiã Augusti, nulla repugnantia inuenitur. Si autem per aliorum expositionem, Angelorū creatio duratione præcessit hominis productionem, potest dupliciter hoc verbum intelligi. Vno modo, vt sit sensus. *Quem feci tecum*. Id est, quem feci sicut & te, & hoc dicit ad excludendū errorem eorum, qui considerantes malitiam diaboli, existimauerunt eum non esse Dei boni creaturã. Alio modo, vt sit sensus, *quem feci tecum*. Id est, similitudinem tecum habentem, quantum ad naturam intellectualem. Et vt huiusmodi etiam similitudinis aliquod vestigium in elephãte apparet, dicit enim, Aristotele in libro octauo de animalibus, quod maxime domesticabile animalium syluestrium est elephas, ad multa enim eruditur & intelligit, quoniam etiam adorare reges docetur, quod nõ ideo dicitur quia habet intellectum, sed propter bonitatem naturalis existimatiuæ, descripta igitur conuenientia vehemot cum homine, describit proprietatem

Sapient. 2.



## D. THOMAS

tes ipsius. Et ne hoc primo ad figuram referamus, tria videtur circa vehemot describere. Primo quidem cibum ipsius cum dicit: *Fenum quasi bos comedit*. Ad literam enim non est animal comedens carnes, sed herbas & huiusmodi ad modum bouis, & quia herba nascitur in terra, per hoc signatur quod fata pascitur, id est, delectatur in terrenorum dominio, vnde & iactatur de se dicit. Mihi tradita sunt regna orbis terrae, & cui voluero do illa. Secundo describit coitum eius, in cibo enim & coitu praecipue delectationes animalium consistunt. Describit autem coitum elephantis.

¶ Primo quidem quantum ad principium libidinis, ex qua animalia commouentur ad coitum, cum dicit: *Fortitudo eius in lumbis eius*. Nam ex lumbis siue ex renibus semen ad membra genitalia deriuatur.

¶ Secundo describit figuram coitus. Nam sicut philosophus dicit in libro quinto animalium. Patitur coitum femella elephantis concidens, & masculus ascendit & hoc significat subdēs, & *virtus illius in vmbilico ventris eius*. Scilicet quia vmbilicum supponit in coitu dorso femella, & oportet quod sit in vmbilico magna virtus, ne fragatur propter collisionem corporum tam magnorum. Animalia autem in quibus talis figura coitus inuenitur, dum coeunt, caudam inter tibias posteriores stringunt, vnde subdit: *Stringit caudam suam quasi cedrum*. Quod dicitur propter magnitudinem eius.

¶ Tertio describit organa coitui deseruentia, cum subdit: *Nervi testicularum eius perplexi sunt*. Id est, reuolutiones quasdam habent, vt philosophus describit in libro 3. animalium. De testiculis enim animalium gresibiliu & generantiu animal. Haec autem ad diabolum literaliter referri non possunt, quasi ipsi ad modum animalium corporaliter coeant, quasi ipso coitu delectati, & si enim vt Aug. dicit in libro 15. de ciuitate Dei. Quidam incubi saepe dicuntur extitisse mulieribus improbi, vt earum appetisse ac peregrisse concubitu, non tamen hoc agunt quasi coitu delectati, sed delectantur in hoc quod omnes homines ad peccata talia inducunt, ad quae maxime sunt proni, vnde Augustinus dicit in libro 2. de ciuitate Dei. Quis non intelligat quantum moliantur maligni spiritus exemplo suo auctoritate praebere crimini, & propter hoc, vt ipse in eo-

## IN LIB. IOB.

189

dem libro alibi dicit. Huius luxuria, huius obscenitatis delectatur, quae quidem eorum delectatio metaphoricè in verbis praemisissis exprimitur, quod propter concupiscentiam carnis, sed hoc vitium maxime possunt homines superare, ideo dicit, *Fortitudo eius in lumbis eius*. Vt hoc referatur ad viros: & *virtus illius in vmbilico ventris eius*. Vt hoc referatur ad mulieres. *Stringit caudam suam, sicut cedrum*. Quia quos in hoc peccatum deiicit dulcedine voluptatis, finaliter ligatos tenet. *Nervi testicularum eius perplexi sunt*. Quia si aliquis in hoc vitium deiectus euadere nititur, diuersis occasionibus iterato irritetur.

¶ Tertio describit motum elephantis, de quibus dicitur quod habent inflexibiles pedes tibias, & crura propter pondus corporis sustentandum, & habent ossa solida sine iuncturis, & ad hoc designandum dicit. *Ossa eius velut fistulae aris*. Quia flecti non possunt, sicut nec fistulae aris, & hoc refertur ad exteriora organa motus, quae sunt tibiae & crura, interior autem organa motus sunt cartilagineae quaedam & nerui, quae etiam in elephatibus non facile flectuntur, & quantum ad hoc subdit. *Cartilago illius quasi laminae ferreae*. Quae scilicet incuruari & extendi non possunt, & per hoc significatur obstinatio diaboli, qui a proposito suae malitiae retrahi non potest, & crudelitas eius per quam ab exteriorum hominum nocumento non cessat. Haec autem quae figuraliter dicta sunt, exponit Dominus subdēs. *Ipsa*, scilicet satan, de quo praedicta metaphoricè dicta sunt. *Est principium viarum Dei*. Id est, operum eius, & siquid hoc referatur ad opera creationis, hoc ea ratione dicitur, quia satan inter primas creaturas est conditus, vel etiam quia secundum quosdam fuit excellentior inter ceteras creaturas. Sed conuenientius proposito videtur, vt per vias Dei intelligamus opera prouidentiae eius. Considerandum est autem quod deo vnum solum proprium est opus suae bonitati conueniens scilicet benefacere & misereri, quod autem puniat & aduersitates inducat, hoc contingit propter malitiam creaturae rationalis, quae primo est in diabolo, inueta, & per eius suggestionem est ad homines deriuata, & ideo signanter dicit, quod ipse principium viarum Dei est, id est, quod Deus diuersis



6 viis vtatur, scilicet beneficiendo & puniendo, & ne credatur sic esse principis viarum Dei, quod per seipsum sit potens ad nocendum, hoc excludit subdens, *qui fecit eum*. Scilicet Deus. *Gladius eius applicabit*. Id est, noxiam operationem ipsius. Voluntas autem nocendi ex diabolo à seipso, propter quod dicitur. *Gladius eius*, sed effectus nocendi non habet nisi ex voluntate vel permissione diuina. Quia dixerat quod fœnum sicut bos comeder, ostēdit vnde fœnum accipiat ad edendum, vnde subdit. *Huic montes herbas ferunt*. Per quod intelligitur quod sublimes in hoc seculo & superbi, afferunt diabolo suæ delectationis seu refectionis misericordiam, & quomodo hoc sic ostēdet subdens. *Omnes bestie agri ibi ludent*. Sicut enim ad literam in montibus syluestria animalia congregantur ad securitatē, & otium, ita sub quadam sublimium virorum protectione homines bestialiter sæuientes, securi requiescunt, quod signatur. Vbi dicitur quod subtus arborem per quam significatur regia dignitas, habitabant animalia & bestia.

¶ Deinde describit mansionem ipsius, vbi considerandum est, quod sicut, Aristoteles dicit in lib. quinto animalium, Elephantes in solitudinibus manent, & maximè quia circa fluuios solent esse arundineta, & salices, & loca vmbrosa, ideo ad designandum elephantis mansionem dicit. *Sub vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus*. Et quia hoc animal non qualemunque vmbra habitat, sed quod in ipsam subdit. Protegunt vmbra vmbra eius, vt scilicet inferior vmbra per superiorem vmbra defendatur, & causam facientem vmbra designat subdens. *Circundant eum salices torrentis*. Nam salices densiorem vmbra faciunt & frigidiorē, quam arundines, inhabitat autem adulteram hoc animal vmbrosa loca, quia est animal melancholicum & sicce complexionis & habitat in terris calidis, vnde contra calorem & siccitatem æstus querit refrigerium humiditatis & vmbra, per quod designatur quod gladius diaboli non solum effectum habet in montibus, id est, in superbis, qui ei & ipsi herbas ferunt, & bestias agri ludetes sustinet. Sed etiā in hominibus, qui in otio, quasi in vmbra, viuunt, quā ipsi multiplici studio continuare procurant, vt sic vmbra

bra protegant vmbra, & qui in delitiis, quasi in locis humectibus nutriuntur, propter eandem autem causam, propter quam hoc animal humentia & vmbrosa loca querit, etiam multum de aqua potat, vnde Aristoteles dicit in libro octauo, de animalibus, quod iam quidem Elephas bibit aqua metretas Machedomicas, 14. Pro semel, & iterum alias octo. Et ideo ad describendum magnitudinem potus eius, subdit: *Et absorbebit fluumum, & non mirabitur*. Quia scilicet consuevit multum bibere, & postquam multum bibit, expectat alium multum potum, vnde subdit. *Habet fiduciam quod vsuatur iordans in os eius*. Qui scilicet fluuius norus est in terra illa, vbi hæc dicebantur. Ad hoc quidem hyperbolice dicuntur, secundum quod referuntur ad diabolum, in cuius figura hæc dicuntur, significatur eius præsumptio, qua se confidit de facili sibi incorporare per consensum, omnes homines instabiles etiam si habeant aliquam Dei cognitionē, ad quod significandum inducitur spiritualiter de iordane, qui est fluuius in terra, in qua vera Dei cognitio habebatur, in iis enim tribus generibus hominum, maxime diabolus habet effectum, scilicet in superbis voluptuosus, & instabilibus siue curis seculi deditis, qui possunt per fluuium designari, aliqui tamen sunt, qui à diabolo non superati sunt, sed potius contra ipsum victoriam obtinent, quod quidem principaliter conuenit Christo, de quo dicitur, Apocalypsi, 5. Ecce vicit leo de tribu iuda. Consequenter autem conuenit aliis per gratiam Christi secundum illud prima ad Corinthios, 15. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum, & hanc quidem victoriam describit Dominus sub similitudine venationis Elephantis, dicens: *In oculis eius quasi hamo capiet eum*. Scilicet venator per quem Christus & sui significantur, dicitur enim esse vnus modus venationis Elephantis, quod fit fouea subterranea in via Elephantis, in qua incidit ignoranter, ad quam veniens vnus venator percutit, & pungit ipsum. Alter autem venator veniens percutit primum venatorem, & amouet eum ne percutiat Elephantem, & dat ei comedere hor-



Collo. 2.

## D. THOMAS

deum quod cum ter vel quater fecerit, diligit se liberatē, & deinceps ei obediens mansuescit, & sic capiuntur per cibum eis oblatum, sicut pisces hamo. Est autem alius modus venationis elephatum, vt Aristoteles dicit in. 8. de animalibus, vbi dicit quod venatores domesticos elephantes equitant: & persequuntur elephantes syluestres & pungūt eos cum quibusdam instrumentis, & ad hoc potest pertinere, quod subditur, & in sudibus perforabit nares eius, in quibus scilicet habent carnem magis sensibilem, & ideo magis ibi punguntur à venatoribus, per hoc autem mystice designatur quod Christus diabolum superauit, ostendens ei naturam infirmam: vt sic quasi hamo ab eo caperetur: & postmodum virtutem suam in eum exercuit secundum illud. Expolians principatus & potestates traduxit confider.

## LECTIO III.

**A** Extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? Nunquid multiplicabis ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum? Nunquid illudes ei quasi auis, aut ligabis eum ancillis tuis? Concident eum amici, diuident illum negociatores. Nunquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustium piscium capite illius? Pones super eum manum tuam. Memento belli, nec vltra addas loqui. Ecce, spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis precipitabitur.

¶ Postquā Dominus descripsit proprietates diaboli in similitudine elephantis, qui est maximum animalium terrestrium describit ipsum sub similitudine leuiathā, quod est maximum animalium marinarum: & sicut Plinius dicit, est magnitudinis quatuor iugerum, & Isidorus dicit quod habet corpora equalia montibus ad quod refertur nomen leuiathan, quod interpretatur additamētum eorum, vt Isidorus dicit. Hoc animal dicitur balena, à balin, quod est amittere, quia altius ceteris animalibus emittunt aquas, & potest dici quod sicut diabolus comparatur elephanti, qui

## IN LIB. IOB.

191

viuit in terris propter effectus manifestos quos operatur in terrenis & corporalibus creaturis, ita comparatur cetero balenæ in fluctibus maris degenti propter effectus quos operatur in fluctuatione interiorum motuum, quia supra victoriam hominis contra diabolum expresserat sub figura venationis elephantis, ne credatur quod homo sua virtute possit diabolum superare, hic incipit excludere sub figura animalium leuiathan: de quo primo ostendit quod non potest superari per modum, quo capiuntur pisces, vnde dicit, an extrahere poteris, scilicet de aquis, leuiathan hamo, quod fieri non potest, duplici ratione. Primo quia tantæ est magnitudinis, quod nulla hominis virtute aut instrumento sursum eleuari possit, & ad hoc significandum dixit, an extrahere poteris. Secundo quia tantæ est fortitudinis, quod hamo retinere non possit, & ad hoc significandum subdit, & fune ligabis linguam eius, pisces enim qui capiuntur hamo, per funem cui hamus appenditur, retinentur, per quod significatur quod nullus homo potest diabolum neque à malitia sua extrahere: neque etiam eum ligare: vt in sua malitia non procedat. Secundo ostendit quod non potest superari ab homine per modum, quo quædam animalia terrestria magna superantur, retinetur enim bubalus ab homine per anulū ferreum, qui naribus eius imponitur, per quem homo ducit ipsum quo vult. Et ad hoc excludendū subdit. Nunquid pones circulum in naribus eius, subiicit sibi etiam homo equum aut asinum vel camelum imponendo frenum, vel camum in ore eius, & ad hoc excludendum subdit: aut armilla perforat maxillam eius. Prædictorum enim animalium, quasi perforantur maxillæ, armilla, id est ferro quod ponitur in ore ipsorum, sicut autem circulo naribus imposito ducitur bubalus, ita etiā freno vel camo maxillis equi imposito, regitur gressus equi, vt hominē cōueniēter ferat per hoc ergo datur intelligi, quod nullus potest diabolum ducere quo vult: nec eum dirigere, vt suæ voluntati deseruiat. Tertio ostendit quod leuiathan superari non potest per modum, quo homo subiicitur homini: quod quidē fit dupliciter. Vno modo per simplex verbum, puta cum aliquis intantum alteri humillabitur, quod eum rogat, &



hoc tangit, cum dicit, nunquid multiplicabit ad te preces, vel etiam cum addit blanditiarum verba, & ad hoc pertinet quod subdit, *aut loquitur tibi mollia*, id est blanda verba ad te placandum secundum illud. Responsio mollis frangit iram. Alio modo accedente aliqua obligatione, quæ sit vel per aliquod particulare pactum, ad quod pertinet quod dicit, *nunquid feriet tecum pactum*, vel per seruitutem perpetuam, ad quod pertinet quod dicit, *Et accipies eum seruum sempiternum*, & ista quatuor quandoque per ordinem se habent. Nam quandoque aliquis primo quidem propter timorem preces porrigit victori, secundo blanditur, tertio ad pactum suscipitur, quarto per pactum seruituti perpetue subiugatur, per quæ omnia datur intelligi, quod diabolus non timet hominem, ut ei quasi superiori aut fortiori preces ex timore aut blanditiis, aut pactum, aut seruitutem, exhibeat: & si huiusmodi sionter facit ad hominum deceptiones: ut potius eos sibi subiiciat, quam eis subiiciatur. Quinto ostendit quod non potest superari quomodo aues ab homine superantur.

¶ Circa quod considerandum est quod aues primo quidem aliqua deceptione capiuntur, per retia vel viscum, vel aliquid huiusmodi, & hoc excludens subdit, *nunquid illud eis sicut aui*, ut scilicet decipiendo ipsum in tuam redigas potestatem. Secundo postquam iam captæ fuerint, ligat ne auolare possint, & exhibentur pueris & ancillis ad ludum, & hoc significatur cum subdit, *aut ligabis eum ancillis tuis*, per quod datur intelligi, quod homo non potest sua industria decipiendo diabolum superare, nec eum aliis decipiendum exponere. Sic igitur osteso, quod non potest subiici per modum, quo alia animalia subiiciuntur, ostendit consequenter, quod homo non potest uti eo, etiam si subiiceretur per modum, quo utitur aliis animalibus magnis quando sunt in potestate hominis redacta. Et primo hoc ostendit assumens modum, quo homines utuntur animalibus terrestribus captis, puta ceruis & capris, & aliis huiusmodi, quorum carnes diuiduntur dupliciter. Vno modo gratis distribuendo amicis, & hoc excludit subdens, *concedent eum amicis*, & hoc interrogatiue legatur. Alio modo vendendo

diuersis & quantum ad hoc subdit, *diuident illum negotiatores*, quasi dicat, non tanta est enim huius animalis magnitudo, quod si quandoque capiatur, toti regioni sufficiat, unde nec particulariter diuiditur inter amicos, nec venditur in macello ad modum aliorum animalium, per quod designatur quod homo non potest auxilium dæmonis vel alteri gratis communicare, vel etiam vendere. Secundo ostendit quod non potest homo uti leuiathan, ad modum quo utitur piscibus captis: quorum maioribus pisces implet maximas sagenas, & quantum ad hoc dicit, *nunquid implebes sagenas pelle eius*, & forte signanter dicit pelle ad exprimendum modum, quo maximi ceti capiuntur, qui longissimis culmis, quos habent, quando dormiunt in rupibus, pendent ad saxa, ut dicitur, & tunc piscator appropinquans quantum potest de pelle, soluit à lardo iuxta caudam. Est enim animal valde pingue propter pinguedinem talem incisuram non sentit, & sic immisisis funibus quos ligat, ad saxa vel arbores, excitat cætam lapidibus funde qui volens recedere pellè dimittit, minoribus aut piscibus implent quedam alia minora instrumenta: & quantum ad hoc subdit, *Et gurgustum capite piscium illius*, dicitur enim gurgustum quoddam instrumentum de viminibus factum, quod piscatores in gurgite ponunt ad capiendum pisces. Est autem tanta magnitudo ceti: quod nec totus, nec etiã vna pars eius, pura caput potest in gurgustum quantumcunque magno contineri, dicitur enim habere tam magnum caput, quod ab ipso. 40. lagene sanguinis effluant, & hoc ponitur ad figuratè ostendendum quod diabolus virtute humana includi non potest sicut quidam nigromantici se eum posse includere opinantur, sed hoc totum prouenit ex eius astutia, qua utitur ad homines decipiendos. Et si quis recte consideret, omnia præmissa, pertinere videntur ad præsumptionem nigromanticorum confutandam, qui nituntur cum dæmonibus pactum inire, aut etiam sibi subiicere, vel qualiter cunque constringere. Osteso ergo quod homo nullo modo sua virtute diabolum superare potest, quasi ex omnibus præmissis concludit subdens, *pone manum tuam super eum*. Subaudi si potes, quasi dicat nullo modo potes sua vir-



10 tute manum tuam ponere super eum tibi subiicias. Sed quā-  
 11 tis non possit ab homine superari, superatur tamen diuina  
 virtute vnde subdit, *memento belli*, quo. scilicet contra eum pu-  
 gno *nec ultra addas loqui*, scilicet contra me, dum scilicet  
 12 vides eum mea virtute superari quem tua virtute superare  
 non potes. Et de superatione qua superatur à Deo subdi-  
 tur. *Ecce spes eius frustrabitur eum*, quod quidem si refera-  
 tur ad cetum manifestum est, dum enim cetus prosequitur  
 pisces, sperans eorum capturam: impingit ad aliquod littus  
 vnde propter paruitatem aquæ se eruere non potest, fru-  
 stratus spe sua, quam habebat de piscium captura, & sic su-  
 per aqua apprensus præcipitatur in mortem, & hoc est quod  
 subditur, *Et videntibus cunctis præcipitabitur*, quia vndique  
 homines eum videntes, concurrunt ad eum occidendum,  
 per quod significatur quod spes diaboli, quæ habet de sub-  
 uersione sanctorum frustrabitur, & ipse cum omnibus suis  
 sequacibus, sanctis videntibus, in die iudicij præcipitabi-  
 tur in infernum.

CAPITVLVM XLI.

LECTIO I.

1 **N**on quasi crudelis suscitabo eum. Quis enim re-  
 2 sistere potest vultui meo, & quis ante dedit mi-  
 3 hi vt reddā ei? Omnia quæ sub celo sunt mea sunt.  
 4 Non parcā ei, verbis potentibus, & ad depre-  
 5 candū cōpōsit. Quis reuelabit faciem indumen-  
 6 ti eius, & in medium oris eius quis intrabit. Portas vultus eius,  
 7 quis aperiet. Per gyrum dentium eius formido, corpus illius qua-  
 8 si scuta fusilia, compactū squamis se præmentibus. Vna vni con-  
 9 iungitur, & ne spiraculū quidem incedit per eas. Vna alteri ad-  
 herēbit, & tenentes se nequaquam separabuntur.  
 10 ¶ Postquam dominus enumerauerat virtutem leuiathan,  
 quantum ad hoc quod non potest superari ab homine: sed  
 solum à Deo, nunc enarrat potestatem ipsius, quantum ad  
 hoc quod ipse potest contra alios agere: & quia non est po-  
 11 testas, nisi à Deo vt dicitur, Posset aliquis ad crudelitatem  
 Deo ascribere, quod tam noxiæ creaturæ tantam potētiam  
 dedit,

Rom. 13.

dedit, & ideo ad hoc excludendum dicit, *non quasi crudelis  
 suscitabo eum*, idest altum esse permittam per potentiam sibi  
 datam, & videtur hic responderi ad id quod supra dixe-  
 rat. Mutatus es mihi in crudelem. Quod autem hoc sibi ad  
 crudelitatem ascribi non debeat, ostendit triplici ratione.  
 2 Primo propter potestatem Dei, cum dicit. *Quis enim potest  
 resistere vultui meo*, idest prouidentia meæ quasi dicat quā-  
 tumcunque leuiathan istæ sit potens, non potest prouiden-  
 tia meæ resistere: vt potentia sua vtatur, nisi quantum mihi  
 placuerit: & mea voluntas nō ad perniciem, sed ad salutem  
 hominum tendit. Secundo ostendit idem ex largitate bo-  
 3 ninitatis ipsius, qua gratis omnibus bona sua distribuit, vnde  
 subdit, *Et quis ante dedit mihi vt reddam ei*, quasi dicat nul-  
 lus, ex quo patet quod omnia quæ feci diligo: quibus bona  
 gratis mea cōmunico: vnde nō habeo contra ipsa quæ feci  
 crudelitatis animum. Et ad idem pertinet quod subdit, *om-  
 4 nia quæ sub celo sunt mea sunt*, quia. scilicet sunt à me creata, con-  
 seruata, & gubernata. Nullus autem rebus suis aduersatur.  
 Tertio ostendit se non esse crudelem, permittendo satan  
 5 in sua potētia exaltari, per hoc quod in nullo ei differt, vi-  
 detur enim ad crudelitatem quandam pertinere, quod ali-  
 quis dum vult, aliquando tyranno fauere patienter tolerat  
 afflictiones multorum. Duplici autem ratione homo alicui  
 potenti fauet. Vno modo timēs comminationes ipsius: sed  
 hoc dominus à se excludit, *non parcā ei*, idest in nullo ei  
 deferam, quin ei resistam. secundum quod oportet, *verbis  
 potentibus*, idest propter aliqua comminationis verba, quæ  
 eius præferant potestatem. Alio modo fauet aliquis alicui  
 potenti: quasi allectus ab eo blanditiis, & ad hoc excluden-  
 dum subdit, *Et ad deprecandum cōpōsit*, scilicet est quasi  
 dicat, quāuis potenter vel deprecatoria loqueretur, tamen  
 in nullo ei cōfero: quia nō est cōueniētia lucis ad tenebras.  
 ¶ His igitur præmissis ad remouendum opinionem suæ cru-  
 6 delitatis, accedit ad describendum virtutem leuiathan. Et  
 primo describit virtutem eius, à capite incipiens, dicitur au-  
 tem quod super oculos cæti sunt quædā additamenta cor-  
 nea in figura magnæ falcis: & sunt ducenta quinquaginta  
 super vnum oculum, & totidem super alterum: & vitur eis

Iob. 30.

2

3

4

2. Cor. 6.

5





cetus pro opertorio oculi tempore magnæ tempestatis, & ad hoc exprimentum dicit, *quis reuelabit faciem indumentis eius*, id est quis homo potest accedere ita prope cetum, vt à prædictis operculis possit faciem eius detegere, per quod datur intelligi, quod astutias diaboli nullus homo sufficit aperire. Dicitur etiam quod in gutture habet quandam pellem in modum membranæ, & hæc multis meatibus perforata, ne scilicet quicquam corpulentum magnum ingredi ventrem eius possit quia scilicet, per hoc impediretur eius digestio scilicet si aliquod magnum animal integrum absorberet, & ad hoc designandum subdit, *& in mediu oris eius quis intrabit*, vt scilicet perscrutetur strictos illos meatus, quibus parui pisces in eius ventre descendunt. Per quod designatur quod intentione dæmonis, qua ad homines spiritualiter absorbendos vtitur, nullus homo potest cognoscere. Dicitur etiã de ceto, quod habet aperturam oris dentatam valde longis & magnis dētibus. Et præcipue dentes sunt aliis longiores ad modum dentium elephantis: vel apri ergo ad designandum hos duos dentes extremos maximos, dicit, *portas vultus eius quis aperiet*, videntur enim illi duo dentes maximi: quasi due partes, quibus os ceti aperitur, per quod designatur quod nullus homo potest os diaboli aperire ad extrahendum de potestate eius peccatores, quos absorbet: quasi duabus partibus scilicet violentia & astutia. Quantum autem ad alios dentes ceti, subdit, *per quorum dentium eius formido*, quia scilicet in circuitu oris habet dentes tam magnos, vt aspicientibus terrore incutere possit, per quod significatur terror, quem dæmon hic hominibus incutit, vt per hoc eos impellat ad peccandum, & potest dici quod dentes eius sunt ceteri dæmones, vel etiã mali homines, qui potētia sua alios terrendo ad malū inducit. ¶ His igitur præmissis de dispositione capitis leuiathã procedit ad dispositionem corporis eius, quod describit ad modum piscium habentium squamas: vnde secundum magnitudinem sui corporis debet habere maximas squamas ad modum scrutorum, vnde dicit, *corpus eius quasi scuta sustulha*, quæ quidem sunt continua, nam scuta lignea per colligationem adunantur. Comparatur autem diabolus ad om-

nes malos: sicut caput ad corpus, vnde peccatores, qui alios in malitia defendunt, sunt quasi scuta corporis diaboli. Ostendit autē cōsequenter quod squamæ eius, nō solū sunt magnæ, sed etiã cōpressæ ad modū pisciū multas squamas habētium: & hoc est quod subdit, *compactum squamis sese præmētibus*, per quod designatur multitudo malorū. Et peruersa eorum concordia in malo, ostenditur cōsequenter cum subditur, *vnus vnus cōiungitur*, quia. sicut in corpore alicuius piscis nō quælibet squama cōiungitur cuilibet, sed vna vni per ordinē. Ita etiã in multitudo malorū, nō omnes omnibus socialiter concordant, sed quidā quibusdā. Quādiu autē piscis est viuus & fortis, & squamæ eius in suo vigore. Ita & adinuicē & cuti corporis strictæ adhærent: quod nec aer potest inter eas trāsire, quādo vero piscis fuerit, vel mortuus: vel infirmus aut ex aliqua occasione eius squamæ desiccantur, tūc paulatim prædicta cōiunctio squamarum remittitur, ita quod ipse squamæ incuruantur, & potest etiam aliquid grossius inter eas trāsire, ad ostendendū ergo vigorem squamarum leuiathan subdit, *Et ne spiraculum quidem incedit per eas*, id est per inter medium squamarum: per quod designatur quod ad consensum malitiæ nō disinguntur per aliquam spiritualem persuasionem, aut per inspirationē internā. Et ideo ad ostendendū obstinatū eorū consensum in malitia subdit, *vnus alteri adhærebit*, per mutuam fauorem & cōsensum, & tenent es se nequaquam separabuntur, propter obstinatū scilicet consensum eorum in malum: sicut nec squamæ leuiathan humana virtute possunt ad inuicem disingi.

LECTIO II.

**S**ternuatio eius splendor ignis, & oculi eius vt palpebre diluculi. De ore eius lampades procedunt, sicut tēda ignis accēsa, de naribus eius procedit fumus sicut olle succēsa atq; feruētis. Halitus eius sicut prunas ardere facit & flāma de ore eius egreditur. In collo eius, morabitur fortitudo & faciē eius præcedit ægestas. Membra carnis eius coherētia sibi. Mittere cōtra eū fulmina, & ad locū aliū nō ferētur. Cor eius indurabitur tanquā lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Cū sublatus fuerit, timebūt āgeli & terris purgabūtur. Cū ap-  
Cc ij



10 *prehenderit eum gladius, subsistere non poterit, neque hasta neque*  
 11 *torax. Reputabit enim quasi paleas ferrum, & quasi lignis*  
 12 *putridum as. Non fugabit eum vir sagittarius: in stipulam versis*  
 13 *sunt ei lapides funde. Quasi stipulam aestimabit malleum, &*  
 14 *deridebit vibrantem hastam. Sub ipso erunt radij solis: & sternet*  
 15 *sibi aurum quasi lutum. Feruescere faciet quasi ollam, per-*  
 16 *fundum maris, & ponet quasi cum unguenta bulliant. Post eum*  
 17 *lucebit semita: aestimabit abyssum quasi senescentem. Non est super*  
 18 *terram potestas qua comparetur ei: qui factus est, ut nullum*  
 19 *timeret. Omne sublime videt ipse est rex super uniuersos filios*  
 20 *superbiae.*

¶ Postquam descripsit dominus dispositionem leuiathan, hic describit operationem fortitudinis eius, & sicut primo descripsit dispositionem capitis qua corporis, ita etiam, prius incipit enumerare operationes ad caput pertinentes. Prima autem & principalior pars capitis est cerebrum, ex cuius commotione sternutatio animalis causatur. Et ideo sternutationem leuiathan describens dicit, *sternutatio eius splendor ignis*, quia scilicet ex sternutatione leuiathan, tanta fit aquarum commotio, quod causatur quidam candor aquarum commotarum ad modum splendoris ignis, vel etiam potest referri ad hoc quod fortiter commoto capite, vel oculis, videtur nobis quod emitteret quidem splendor ignis, vnde cum multo maior sit commotio capitis leuiathan ex eius sternutatione, multo magis talis splendor processit, significatur autem per hoc quod per commotionem capitis diaboli, idest per tentationem ipsius emittat splendor ignis, scilicet irae aut concupiscentiae, aut etiam inanis glorie. Inter alias autem partes capitis sunt precipui oculi, vnde subdit, *oculi eius ut palpebre diluculi*, oculus enim rationem suae leuitatis lucidus est. Habet autem cetus maximos oculos secundum magnitudinem capitis & corporis torius, & ideo in inspectione ipsorum apparet quaedam claritas diffusa: sicut est claritas diluculi, per quam designatur temporalis prosperitas quam diabolus homini repromittit. Tertio autem describit operationem siue effectum oris eius cum dicit, *de ore eius lampades procedunt sicut tædæ ignis accensæ*. Vbi considerandum est quod tæda est quoddam, lignum

quod accessum suauem odorem emittit. Dicitur autem de cetis quod quando multum esurit: vaporem odoriferum ad modum odoris ambrae ex ore suo emittit. In quo pisces delectati, os eius ingrediuntur, & sic ab ipso deuorantur. Vapores ergo emissi ab ore ceti: lampades dicuntur propter magnitudinem caloris: qui ex interioribus eius egreditur. Tædæ autem accensæ comparatur propter redolentiam, ut dictum est, per hoc autem designatur quod diabolus ad concupiscentiam peccati homines incendit per ostentationem alicuius boni, quasi per redolentiam quandam, quarto ponitur operatio narium eius. Hoc enim animal habet pulmonem, & respirat sicut delphinus, & ad hoc designatum subdit, *Denariibus eius*, quæ scilicet sunt præcipua instrumenta respirandi, procedit, scilicet, per respirationem, *sumus*, idest aer adustus ex multitudine caloris, qui est necessarius huic animali: ad tantam molem mouendam, & ideo signanter subdit, *sicut olla succensa aqua feruentis*, aer enim qui respirando emittitur, in pulmone continebatur: in quo calefiat per calorem cordis, qui pulmone coniungitur, sicut aqua in olla calefiat & feruet, per hoc quod apponitur: quia animal respirat, non solum per nares: sed etiam per os. Ideo quinto subdit operationem oris dicens, *halitus eius*, idest exaltatio de ore procedens, *prunas ardere facit*, idest tam calidus quam vehemens, quod sufficeret ad prunas accedendas. Loquitur enim ad similitudinem eorum qui sufflando prunas accedunt, vnde subdit, *flamma de ore eius egreditur*, quia scilicet tam calidus & ignitus est vapor de ore eius egrediens, quod merito potest flammæ comparari per hæc autem omnia designatur, quod diabolus sua occulta, vel manifesta suggestione peruersæ cupiditatis ignem in homine accendit.

¶ His igitur præmissis quæ pertinent ad virtutem capitis leuiathan, accedit ad narrandum ea quæ pertinent ad virtutem aliorum membrorum ipsius. Est autem considerandum, quod sicut Aristoteles dicit in secundo animalium, nullus piscis habet collum nisi illi qui generat animalia sicut delphini, & ex horum genere sunt etiam ceti. Et ideo incipit describere fortitudinem colli eius cum dicit, *In collo eius mo-*



abitur fortitudo. quæ quidem necessaria est tâto animali ad  
podus capitis eius portandū, & quia per collū caput cōiun-  
gitur corpori possit per collum leuiathan designari illi per  
quos diabolus in alios malitiā suā exercet, qui vt plurimū  
sunt potentes, quos alij reuerentur, aut etiam timent. Est au-  
tem manifestum quod hoc animal cum sit magni corporis,  
multo indiget cibo, & ideo cum in aliqua parte maris fue-  
rit cetus absorbet multitudinem piscium ibi existētium, vt  
quasi mare in conspectu eius remaneat piscibus vacuum, &  
hoc est quod subdit, *faciem eius precedit ægestas*, quia sci-  
licet attrahit ad se pisces, vt supra dictum est, & mare reman-  
et à piscibus vacuum ante eum per quod significatur æge-  
stas virtutum in hominibus causatur ante faciem diaboli  
idest per suggestionem ipsius. Consequenter ostendit for-  
titudinem eius, quātum ad alias partes corporis cum dicit,  
*membra carnum eius coherent sibi*, propter earū spifitudinē  
per quod designatur cōsensus membrorū diaboli in malū.  
¶ His præmissis de fortitudine Leuiathan ad agendum, con-  
sequenter agit de fortitudine eius ad resistendum, quamuis  
autem possit resistere virtuti humanæ agenti, tamen virtuti  
actionis diuinæ vsquequaque resistere non potest. Et ideo  
primo ostendit quod Deus contra ipsum agat cum dicit:  
*Mittet contra eum fulmina*. Manifestum est enim quod fre-  
quenter in mari fulmina cadunt, quibus quādoque etiā na-  
ues periclitātur, vnde etiā probabile est, quod quādoq; ce-  
ti fulmine feriantur: & hoc opus præcipue attribuitur Deo  
propter magnitudinē & terrorem huius effectus, vnde su-  
pra dominus dixit, nunquid mittes fulmina: & ibunt &c.  
subdit autem, *ad locum animalium non ferentur*, quod po-  
test ad duas intētiōes referri. Primo quidem ad designan-  
dum magnitudinem eius solet enim fulgor aliquem lo-  
cum percutiens, per quandam repercussionem ad alia lo-  
ca reflecti: propinquam tamen, sed corpus leuiathan,  
tam magnum est, vt fulmen in ipsam percutiens extra cor-  
pus eius non reflectatur. Alio modo potest referri ad in-  
fallibilitatem diuinæ operationis, sicut ergo sagittarius sa-  
piens directē sagittas, emittit ita quod non percutit ni-  
si ad signum, ita cum Deus fulgura contra leuiathan g-

Cap. 53.

ue quamcunque aliam creaturam, fulgura quasi sagit-  
tas quasdam emittere vult: non ad alium locum pergunt,  
nisi quo ipse emittit: secundū illud. Ibunt directē emissio-  
nes fulgurum. Per quod designantur diuina flagella, quæ  
Deus immittit contra diabolum & mēbra eius ita quod con-  
tra alios non ferūtur. Na si quandoq; boni per temporales  
aduersitates flagellantur à Deo: hoc tamen cedit in glori-  
ficationem sanctorum, & in maiorem damnationē diaboli  
& impiorū. Secundō ostendit qualiter se habeat Leuiathan  
ad ea quæ Deus contra ipsam agit cū dicit: *cor eius indurabi-  
tur quasi lapis*. Durū autem significat potentia naturalē, vt  
scilicet aliquid nō facile corrumpatur ab exteriori actione  
agente. Per hoc ergo virtus naturalis designatur, quæ est in  
corde ceti & nō de facili corrumpatur ab exteriori actione  
inferente aliquid nocuentū. Et ad istam duritiā designā-  
dam sufficiebat exemplū lapidis, quātū ad leues percus-  
siones: non autem quātū ad graues, lapis etsi non confrin-  
gatur manu, confringitur tamen malleo ferreo. Et ideo ad  
designandam virtutem ceti etiam contra grauiā nocuentā,  
subdit: *stringetur quasi malleatoris incus*. Qui, si ex per-  
cussione malleorū non cōstringitur, sed magis solidari vi-  
detur. Per hoc ergo significatur obstinatio diaboli & mem-  
brorum eius: quia nulla percussione diuina à sua malicia  
emolliūtur. Tertio ostenditur finalis effectus diuinæ percus-  
sionis. quātūcumq; enim flagellis diuinis resistere videatur,  
oportet tamē quod finaliter ab eis superetur: vnde subdit,  
*Cum sublati fuerint*, scilicet virtute diuina de loco suo, *Ti-  
mebunt angeli*. Admirando diuinā virtutē, in qua admira-  
tione multi effectus diuinæ virtutis eis innotescunt. Et ideo  
subdit: *veriti purgabuntur*. vt enim Diony. dicit de diui-  
nis nominibus. Angeli purgati dicūtur non ab immundi-  
tia, sed à nescitiā. Sed quia omnis creatura corporalis mo-  
dicum aliquid est in cōparatione sanctorū angelorū: mo-  
do videtur principaliter hoc esse dictum ad significandum  
quod celestes angeli multū admirentur de occisione ali-  
cuius corporalis ceti, nisi fortē per angelos sanctos homi-  
nes intelligamus. Sed melius est vt principaliter referatur  
ad spirituale Leuiathā, scilicet diabolum, qui sublati fuit. Virtute

Sap. 5.

7

8

8

Cap. 5.



diuina, quando de cœlo cecidit per peccatū: & tunc angelī admirantes diuinā maiestātē, sunt purgati per separationē ab eius societate: simpliciter etiā in die iudicij, quando diabolus cū omnibus mēbris suis detrudetur in infernū: angelī & omnes sanctī admirabuntur diuinā potestātē: & erunt de cætero purgati per totalē separationē à malis: & hoc significatur. Vbi postquam proiectus est diabolus auditur magna vox in cœlo dicens. Nunc facta est salus & virtus & regnum Dei nostri.

Apo. 12.

¶ Sic igitur ostenso qualiter se habeat, ad impugnationem Dei ostēditur, qualiter se habeat ad impugnationē creaturæ. Et primo qualiter se habeat ad impugnationē hominis. Impugnat autē homo de p̄p̄quo & à remotis. & de p̄p̄quo quidē munitus gladio & hasta ad percussione: & torace ad sui munitionē. Et quantū ad hoc dicit: Cū apprehenderit eum. s. Leuiathan. gladius. s. hominis. subsistere non poterit. s. gladius qui frāgitur propter duritiā corporis eius. neq; hasta. s. subsistere poterit. neq; torax. quo. s. munitur pectus subsistere poterit contra Leuiathan: & huius rationem assignat subdēs: reputabit enim ferrū quasi paleas: Quia. s. sicut homo nō potest lædi à paleis, & de facili eas frangit: ita Leuiathā nō potest lædi à ferro gladij vel hastæ: sed de facili ea frangit. & similiter reputabit as. s. toracis. quasi lignum putridum. quod. s. resistere nō potest percussioni. Per hoc autem significatur quod nulla virtus humana effīcax est ad

10

11

diabolū lædendum, vel ad resistendum ei, sed omnis virtus humana pro nihilo à diabolo reputatur. Impugnat etī homo à remotis per sagittas & lapides fundæ, sed nec ista contra cetū valent. vnde subdit, Non fugabit eum vir sagittarius. Scilicet emissione sagittarū quas non timet, vt pote ab eis lædi non valens. Sicut autem sagittæ de longinquo emissæ lædunt interius vulnerādo: ita lapides fundæ lædūt exterius atterendo. Sed cetus si nō potest perforari sagittis, ita non potest conteri lapidibus in eū proiectis, vnde subdit, In stipulam versi sunt ei lapides fundæ. Quia scilicet sicut stipula propter suā leuitatē nullus contere potest: ita nec cetus potest lapidibus fundæ, aliquid nocuentū pari. Per hoc autem significatur sicut diabolus non potest lædi vir-

tute humana quasi quadam percussione propinqua: ita etiā non potest lædi hominis astutia quasi quadam percussione à longinquo. Sicut autem per lapides fundæ aliquis atteritur à remotis: ita etiam per malleū aliquid atteritur de propinquo. Sed nec sic etiam cetus ab homine lædi potest: vnde subdit, quasi stipulā existimabit malleum. Quod etiam referri potest ad eandem significationem cum præmissis, nisi quod mallei est grauior percussura quàm lapidum fundæ. Vnde potest significari quod quantumcunque intendatur hominis fortitudo & conatus, à diabolo contemnitur. Solent autē homines aliquos superare non solū percutiendo, sed etiam percussioni cōminādo: sed nec cetus, nec diabolus aliquam hominis cōminationem timeret: vnde subdit, & deridebit vibrantem hastam. Vibratio enim hastæ videtur esse quædam comminatio percussuræ. Sicut autem homo quandoque alium superat comminando: ita etiā promissis alliciendo. Maximè autem solent aliqua dona promissa allicere hominem propter pulchritudinem, vel propter præciositatem. Nihil autem videtur esse pulchrius in corporalibus rebus quàm radij solares: cuius pulchritudinem Leuiathan vel corporaliter vel spiritualiter intellectus non allicitur. Et ad hoc significandum subditur, Sub ipso erunt radij solis. Quia scilicet non appretiatur ros tantquam aliquid magnum: & per consequens datur intelligi, quod nihil aliud præclarum in rebus humanis appretiatur. Aurum autem reputatur valdè præciosum inter res quæ in vsum hominis veniunt, & quantū ad hoc subdit, & sternet sibi aurum quasi lutum. Id est quasi velle aliquid contemnit ipsum. & sic patet quod ab homine elici non potest. Sic ergo ostenso, quod non potest superari, neq; à mari, neq; ab aliquo pisce maris: & hoc propter fortes operationes quas in mari exercet. Dicit autē plus quod quædem beluæ sunt in mari orientali tantæ magnitudinis, vt ab imo vertant maria, & faciant tempestates in mari. quæ quidem beluæ ad naturā ceti pertinere videntur: & ad hoc significandū subdit, feruiscere faciet quasi ollam profundum maris. Sicut enim quando olla feruet aqua feruens in ea commouetur. Ita ex violentia huius piscis, fluctus maris cōmouentur. Et incipit

12

13

14



## D. THOMAS

hæc cōmotio à profundo, & peruenit vsq; ad aquæ superficiem: vnde subdit, & ponet quasi cum vnguenta bulliit. Quæ scilicet faciunt maiorē spūmen & cōmotiōē in superficie quā simplex aqua, in qua non tantū de aere continetur. Per hoc autē significatur turbatio, quā diabolus concitat in hoc mundo: Et sicut facit magnū effectū quando mouetur in superficie: & ad hoc significandum subdit: *post eum lucebit semita*. Sicut enim quando nauis mouetur per mare ad longum spatium, vestigium nauis transeuntis relinquitur propter commotionem & spūmam generatam in aqua. Ita etiā contingit ex motu istius piscis præ sua magnitudine. Per hoc autē significatur quod effectus perturbationis diabolus in mundo concitatur, non statim aboletur, sed quoniā diutius durat. Ex hoc autē quod tam fortes operationes cetus in mari operatur, in nullo timet maris profunditatē. vnde subdit: *existimabit abyssum* i. profundū maris. *quasi senescerit*. id est quasi finē habentē: & quasi omnipotentē ad absorbentē ipsum: nā quod senescit, & debile est, est fini propinquū. Ex hoc autē significatur quod diabolus damnationē inferni nō tamē existimat, vt propter eā desinat cōtra Deū niti: ac si eius dānatio esset termināda. Et sicut Leuiathan non potest superari ab homine nec à mari, neq; ab aliqua creatura maris: ita etiā non potest superari à quacunq; alia creatura terrestri. vnde subdit: *Nō est potestas super terram quæ ei comparetur*. nō enim est in terra aliquod animal tam magnū, sicut cetus maris. vnde & Plinius dicit: quod in mari sunt maiora animalia terrestribus, causa euidentis humoris luxuria: per hoc autē significatur quod nulla virtus corporalis potest equari potestati dæmonis, quæ est potestas spiritalis nature. Quia igitur multa præmiserat de proprietatibus Leuiathā in figura diaboli. Cōsequenter prædictā methaphorā exponit. & sicut dictū est omnes prædictæ proprietates ad duo pertinere videntur. Quorū vnū est qd ipse ab alio lædi nō potest. & quantū ad hoc exponēs subdit, *qui factus est vt nullū timeat*. i. hoc habet diabolus ex conditione suæ nature, in qua factus est à Deo, vt neque hominē timeat, neq; aliquā creaturam corporalē. Aliud est qd Leuiathā habet facultatē ad magnas & fortes operatio-

## IN LIB. IOB.

198

nes exercēdas, & exponēs subdit, *omne sublime videt*. i. intentio diaboli est ad quacunq; sublimia aggrediāda. & quia hæc videntur ad superbiā pertinere, ostēdit cōsequenter quod diabolus nō solū in se superbus est, & homines in superbia excedit: sed etiam aliis superbiendi initium: vnde subdit, *Ipse est rex super vniuersos filios superbia*. Id est super eos qui superbię subiiciuntur, qui omnes sequuntur eius ducatum. ¶ Vbi cōsiderandū est qd dominus operationē suā quā exercet in malos cōtra superbos manifestare incepit: & in superbis narrationē terminat, vt ostendat hoc præcipuē Iob fuisse timendū, ne diabolus qui eū expetierat ad tentandū præcipuē eum ad superbiā in ducere conaretur: vt sic transferretur in regnum ipsius, & ideo tacere debebat affectū & verba, quæ superbiā saperent.

CAPITVLVM XLII.  
LECTIO I.

**R**espondens autē Iob domino, dixit: Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio, Quis est iste qui celat consiliū absq; sciētia. Ideo insipienter loquutus sum, & quæ vltra modū excedunt scientiā meā. Audi & ego loquar, interrogabo te, & respōde mihi. Auditu auris audiui te nunc autē oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehēdo, & ago pœnitentiā in fauilla & cinere. Postquā autē loquutus est dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphā themanitē, Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos: quoniā nō estis loquuti coram me rectū sicut seruus meus Iob. Sumite ergo vobis septē tauros & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerite holocaustū pro vobis. Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia. Neq; enim loquuti estis coram me rectum sicut seruus meus Iob. Abierunt ergo Eliphā themanites, & Baldath suites, & Sophar naamathites, & fecerunt sicut loquutus fuerat dominus ad eos, & suscepit dominus faciem Iob. Dominus quoq; cōuersus est ad pœnitentiā Iob, eū oraret ille pro amico suo. Et addidit dominus omnia quæcunq; fuerāt Iob duplicia. Venerūt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt eū eo



16 panem in domo eius. Et mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum super omni malo, quod intulerat Dominus, super eum, & dederunt ei, unusquisque ouem unam & maurem auream.

17 unam. Dominus autem benedixit nouissimus Iob magis quam

18 principio eius. Et facti sunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum & mille iuga bouum, & mille asine, & fuerunt ei septem filij & tres filie. Et vocauit nomen unius dicit,

20 & nomen secunde castia, & nomen tertia cornustibij. Non sunt autem inueta mulieres speciosa sicut filia Iob in uniuersa terra.

21 Deditque eis pater suus hereditatem inter fratres, earum. *Vixit autem Iob post flagella hæc, centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum, usque ad quartam generationem, & mortuus est senex & plenus dierum.*

¶ Postquam Dominus redarguit, Iob de incauta loquutione, quæ superbiam sapere videbatur, quia scilicet intantum se iustum assererat, quod hoc quibusdã videbatur in derogationem cedere diuini iudicij, Iob humiliter conuictum se reputans, respõdet. Primo quidem confitendo diuinam excellentiam, quantum ad potentiam, vnde subdit. Respondens autem Iob domino dixit, scio quia omnia potes. Et etiam quantum ad scientiam, vnde subdit, Et nulla te latet cogitatio. Pro quorum primo confitebatur quod Deus poterat aduersitatem remouere à diabolo inductã, quam Dominus sub figura Vehemot & Leuiathan descripserat, per sensum autem recognoscit se interius fuisse aliqua cognitione superba pulsatum, quod Deum non latuisse cognoscit, & ideo consequenter inuehitur contra eos qui diuinã prouidentiam negant, dicens. *Quis est iste qui celat consilium absque scientia.* Id est, quis est tam temerarius & stultus qui dicit humanum consilium posse cæleri à Deo, absque hoc quod Deus illud cognoscat, ex cõsideratione autem diuinæ excellentiæ procedit ad consideratione propriæ culpæ cum subdit, *Id est, inaspicienter loquutus sum.* Id est, debitã reuerentiam non exhibens diuinæ excellentiæ in meis verbis, & que ultra modum excedunt scientiam meam. Scilicet culpã confitendo, id est, discutiendo diuina iudicia, & quia inaspicienter loquutus sum, de cætero loquar sapietẽr vnde subdit: audi & ego loquar meam scilicet culpam confitẽdo, &

quia loquutus sum quæ excedunt sciẽtiam meam, de cætero de ea non audeo loqui sed solum de his te interrogare, vnde subdit, *Interrogabo te.* Scilicet petendo, orando, pulsando, & responde mihi. Scilicet interius instruendo. Quare autem sic mutatus sit ostendit subdens. *Auditus auris audiuit te.* Scilicet olim cum inaspicetẽr loquerer. *Nunc oculus meus audit te.* Id est, plenius te cognosco quam prius, sicut id quod videtur oculis certius cognoscitur, quã quod aure auditur, profecerat enim tum ex percussione, tum ex reuelatione diuina, quanto autem aliquis magis Dei iustitiam considerat, tanto plenius culpam suam recognoscit, vnde subdit: *Idcirco ipse me reprehendo.* Propriam scilicet culpam considerando, & quia non sufficit culpam cõfiteri, nisi sequatur satisfactio, & ideo subdit: *& ago pœnitentiam in favilla & cinere.* In signum scilicet fragilitatis naturæ corporeæ, cõuenit enim humilis satisfactio ad expiãdam superbiam cogitationis. Quia ergo superius Dominus redarguerat amicos eius, inter quos præcipuus erat Eliphaz, quod patet ex hoc quod primo loqui inceperat, vnde dicitur. *Postquam autem loquutus est Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitẽ: iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos.* Scilicet Baldarh & Sophar. Vbi considerandum est quod Eliud ex imperitia peccauerat. Iob autem ex læuitate, & sic neuter eorum grauiter peccauerat, vnde nec Dominus dicitur iratus fuisse contra eos, sed contra tres amicos Iob grauiter dicitur fuisse iratus, quia grauiter peccauerat peruersa dogmata asserendo, vt supra habitũ est, vnde subdit: quoniam non loquutus estis coram me rectum, id est, fidelia dogmata. *Sicut seruus meus Iob.* Qui scilicet à veritate fidei non recessit, pro grauibus autem peccatis expiãdis antiqui consueuerunt sacrificia offerre, vnde subdit. *Sumite ergo vobis septem tauros & septem arietes.* Quia scilicet ipsi erant duces populorũ. Septenarius autem est numerus vniuersitatis, vnde septenarius sacrificiorum competit ad gradum delictorum expiatione. Sed quia infideles per fideles Deo reconciliari debent, subdit: *ite ad seruum meum Iob.* Vt scilicet eo mediante reconciliemini mihi, & offerite pro vobis holocaustum. Vt scilicet vos satisfaciatis qui peccatis,



10 sed vestra satisfactio indiget fidelis viri patrocinio, vnde  
 subdit, *Iob autem seruus meus orabit pro vobis.* Qui scilicet  
 dignus est exaudiri propter suam fidem, vnde subdit. *Fa-*  
*ciem eius.* Scilicet deprecantis. *Suscipiam.* Scilicet exaudiendo  
 eius orationes. *Vt non imputetur vobis stultitia.* Scilicet  
 11 infidelis dogmatis, & hoc exponit subdens. *Neque enim lo-*  
 12 *quuti estis coram me rectum, sicut seruus meus Iob.* Accepta au-  
 tem spe venie impleverunt quod eis fuerat mandatum, vnde  
 sequitur. *Abierunt ergo Eliphaz, Themanites, & Baldath*  
*Suites, & Sophar Naamathites, & secerunt sicut loquutus fue-*  
*rat dominus ad eos.* Et ita per obedientiam & humilitatem  
 sua digni facti estis, vt pro eis oratio Iob exaudiretur, vnde  
 sequitur, & *suscipit dominus faciem Iob rogantis.* Scilicet  
 13 pro amicis suis, nec solum humilitas amicorum efficaciam  
 praestitit eius orationi, sed etiam humilitas propria, vnde  
 subdit. *Dominus quoque conuersus est.* Scilicet a furore in clem-  
 entiam, ad penitentiam Iob cum oraret pro amicis suis. Dignum  
 enim erat vt qui pro leui suo peccato humiliter pœnitebat,  
 etiam aliis grauer peccatibus veniam impetraret. Plus autē  
 prodest vnicuique sua pœnitentia quod aliis, vnde si oratio  
 & pœnitentia Iob meruit amotionem indignationis diuinæ  
 ab amicis, multo decentius fuit vt etiam ipse ab aduersitate  
 liberaretur. Et quamuis Iob spem suam, nō referret ad  
 14 prosperitatem temporalem recuperandam, sed ad consequendam  
 futuram felicitatem, dominus tamen ex abundanti etiam  
 prosperitatem temporalem ei restituit secundum illud. Primum  
 quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia addicientur  
 vobis, & hoc quidem tempore erat congruum propter statum  
 veteris testamenti: in quo temporalia bona promittebantur,  
 vt sic per prosperitatem quam recuperauerat, aliis daretur  
 exemplum, vt conuerteretur ad Deum. Erat etiam congruum  
 personæ ipsius Iob, cuius apud aliquos opinio erat læsa  
 propter multiplices aduersitates quæ superuenerant ei, & ideo  
 vt ei famam restitueret, ad statum maioris prosperitatis eum  
 reduxit. ideo sequitur, *Et addidit quoque dominus omnia quæ fuerant*  
 15 *Iob duplicia.* Inter aduersitates autem Iob quasi præcipua  
 erat quod fuerat ab amicis suis desertus, & ideo huiusmodi ad-

Matth. 6.

uersitates primo remedium ponitur cum dicitur, *Venerunt*  
*autē ad eum omnes fratres sui & vniuersæ sorores sue & cuncti*  
*qui nouerant eum prius.* In quo designatur pristina amicitia  
 recordatio, & comederunt cum eo panem in domo eius. In quo  
 designatur reditus ad antiquam famulationem, & mouerunt  
 16 *super eum caput.* Scilicet compatiendo afflictioni ipsius, &  
 quia non solum oportet afflictis compati, sed etiam eorum  
 afflictioni remedium præbere. Primo quidem præbuerunt  
 remediū eius interiori dolori per cōsolatoria verba, vnde  
 subdit, & *consolati sunt eum super omne malum, quod intulerat*  
*dominus super eum.* Secūdo autem adhibuerunt subuentio-  
 nis remedium contra exteriorē inopiam, & quia amiserat  
 & animalia in capis, & supellectilia in subuersione domus,  
 ideo in vtroque ei subueniunt. Sequitur enim, & *dederunt ei*  
*vnusquisque ouem vnā.* Quantum ad animalia, & *in aurem*  
*auream vnā.* Quantum ad supellectilia, hoc autem modicum  
 fuisse ad recuperationem ipsius. Sed dominus manū  
 17 suam adhibuit, vt ex iis in maiora proficeret, vnde sequitur  
*Dominus autem benedixit nouissimis Iob.* Scilicet multiplicā-  
 do ea, magis quam eius principio. Id est, quā primæ eius pro-  
 speritati. Est enim potens facere plus quā intelligimus aut  
 petamus, vt dicitur. *Desiderauerat autem Iob, vt esset iuxta*  
 18 *menses pristinos, sed dominus ei maiora restituit & in du-*  
*plo, vt supra dictum est, vnde sequitur, & facti sunt ei qua-*  
*tuordecim millia ouium.* Supra enim dictū est, quod fuit pos-  
 sessio septem millia ouium, & sex millia camelorum. Nam  
 primo habuerat tria millia camelorum, vt supra dictū est,  
 fuerant etiam ei quingenta iuga bouum, vnde hic duplum  
 ponitur cum dicitur, & *mille iuga bouum.* Supra etiā dictum  
 est quod habuerat quingentas asinas, sed hic duplum ponitur  
 cum sequitur, & *mille asina.* Aniserat autē filios qui ei  
 restituuntur, sed non in duplū. Sequitur enim, & *fuerunt ei*  
*septē filij tres filia.* Cuius ratio duplex potest esse. Vna per-  
 tinēs ad futurā vitam, quia scilicet filij quos habuerat non  
 totaliter ei perierant, sed referuabantur in futura vita cum  
 eo victuri. Alia ratio potest esse quantum ad vitā præsentem,  
 nam si duplicatis cæteris rebus, etiam numerus filiorū esset  
 duplicatus, non videretur fortuna domus augmentata fuisse

Ephef. 3. Cap. 29.



D. THOMAS

quia eandem quantitatem in bonis eius vnusquisq; filiorum habuisset quam prius, & ideo decetius fuit vt proles ei generentur & augetur, non numero, sed magis in valore, quod occulte insinuatur in filiabus quae pulcherrimae fuisse leguntur, quarum pulchritudini etiam nomina conueniunt. Sequitur enim, & vocauit nomen vnus diem. Scilicet propter claritatem eius, & nomen secunda cassiam. Quae est species aromatica propter suauitatem ipsius, & nomen tertia cornustibij. Est autem stibium quo mulieres vtuntur ad ornatum oculorum, secundum illud. Depinxit oculos stibio, & ornauit caput suum, quod quidem stibiū in cornu a mulieribus conseruatur, vt habeant ipsum paratum cum opus fuerit, vnde vocauit eam, Cornustibij ad designandam abundantem pulchritudinem oculorum, vnde & de pulchritudine earum subditur: *Non sunt autem inuenta mulieres sicut filiae Iob in vniuersa terra.* Propter quod etiam datur intelligi, quod filij eius erant in virtute praecellentes sequitur enim: *Deditque eis pater suus hereditatem inter fratres earum.* Scilicet ad designandam conuenientiam virtutis in vtrisque. Et quia Iob etiam in proprio corpore fuit flagellatus, additur ei ad prosperitatis augmentum longitudo dierum, vnde sequitur. *Vixit etiam Iob post flagella haec, centum quadraginta annis.* Et vt intelligatur toto hoc tempore in prosperitate vixisse, subdit: & vidit filios suos, & filios filiorum suorum usque ad quartam generationem. Et ista prosperitas datur intelligi durasse vsque ad mortem, vnde sequitur, & mortuus est senex. Quod pertinet ad diurnitatem vitae: & plenus dierum. Quod pertinet ad vitae prosperitatem, vnde supra ad significandum suam aduersitatem, dixit. Sicut & ego habui menses vacuos. Vnde & per plenitudinem dierum designatur abundantia ipsius, & quantum ad bona fortunae, & quantum ad bona gratiae. Quibus perductus est ad futuram gloriam, qua durat per omnia secula seculorum, Amen.

20  
21  
22

FINIS.





